BIBLIOTHECA LVBECENSIS.

Vol. IX.



LVBECAE

SVMTV VIDVAE B. IO. CHRIST. SCHMIDII.

TYPIS KOOPIANIS, A. MDCCXXIX.

Jo. Died. Winckleri.
Lipsiae. 1736.

VIRO.
ILLVSTRI. MAGNIFICO.
CONSVLTISSIMO.

HENRICO.
BALEMANN.

REIPVBLICÆ. LVBECENSIS.

CONSVLI.

OPTIME. MERITO. ET. INDIES.
MERENTI.
LEGVM. VINDICI.
COMMVNIS. BONI.
AMPLIFICATORI.
INGENVARVM. ARTIVM.
STATORI. AC. TVTORI.

VI-

VITAM. VIGOREM.
ET.
FELICITATEM.
AD. MVLTOS. ANNOS.
IN.
PATRIÆ. COMMODVM.
ET.
FAMILIÆ. GAVDIVM.
DEVOTE. ADPRECAMVR.
ET.
VOLVMEN. HOC.
OBSEQVII. AC. PIETATIS.
TESSERAM.
OFFERIMVS.

EDITORES.

Cor-

Contenta.

I. BVLLA

I.

Bulla indulgentiarum Papæ BONIFACII IX. Ecclesiæ Monasterii S. Johannis apud Lubecenses anno 1400. concessa. (*)

Ex originali.

BONIFATIUS, Episcopus, Servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne & laudabiliter serviatur, de habundantia sue pietatis, qve merita supplicum

(*) Exemplar hujus Bullæ authenticum, in membrana exaratum, & sigillo plumbeo, cujus imaginem ligno incisam sistimus, munitum, co[illegible]que e manibus bibliopegi redemtum, possidet [illegible] Rev. Dn. Noster SENIOR, cujus communicationi illud debemus. Alteram similis tenoris Bullam, itidem membranaceam, ante aliquot annos auctionis, qvam vocant, jure obtinere licuit, involucri qvippe instar editioni Annotationum *Erasmi* in N. T. Basil. 1522. fol. inservientem, qvæ licet in plerisque cum priori coincidat, integram tamen, qvam mutilam, exhibere satius visum fuit.

excedit & vota, bene servientibus sibi multo majora retribuat, qvam valeant promereri: nichilominus tamen desiderantes, Domino populum reddere acceptabilem & bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei qvasi qvibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet & remissionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores. Cupientes igitur, ut ecclesia Monasterii Sancti Johannis Evangeliste Lubicensis congruis honoribus freqventetur, & eciam conservetur, & ut Christi fideles eo libencius causa devocionis confluant ad eandem ecclesiam, & ad conservacionem hujusmodi manus prompcius porrigant adjutrices, qvo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, vere penitentibus & confessis, qvi in festivitate sancti Benedicti abbatis, & per duos dies dictam festivitatem immediate seqventes, prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, & ad conservacionem hujusmodi manus porrexerint adjutrices, illam indulgentiam & remissionem peccatorum auctoritate Apostoli-

ca

ca tenore presentium concedimus, qvam visitantes ecclesiam beate Marie de Porciuncula dictam de Angelis extra muros Assisinatium primo & secundo diebus mensis Augusti annuatim qvomodolibet conseqvuntur. Et insuper ut Christi fideles ad ipsam ecclesiam ejusdem Monasterii in predicta festivitate, ut prefertur, confluentes, consciencie pacem & animarum salutem Deo propicio conseqvantur, & indulgencie hujusmodi melius participes esse possint, benignius agere volentes, ut dilecta in Christo filia Abbatissa dicti Monasterii pro tempore existens octo sacerdotes ydoneos seculares vel religiosos in confessores eligere possit & eciam deputare, qvi confessiones qvarumcunqve personarum, ecclesiam predictam istius Monasterii causa hujusmodi indulgencie asseqvende in predicta festivitate annuatim visitantium, & per duos dies predictos & in eadem festivitate audire, & ipsorum confessionibus diligenter auditis pro commissis eis debitam absolucionem impendere valeant, ac injungere penitentiam salutarem, nisi forsan talia fuerint, propter qve sit sedes apostolica merito consulenda, eadem auctoritate apostolica tenore presencium indulgemus

presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qvis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno duodecimo. (*)



A. de Portugruajo.

Gratis de mandato Domini nostri Pape

Gerlacus.

II.

(*) BONIFACIUS IX. Sedem Papalem occupavit anno. 1389. d. 2. Novembris & mortuus est, anno 1404. d. 20 Octobr. adeoqve hanc bullam, anno Pontificatus sui duodecimo & qvidem primo die Decembris concessam, anno Christi 1400 expedivit.

II.

Alia
Ejusdem Papæ
ſimilis qve tenoris
Bulla,

Eccleſiæ S. Catharinæ apud Roſtochienſes anno 1399. conceſſa.
Ex originali.

BONIFATIVS Episcopus, Servus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus, preſentes litteras inſpecturis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne & laudabiliter ſerviatur, de abundantia ſue pietatis, qve merita ſupplicum excedit & vota, bene ſervientibus ſibi multo majora retribuat, qvam valeant promereri: nichilominus tamen deſiderantes domino populum reddere acceptabilem & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei qvaſi qvibusdam allectivis muneribus, indulgenciis videlicet & remisſionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores. Cum igitur, ſicut accepimus, eccleſia Sancte Katherine

therine in Roſtok, Zwerinenſis dioceſis, qve Monaſterium & locus fratrum Minorum eſt, propter antiqvitatem ſtructure & diverſas gverras, tam in aqvis qvam in terris per diverſorum curricula temporum habitas, maximam ruinam in edificiis paciatur: nos cupientes, ut dicta eccleſia beate Katherine, Monaſterium & locus fratrum predictorum congruis honoribus freqventententur, reparentur, & eciam conſerventur, & ut Chriſti fideles eo libencius cauſa devocionis confluant ad eadem, & ad reparacionem & conſervacionem hujusmodi manus prompcius porrigant adjutrices, qvo ex hoc ibidem dono celeſtis gracie uberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qvi in ſecunda feria feſti Penthecoſtes, & per ſeptem dies ipſam ſecundam feriam immediate ſeqventes, eccleſiam, monaſterium, & locum predicta devote viſitaverint annuatim, & ad reparacionem & conſervacionem hujusmodi manus porrexerint adjutrices, illam indulgenciam & remiſſionem auctoritate apoſtolica concedimus peccatorum, qvam eccleſiam beate

te Marie virginis de Portiuncula alias dictam de Angelis extra muros Assisinatium primo & secundo diebus mensis Augusti visitantes annuatim quomodolibet conseqvuntur. Et nichilominus ut Christi fideles ipsi ad ecclesiam beate Katherine, Monasterium & locum predicta in prefata feria secunda & per septem dies ipsam immediate seqventes, ut prefertur, confluentes, consciencie pacem & animarum salutem Deo propicio conseqvantur, & indulgencie hujusmodi melius participes esse possint, benignius agere volentes, ut dilecti in Christo filii, Gardianus & lector principalis pro tempore in eadem ecclesia, monasterio, & loco existentes, octo presbyteros ydoneos seculares & religiosos in Confessores eligere possint ac eciam deputare, qvi confessiones quarumcunqve personarum, ecclesiam, monasterium, & locum predicta causa hujusmodi indulgencie asseqvende in dicta secunda feria & per septem dies predictos annuatim visitantium, in ipsa secunda feria & septem diebus immediate seqventibus duntaxat audire, & ipsis confessionibus diligenter auditis eisdem personis pro commissis debitam absolucionem impendere valeant, ac injungere peniten-

ciam salutarem, nisi forsan talia fuerint, propter qve sedes apostolica sit merito consulenda, predicta autoritate apostolica de uberioris dono gracie tenore presencium indulgemus. Cum autem presentes littere ad ecclesiam, Monasterium & locum predicta ad instans festum Penthecosten debito tempore pervenire neqveant, volumus & tenore presencium concedimus, qvod visitantes ecclesiam, monasterium & locum fratrum predictorum in festo Assumpcionis beate Marie Virginis & per octavas ejusdem presentis anni duntaxat, ipsas indulgentias, ut prefertur, graciosius conseqvantur, qvodqve si alias visitantibus dictam ecclesiam Monasterium & locum aliqva alia indulgencia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, talis concessio nullius existat roboris vel momenti. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qvis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome, apud sanctum Petrum, XII. Kl. Maji, Pontificatus nostri anno decimo. (*)

III.

(*) i. e. anno Christi 1399.

III.
JOSEPHI DE JOUVANCY, S. I.
Carmina quædam & Epigrammata, in donationem bibliothecæ, ab illustri HVETIO factam, composita. (*)

A 5 ILLU-

(*) Cum haud ita pridem Vir Celeberrimus ac Doctissimus, JOH GEORG. SCHELHORNIUS, suavissimarum *Amoenitatum literariarum*, quibus jam aliqvo abhinc tempore eruditum orbem sibi devincire coepit, Tomo V. ann. 1726. edito, p 164 sq. *Tabulas Donationis* exhibuerit, quibus P. D. HVETIVS, Episcopus qvondam Abrincensis, suam bibliothecam Iesuitarum domui professæ Parisiensi addixit; haud ingratum lectori fore confidimus, si supplementi cujusdam instar carmina, hac occasione unica plagula octavi ordinis edita, sistamus, quæ Lutetiæ qvondam, cum bibliothecam hanc visendi, HVETIVMQVE ipsum, LXXXVI tunc annos natum, salutandi copia daretur, ad manus nostras pervenerunt. Cæterum de hac bibliotheca vid. PETR. DAN. HVETII Commentar. de rebus ad eum pertinentibus Lib. I p. 24. sq. & Lib. VI. p. 164. sq. edit. Lips. GEORG WALLIN Lutetia Parisiorum erudita Cap. I. p 35. & Cap. VI. p. 113. DAN. MAICHELII introductio ad hist literar. de præcipuis Bibliothecis Paris. part. I. c. VII. p. 96. JOACH CHRISTOPH. NEMEITZ Sejour de Paris c. XXIV. §. 6. p. 212 sq. Cl. BVDERI neuester gelehrter Staat von Paris Sect. VI. §. VII. p. 199.

ILLUSTRISSIMO ECCLESIÆ PRINCIPI
PETRO DANIELI HUETIO
ABRINCENSIUM EPISCOPO,
QUOD BIBLIOTHECAM SUAM DOMUI PROFESSÆ SOCIETATIS JESU dono dederit,
AC SIBI DOMICILIUM IN EADEM DOMO ſumpſerit.

SINT, quibus aut imber nummorum ſparſus ovantem
In populum, aut feſtis epulum ſolenne diebus,
Editave ingenti ſpectacula barbara circo,
Et ſcenæ peregrinus honos, meruere beatum
Munifici quondam nomen. Non artibus iſtis
Nominis egregii laudem ſibi HUETIUS ambit,
Munera dat majora; quibus non regia certent
Extructa in cumulos auri argentique talenta,
Non Phrygiæ certent, non Lydæ pondera gazæ.
Ingenii felicis opes, congeſta tot annos,
Et

Et propriis etiam vigilata volumina curis,
Tot Latiæ, tot Cecropiæ monumenta Minervæ,
Dulcibus, æternum munus, largitur amicis.
Ingentis doni pretium fas dicere paucis,
Quos dexter Genius, mentisque capacior altæ,
Supra humiles terras, ac vulgi abjecta profani
Evexit studia, & meliori sorte beavit.
Nec tamen heredi curam hanc, laudemve relinquit:
Dividit in caros per se se dona sodales,
Et dextrâ munus dulci commendat honestum.
Quin pars magna sui nec muneris esse recusat;
Nec fontem, qvi jam rivos dedit, invidet; ipse
Augustos ingens amat hospes inire penates,
Atqve domum totam, cum partem deligit, ornat.
Macte animi istius, PRÆSUL; quæ munera donas,
Sola Stygem, & pigræ fugiunt oblivia Lethes:

Cùm

Cumque suis olim tumulata trophæa ruinis,
Atque triumphales, annis vertentibus, arcus,
Et Luparæ ingentis senio expugnata, jacebunt
Marmora, ruderibus vix agnoscenda superbis;
Illibatus honos librorum, & gratia vivet.
Quantum illis usus, quantum longæva Vetustas
Detrahit, auricomæ eum florem ætatis amœnum
Decutit, ac fronti rugas inducit aniles,
Tantum addit pretii: cani, rugæqve, situsque,
Pulverulenta cutis multoque retorrida fumo,
Et vestis detrita, placent: nomenque, decusque
Illinc sera trahunt victuræ in sæcula chartæ.
Nec sibi duntaxat vivunt, legésque severas
Temporis, & leti superant crudelia jura;
Immortale suis etiam cultoribus ævum,
Vivacemque ferunt longe post funera famam.
Hæc te certa manet, PRÆSUL CLARISSIME, si quid
Veri

Veri ſacra canunt Muſarum oracula, merces.
Utque tibi vitam meliori reddita luci
Debebunt veterum tot ſplendida ſcripta virorum,
Quæ tua reſtituit, nigroque invidit Averno
Cura, vel immeritis ægre produxit ab umbris;
Cum fœdata ſitu, ſenioque obſcura jacerent:
Sic illis certæ debebis præmia famæ,
Acceptamque á te lucem tibi deinde refundent,
Quam neqve nox tumuli extinguet, neque temporis atrox
Invidia, & priſcis inimica laboribus ætas.
Poſteritas memor, & doctorum grata viciſſim
Natio perpetuos tibi rite ſacrabit honores,
Ac nota texet dulcem de fronde coronam;
Seu lauri, atque hederæ, vatum ornamenta, placebunt;
Sive, oratorum ſolennia præmia, palmæ;
His ſeſe domus hæc adjunget læta, datiſque
Dum libris dives, priſca pro laude tuenda
Muſa,

Musarum, aut sancta pro Relligione, fruetur;
Ipsa tuo solvet meritas tibi munere grates;
Amplum etiam fœnus, donis utendo, rependet.

LIVOR DECEPTUS.

PROBITATIS & doctrinæ Fama nobilem
HUETIUM florere, limis improbus
Oculis videbat Livor. Unum hunc judicem
Præ cæteris requiri, si quid uspiam
Litis coortum grege in Apollineo foret:
Curas illius eruditas ultimum
Plausu secundo late in orbem divehi,
Typis vulgatas omnibus & linguis teri.
Quin illos, Error quos à nobis segregat
Fidei paternæ transfugas, omnes simul
Ita convenire sponte nobiscum, ut sacræ
Juxta & profanæ antistes doctrinæ palam
HUETIUS celebretur, ac primas ferat.
Urebat isthæc fama Livorem. Libros
Ingenti Præsul, hospites caros, domo,
Lectos, præstantes, optimæ inuumeros notæ,
Dudum asservabat; talis haud temere viro
Placet supellex, ista se lautum putat.
Neque hoc Livorem fugit. Illos perdere,

Et quam Domino moliri non audet (sacrum
Caput veretur quippe) perniciem libris
Inferre statuit. Haud mora ipsos parietes
Queis incumbebat maxima illorum strues
Suis imposta forulis, clam corrumpere,
Diroqve dente atterere paulatim occipit,
Eroso paries fundamento corruit:
Strages librorum magna; fœdo pulvere
Turpati plures, laceri, & obtriti jacent.
Aberas, HUETI: nam te nunqvam ausus foret
Facinus præsente. Tristis ecce nuncius
Perfertur ac recenti de clade admonet:
Sed hanc sarcire vix opis ullius fuit.
Excussa muri rudera confestim, & specu
Ægre recepti ab imo, quos moles sua
Aut casus aliquis felix, pesti paululum
Subduxit; alios subtus effossis humus
Hausit cavernis, aut luxatis artubus
Truncatos, ore mutilo, distortis genis,
Fœdavit, nulla damnum quod reparet manus.
Dirus triumphat hostis. Nec tamen hic stetit
Funesta monstri rabies; in reliquos novam
Jam versat animo pestem: nempe intelligit
Collectos uno codices multos loco

Tutari

Tutari se se contra longævam diem.
Si distrahas, perire; non secus ac vaga
Palansque ruptis acies ordinibus perit.
Ergo illud sperat tempus aliquando affore,
Dum dissipatos, olim erepto Præsule,
Facile pessundet, quos modo collectos nequit.
Id sensit Præsul inclytus. Amicos vocat,
Doctrina quos pietati perspectæ addita
Ipsi professo dudum amore junxerat:
Illis habendos legat æternum libros,
Jubetque caram protinus inferri domum.
Ibi sociatis unum in agmen copiis,
Et sacramenti unius inter se fide
Juncti retundent sævos Annorum impetus,
Et HUETII nomenque munusque aureum,
Dum litteræ florebunt ac Musæ, canent.

O D E.

QUID juvat cura nimium sagaci
Erutos ægre tenebris, maloque
Tempori ereptos, nitidis libellos
Condere tectis?
Quid juvat stratos loculo eleganti
Aureis circum redimire filis:
Pelle quid Maura tegere, & micanti
Tingere fuco?

Sci-

Scilicet pompam cupidis videntum
Futilem præbent oculis; colorque
Dulce spectantes tenet, ac moratur
Lucidus ordo:
Classibus quando propriis tributos
Rite digessit manus erudita;
Nota cum jussæ veluti sequuntur
Signa phalanges.
Hinc sibi plaudit dominus, serisque
Continet centum, titulos inanes
Scire contentus, metuensque summa
Tangere dextra.
Interim blattæ, tineæque, fauces
Improbas explent dapibus superbis;
Sacra liventi monumenta rodit
Dente Vetustas.
Cura quæ libros deceat, quis usus,
Præsul exemplo monet, expetendi
Quem redonavit patriæ, & marinis
Cessit Abrincis
Suessio. Prudens opibus paratis
Utitur, prisci reperire veri
Limpidos fontes, & operta rerum
Promere felix.
Quicquid illustres peperere Athenæ;
Artium quicquid genitrix bonarum
Roma procudit, memori repostum
Pectore servat:
Codices inter sedet ipse judex

Candidus: cunctos trutina fideli
Acer expendit, male ne quid ætas
Credula peccet.
Nec satis: pulcri socios laboris
Esse complures avet: eruditis
Dat libros, ingens animi sacrumque
Pignus, amicis.
Ille nimirum melior, salubres
Ore qui lymphas procul ampliori
Spargit, ac plures beat amnis agros
Divite vena:
Hunc frequens rivus, scatebraque leni
Diditus campis liquor æstuosis
Laudat auctorem, meritosque fonti
Solvit honores.

EPIGRAMMATA.

DOctas, PRÆSUL, opes, pretiosa volumina, donas,
Mentem utinam pariter, qua legis illa, dares!

DIvidis in caros cum munera docta sodales,
Parvaque præstanti scrinia merce beas,
Vis te munificum, Præsul doctissime; dicam?
Non faciam: Libris nempe carere potes.

Nil

Nil tibi, cum nobis tot lecta volumina donas,
Detrahis, ipse ingens bibliotheca tibi es.
Sic donum jam vile tibi tua copia fecit,
Plusque dares multo, si minor ista foret.

PHœbum rogabam nuper, ut pictos mihi,
Aut ære fusos dædalo
Vultus Hueti, marmore aut solido, daret,
Doctis locandos ædibus,
Inter librorum decora tot veterum, & sacræ
Antistites sapientiæ.
At Phæbus; ecquid mortuis coloribus
Picta, inquit, ora postulas?
Parioque vultus lapide jussos vivere,
Aut ære molli redditos?
Habes tabellam certiorem, quos manu
Tot erudita condidit
Libros: in illis vivit; & vivet, suum
Dum litteris stabit decus.
Pariumque marmor, atque Apelleos edax
Tempus labores deteret:
At, ipse chartis quam fidelibus sui
Impressit effigiem ingeni,
Altis inustam mentis egregiæ notis,
Hanc nulla delebit dies.

TEnuia pro magnis quod mitto epigrammata libris,
Ne, docte Præsul, despice.
Munera non gratam duntaxat grandia mentem,
Sed parva nonnunquam probant.
Sic laudem ingenii non magna volumina tantum
Merentur, & grandis labor;
Tempore cum multo, & Musis sudatus anhelis,
Annisque celatus novem
Eruitur tenebris magno molimine fætus,
Lucemque timidus aspicit:
Laudantur vatum ludi, nugæque canoræ,
Dulcesque Musarum joci.
Nec te adeo docti solum mirantur, opertos
Cum mente pervadens, sacræ
Demonstras legis fontes, aut luce profundum
Adamantium illustras nova:
Sed cum inflas etiam tenui mollem ore cicutam,
Theamqve ludendo canis.

EN epigramma iterum tibi mittitur, INCLYTE PRÆSUL;
Talia nimirum scribere perfacile est

At grandes libros, operoſa volumina, quales
Ipſe frequens condis, ſcribere difficile eſt.

ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩι
ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΑΡΧΟΝΤΙ
ΠΕΤΡΩι ΔΑΝΙΗΛΙ
ΤΩ ΥΕΤΙΩι
ΑΒΡΙΝΚΑΤΟΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩι.
Τῷ τὴν ἑαυτȣ̃ Βιβλιοθήκην τῇ τοῦ Ἰησου ἑταιρίᾳ δωρήσαντι.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ.

Ἐν φίλοις ποιμὴν ἑτάροις πολὺ φέρτατος ἦεν
Ἠΰκομος Λυκίδας, Μουσάων ἁδὺ μέλημα,
Πανός τ' αἰγιβότȣ, καὶ Φοίβȣ ἱμερόεντος.
Καλὸν γαρ μάλ' ἄειδε, καὶ ȣ̓ λέλαθέν μιν ἀοιδὴ
Παντοίη, μελίγηρυς· ὁ δ' αὐτοδίδακτος, ὑπ' ἄλλων

Οὐκ ἐδάη· Πόνος ἀνδρὶ διδάσκαλος ἔπλετο, καὶ νοῦς

Ἠΰφυὴς, καὶ Πεῖρα, Χρόνου θυγάτηρ πολυΐδρις.

Εἶχε δ' ἄρ' εἰν ὅπλοις νομίοις σύριγγα λίγειαν,

Μακρὰν, νηγάτεον, τὴν ξέσσεν χερσὶν ἑῇσι

Τόρνῳ, ἐπισαμένως· περὶ δ' ἄργυρον ἀμφὶς ἔπασσε,

Ξανθὴν ἀμμίξας πύξῳ ἐλέφαντα φαεινόν.

Πολλάκι δ' ἄρ κείνῃ μεγάλους ὕμνησεν ἄνακτας,

Καὶ παῖδας μεγάλων ἄδειν ἐδίδαξεν ἀνάκτων.

Εὖτε δὲ προθήκας μελιηδέα χείλεσιν αὐλὸν,

Ἦρχε μέλους, τότε δὴ πλατάγησε πολύκροτος ὕλη,

Δένδρων σκιρτώντων· ποταμῶν δ' ἔστηκε ῥέεθρα,

Οἱ δ' Ἄνεμοι ἀΐοντες ἀκὴν ἵσαντο σιωπῇ,

Ἀλλὰ μέλος μετέπειτα φέρον ποτὶ πείρατα γαίης

Εἰς λαοὺς πόρρωθεν, ὅποι πρὸ κεν ἵπτατο φήμη.

Δάφνιν

Δάφνιν ἄταρ Λυκίδας ἀγάπαζεν, καὶ περὶ φίλης
Τὴν ὁμηλικίης, ὅτι Μῶσας ἔξοχα Δάφνις
Στέργεν, μειλιχίη τε καὶ εὐσεβίη ἐκέκαστο.
Δῶκε δέ οἱ Λυκίδας πρόφρων σύριγγα λίγειαν,
Προῖκα χαισσάμενος, καὶ τηρεῖν οἴκοι ἄνωγεν.
Δώρῳ μὲν Δάφνις μέγα τέρπετο, ὥσπερ ἔοικεν,
Ἠδὲ λίγῳ ἀπέτισε χάριν, καὶ κηρόθι μᾶλλον.
Αὐτὰρ πάπταινεν, καὶ δίζετο ἤματα πολλά,
Ὥς τί γε ἀντιδιδῷ, καὶ ἴσην τίνῃ ἀμοιβήν·
(Ἄχθος γὰρ χάρις ἐστὶν, εἰ ἀντίχαριν τις ἀπηύρα.)
Οὐδέ τι εὐτελέσιν μεγάροις ἐνὶ δῶρον ἔφευρε.
Ἀχνύμενον δὲ νόησε Μενάλκας, ἔμφρονα εἰδώς,
Καὶ τότε μιν προσέειπε γέρων, πινυτῶς τε μετάλλα·
Τίπτε μάτην δῶρον ζητεῖς, φίλον ἦτορ ἀτέμβων,
Νήπιος; ἐν χερσὶν κεῖται χάριν ἀντεπιμετρεῖν.

Χρῶ σύριγγι μόνον, χρῶ, καὶ μάθε καλὸν ἀείδειν·
Οὐκ ἄν τι Λυκίδα δῶρόν ποτε ἥδιον ἔσαι.

JOSEPHUS de JOUVANCY,
Societatis JESU.
M. DC. XCIV. Kal. Jan.

IV.

Christophori Augusti Fabretti,

ICti, Disquisitio,

an Germani Cæsaris Tacitique temporibus Druides habuerint.

§. 1.

Fuisse quondam Druides, Celtarum, quibus tam Galli qvam Germani comprehendebantur, sacerdotes & Philosophos, rerum divinarum atque humanarum interpretes, nemini forsitan venit in dubium. Nec facile quisquam negaverit, Druidum instituta Germanos æque ac Gallos habuisse perspecta & cognita, nisi si quis, germanicarum rerum plane expers & ignarus in ipsa patria hospes & peregrinus versatur. Tota Germania non obscura Druidum ostenta

ſtentat veſtigia, quæ præter ceteros Clariſſimus Keyslerus, ſagaciſſimus & diligentiſſimus antiquitatum Celticarum investigator copioſè collegit. (a) Hoc ſaltem inter doctiſſimos quoque dubium controverſumque eſt, an Germani Cæſaris aut Taciti temporibus Druidum notitiam habuerint, eorumque diſciplinæ & moribus tam in ſacris quam civilibus negotiis operam dederint.

II. Julius Cæſar in commentariis, (b) quibus & conſuetudines Gallorum & Germanorum, earumque differentiam complexus eſt, apertè tradit: *Germani neque Druides habent, qui rebus divinis præſint, neque ſacrificiis ſtudent.* Multi, hujus auctoritate freti, cum reliqui Scriptores non ſatis expreſſe definiant, an & quando Druides in finitimas ex Gallia provincias ſe receperint, ſero illos in Germania pedem poſuiſſe perhibent. In his Schurtzfleiſchius, (c) vir multæ, dum viveret, lectionis pariter & exquiſitæ eruditionis, non tantum negat, ſub illud tempus, quo Cæſar de Galliis ſcripſit, in

 Ger-

(a) In Antiquitat. Selectis Septentrionalibus & Celticis, Hannoveræ 1720. editis. (b) de B. G. L. VI. (c) Operum Hiſtor. Politicor. diſp. 56. §. 7. p. 134.

Germania extitisse Druides, & contra Schedium auctoritatem Cæsaris oppugnantem tuetur, ne sacerdotes quidem Germanorum, quos Tacitus descripsit, ex Druidum numero fuisse, sed etiam multis verbis asserit: (d) *Longe post Taciti memoriam eos in Germaniam finitimaque regna demigrasse, maxime cum Franci, in Gallia armis subacta, Christo nomen darent, admonitique a Pontificibus barbaros impiosque ritus ex civitate Christiana & regno suo exterminarent. Inde profectos latibula superstitionis ad Mosellam, Rhenum atque Danubium quæsivisse &c. Hinc in regiones trans Rhenum progressos, ad Boios; Hessos, Venedosqve se contulisse &c.*

III. Schurtzfleischii quidem nomen summæ apud me semper est auctoritatis, cujus & manes, ob miram viri, dum viveret, elegantiorum litterarum cognitionem veneror; mihi tamen fortassis licebit, ab illo non minus quam à Cæsare paulum dissentire, illorumque opinionibus, meas alia ratione ducendas conjecturas opponere. Cæsar præcipue in descriptione germanicarum consuetudinum hoc minorem in multis meretur as-

sensum

(d) c. I. in princ. §. 7.

ſenſum, quo magis in commemorandis Gallorum rebus geſtis negligenter ſæpe numero oſcitans hallucinatus eſt. Id quod jam dudum Aſinius Pollio, Aſinius Quadratus, Strabone teſte, & ipſe Strabo in illo reprehendere non dubitarunt (e)

IV. Itaque cum audacter affirmet, Germanos multum a conſuetudine Gallorum differre, in eo ipſe reliquis ſcriptoribus, & omni hiſtoricæ veritati vehementer reclamat. Strabo (f) certe aſſeverat firmiſſime: *Gallos & Germanos, & natura & vitæ inſtitutis invicem ſimiles eſſe & cognatos.* In primis de Germanis: (g) *Sed & forma*, inquit, *& moribus & victu adſimiles ſunt Gallorum; itaque recte mihi videntur Romani hoc nomen* (Germanorum) *iis indidiſſe, cum eos fratres eſſe Gallorum vellent oſtendere.* Ego quidem in præſentiarum hoc quicquid eſt de Germanorum nomine (h) ſuſpicionis prætereo; at notum atque apud omnes fere teſtatum eſſe arbitror, Germanos veteres cum Gallis eandem habuiſſe originem. Priſca enim vetuſtas utramque gentem coeco &

(e) Cluver. L. I. German. Antiqu. c 3. (f) Geograph. L. IV. (g) L. VII. (h) Conf. interim Maſcau Teutſche Geſchichte L. I. §. 6.

& obſcuro Scytharum vel Celtarum nomine, omnibus Europæ incolis tum communi, complectebatur, ex quo cognoſci etiam quodammodo poteſt, antiquiſſimis retro temporibus, linguam, pronunciatione vel quaſi diverſam, mores vivendique rationem inter utramque fuiſſe communes. Et quamvis terrarum conſtitutio & natura, coeli temperatio, nec non uſus & familiaritas populorum, molliori vitæ indulgentium, plerumque efficiat, ut gentes, ortæ ex eadem ſtirpe, interjecto temporum certo intervallo, moribus & conſuetudinibus inter ſe diſcrepare ſenſim pedetentimque incipiant; tamen Cæſaris memoria, tanta non erat inter Gallos & Germanos diſſimilitudo quantam imperator ſibi ante oculos ponere videtur. *Quantulum enim amnis obſtabat, quo minus, ut quæque gens evaluerat, occuparet permutaretque ſedes, promiſcuas adhuc & nulla regnorum potentia diviſas?* Quemadmodum de reciprocatis harum nationum migrationibus pulcherrime judicat Tacitus.

V. Fatetur Cæſar atque profitetur, (i) fuiſſe antea tempus, cum Galli trans Rhenum colonias mitterent, ac Volcæ, Tectoſages

(i) de B. G. L. VI.

ſages, fertiliſſima Germaniæ loca circum Hercyniam ſylvam occuparent, quæ gens ad illud quo ſcribebat tempus, iis ſedibus ſe continuit, eodemque victu & cultu, quo Germani uſa eſt. Tacitus (k) confirmat, inter Hercyniam ſylvam Rhenumque & Moenum amnes Helvetios, ulteriora Bojos, gallicam utramque gentem tenuiſſe. Germani viciſſim in Galliam ſæpius tranſierunt atque ibi conſederunt. Fortiſſimi Belgæ, qui tertiam partem Galliæ, quam Cæſar finibus circumſcripſit, incolebant, orti fuerant à Germanis, Rhenumque antiquitus transducti, expulſis Gallis, ſedem ibi collocarunt. (l) Ubii, quorum civitas ampla atque florentiſſima quondam ad Rhenum fuit in Germania, Cæſare teſte, (m) gallicis moribus fuerunt aſſvefacti. Quid, quod ipſa maritima pars Britanniæ, in qua Druidum diſciplina reperta atque inde in Galliam translata eſſe exiſtimatur, (n) ab iis incolebatur, qui belli inferendi cauſa ex Belgio transgreſſi ibi remanſerunt, atque agros colere coeperunt? (o) Nec hoc prætereo, quamvis nonnullis leve viſum iri

(k) de M. G. c. 28. (l) Cæſ. de B. G. L. II. c. 4. (m) L. IV. c. 3. (n) Cæſ. de B. G. L. VI. c. 13. (o) ibid. L. V. c. 12.

iri putem, quod Romani Germanos veteres, nec non Cimbros, uno nomine Gallorum sæpius comprehenderint, uti jam Schedius (p) non sine ratione dudum observavit. Diodorus Siculus (q) affirmat: *Omnes illos ad Scythiam usque diffusos, & ad Oceanum, Hercyniumque montem sitos, Gallos vocitari, Romanos vero universas hasce gentes una Gallorum appellatione comprehendere.* Nemini ergo dubium esse debet, Germanis & Gallis propter generis nominisque communionem ac multiplicem gentis consociationem, eadem instituta, religionem eandem, eosdem sacrorum auctores, ceremoniarum morumque interpretes, quos communi voce Druides appellabant, haud injuria adscribi posse. (*)

VI. Sed ut ut hæc sunt, tamen, quo magis, quod in disquisitione positum est, evidens & omni luce clarius appareat, non incommodum videtur Germanorum mores, cum iis quos Cæsar Druidum institutioni tribuit, conferre, quo facto, si forte non nomen Druidum, tamen rem ipsam, nimirum illorum sectam

(p) de Dis Germ. Syngramm. I. c. I. (q) Biblioth. L. V. (*) confer. ad h. §. Mascau Teutsch. Geschicht. L. I. §. 3. 4. 5.

ctam ac sodales reperiemus certissime. Primum autem monere placet, Druidum tria fuisse genera: *Bardos*, qui carmina tractabant, *Vates*, qui sacrificiis praeerant, & *Druides* proprios, qui præter philosophiam naturalem circa moralem disciplinam versabantur. (r) Sed hi omnes generali plerumque denominatione *Druides* compellabantur; ex quo facile cuivis est intellectu, non statim illos, quos communiter scriptores *Vates* vel *Sacerdotes* nominant, ex ordine & sodalitate Druidum esse ejiciendos; Quod probe contra Schurtzfleischium erit notandum. At, promissam comparationem aggredior.

I. Cæsar Germanos sacrificiis (s) studere negat; Gallos contra ejusmodi religioni deditos esse, & pro victimis homines immolare, administrisque ad ea sacra Druidibus uti, asserit. Tacitus (t) autem expresse

(r) Strabo Geograph. L. IV. (s) Religionem Germanorum contra Cæsarem asserere promisit Keyslerus. in opere de *Germania gentili*, cujus conspectum dedit in Antiqu. Septemtrion. & Celt. p. 297. Confer. interim: *La religion de Gaulois*, cujus auctor est P. Jac. Martin Ord. S. Benedicti & congregat. S. Mauri, qui germanos cum gallis eadem exercuisse sacra aperte docet. (t) de M. G. c. 9. & 39.

presse docet; *humanis quoque hostiis litare fas habent.* Idem, de Semnonibus vetustissima nobilissimaque Suevorum ratione perhibet: *Stato tempore in sylvam auguriis patrum & prisca formidine sacram, omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coeunt, caesoque publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia.* II. Germanis non defuisse vates Caesar ipse fateri necesse habuit. Auspicia sortesque observabant, avium voces volatusque interrogabant, proprium vero, ut Tacitus observat, nostrae gentis erat, equorum quoque praesagia ex hinnitu & fremitu experiri. Divinandi interim studium foeminis etiam commissum erat, quibus in esse Sanctum aliquid & providum putabant, nec aut consilia earum aspernabantur aut responsa negligebant, (u) cum ea esset omnino apud Germanos consuetudo, ut matres familias sortibus & vaticinationibus declararent, quid in rebus maximi momenti in usu esset nec ne. (w) III. Bardi, Druidum socii, inter Germanos carminibus per quam celebres inveniebantur; canebant illi res gestas principum suorum, & cantu quem Barditum vocabant animos accen-

(u) Tacit. de M. G. c. 8. (w) Caes. L. I. c. 50.

accendebant futuræque pugnæ, fortunam augurabantur. (x) IV. Druides Gallorum multa de ſideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura tradebant. Spatia omnis temporis non numero dierum, ſed noctium finiebant, & dies natales & menſium & annorum initia ſic obſervabant, ut noctem dies ſubſequatur. (y) Germani procul dubio eadem in naturalibus philoſophandi ratione utebantur, vel hoc certe indicio, quod Cimbri, Germanorum vera progenies, de ortu mundi, hominum natura, de providentia &c. multa ſub fabularum involucris tradiderunt, quorum exempla *Trogillus Arnkiel*, (z) ex Edda Islandorum in medium profert; Præcipue vero Germani quoque non dierum numerum ſed noctium computabant, conſtituebantqve noctem diem ducere. (a) V. Gallici Druides in primis hoc docebant: non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putabant, metu mortis neglecto. (b)

(x) Tac. de M. G. (y) Cæſ. L. VI. (z) Cimbriſch. Heyd. Religion c. 14. §. 2. c. 15. §. 2. ſeq.
(a) Tac. de M. G. (b) Cæſ. L. VI.

Germanis eandem fuisse mentem persuadet Valerius Maximus; (c) & Appianus in Celticis (d) Marcomannos vocat contemtores mortis, persuasione futuri in vitam reditus. Et quamvis Tacitus de mortis contemtu, ejusque principio, animarum scil. migratione, nil quidquam expressi memoriæ prodiderit, quod vel inde factum puto, quod sacerdotes & sapientes Germani, magna in obscuritate rerum & recondita in arte, Druidum more, versabantur, nec facile in vulgus illam efferri patiebantur: tamen illorum res gestas commemorando, fortem atque invictum in rebus asperis animum collaudando, tecte illud innuere videtur. VI. Druides Gallorum confidebant in consecrato *loco*, vel si cum Schurtzfleischio mavis, *luco*, de hac re enim non magnopere pugno. Germani quoque lucorum recessus deligebant, nemora consecrabant. In insula quadam Oceani castum nemus; & apud Naharvalos antiquæ religionis lucus ostendebantur. (e)

VII. Longum est enumerare omnia, quorum auxilio haud inepta morum germani-

(c) L. II. c. 6. (o) apud Mascov. Teut. Gesch. L. II. § 35. n. 14. conf. Keysl. in Antiqu. p. 128. 129. (c) Tacit. de M. G. c. 9. 39. & 43.

manicorum cum gallicis comparatio institui, justaque argumentatio effici posset. Ex propositis ergo rationibus saltem concludo hoc modo: Si I. verum est, Germanos ad Taciti memoriam ejusdem generis instituisse sacrificia, quæ apud Gallos Druides procurabant; Si II. Cæsaris & Taciti temporibus Vates & mulieres fatidicas Germania habuit, aut sacerdotes foeminas, quæ sacris una interant, quæque in ordinem Druidum adscriptæ (f) à Vopisco Dryades vocantur; (g) si Bardos III. ex numero Druidum aluit; si IV. Germani iisdem cum Druidibus Gallorum principiis in naturalibus usi sunt; Si V. pro certo affirmarunt, animas non interire, sed mutare tantum domicilia, ob eamque causam redituræ vitæ nesciverunt parcere, humanas res pro nihilo ducentes; Si VI. res abstrusas & à vulgi notitia sensuque remotas docuerunt, si intra lucos & nemora ab aliis hominibus disjuncti administrarunt sacra; Si denique hæc omnia Druidum institutis, sine ulla, ut patet, controversia, respondent: Verum omnino etiam erit, Germanos Cæsaris, maxime Taciti temporibus, Druides habuisse.

(f) Schurtzfl. Differt. sup. all. p. 829. (g) Keysler. Antiquitt. septentr. p. 447.

VIII. Sed videamus adhuc paucis, quid Druides Gallorum & Germanorum sacerdotes, quos ex illorum numero fuisse Schurtzfleischius constanter negat, intersit. Mihi sane Cæsar & Tacitus re ipsa conspirare & nomine tantum differre videntur. Cæsar (h) de Druidum auctoritate in sacris & civilibus ita tradit: *Illi*, (Druides) *rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. - - fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt, & si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controversia est, iidem decernunt, præmia poenasque constituunt.* Tacitus (i) de sacerdotibus Germanorum, mutatis modo verbis, suoque more compressius enunciatis, eadem certe affirmat; nam ubi restrictam principum regumque potestatem exposuit, hæc adscribit: *Ceterum neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam, nec Ducis jussu, sed velut Deo imperante.* Deinde Tacitus, modum coëundi in conciliis, in quibus & capitis discrimina intendebantur, explicans, hoc quoque consulto subjungit: *Silentium per sacerdotes, quibus tum &*

(h) L. VI. de B. G. (i) de M. G. c. 7. & 11.

& coërcendi jus est, imperatur. De sacerdotum functionibus in sacris & sacrificiis jam supra dictum est. Quis quæso ergo, Germanos suos sacerdotes eodem loco, quo Galli Druides, habuisse, vel sacerdotum denominatione ipsos comprehendi Druides, dubitabit? Scio equidem, apud Germanos æque ac Gallos sacerdotes & flamines, à Druidum sodalitate diversos, complures fuisse alios; (k) At hi, ut inferioris erant ordinis, ita ex contrario Tacitus sacerdotes suos regibus vel principibus civitatum socios adjungit, & à plebe distinguit, quippe qui cum optimatibus præcipuis reipublicæ negotiis intererant, justitiam administrabant, ac dirimendi lites auctoritate pollebant. Et quamvis Tacitus sacerdotum tantum mentionem inferat, posthabito Druidum nomine, tamen silentium illud pro inficiatione haberi nequit, quin etiam, quod Druidum studia in sacerdotio, sacrificiis & divinatione, maximam partem versabantur, à potiori illorum munere Tacitus denominationem sumpsisse existimandus est; adeoque cum rem ipsam spectemus & quasi digitis attingamus, verba non sunt subtiliter pendenda aut in con-

C 3 trover-

k) Schurtzfl. L. c. p. 849.

troversiam vocanda. Scriptores præterea alii Druides frequenter cum sacerdotibus nominatim ita dictis commutant. Sic Plinius (l) quos modo Druidas nominavit, paucis interpositis versibus, sacerdotes compellare non dubitavit. Schurtzfleischius ipse Druidibus prope regiam auctoritatem, nec injuria, tribuit; eosque post profligatam gentium superstitionem ex Gallia in Germaniam finitimaque regna demigrasse libenter concedit; tamen & post illud tempus sacerdotes potius quam Druides, sacrorum apud Germanos antistites vocantur. Ammianus Marcellinus, (m) sacri ordinis penes Burgundios præfecti summam auctoritatem describens: *Sacerdos*, inquit, *apud Burgundios omnium maximus vocatur Sinistus, & est perpetuus, obnoxius discriminibus nullis, ut reges.* Helmoldus (n) de Slavis: *Rex*, inquit, *apud eos modicæ est æstimationis in comparatione flaminis.* Plura in præsentiarum non addo, contentus probabiliori forsitan conjectura & ratione ostendisse; Germanis Druidum sectam & disciplinam, jam Cæsaris aut minime Taciti temporibus fuisse cognitam; propius autem

(l) H. N. L. 16. c. 44. (m) L. 28. c. 5. (n) L. II. c. 12.

autem à vero abesse, qui diversam sententiam amplexi contendunt, Druides demum post confirmatam à Francis in Gallia Christianam religionem in Germaniam discessisse, atqve ibi sedem constituisse.

IV. Sed cui bono, hæc qualiscunque est disquisitio? Duabus de causis præcipue hanc instituere placuit; Primum, ut pateat, quam iniqui, vel certe patriarum rerum ignari judices plerique sint scriptores Romani, & quam indignum sit germano nomine, si quis coeco peregrinorum amore adductus, patriæ instituta fastidit, quæ alienigenis longe postponit; deinde ut cognoscant ejusmodi in patria hospites, priscam nostram gentem, contentam quidem iis, quæ ratio haud quaquam politissima præscribebat, religioni tamen pro captu illius ævi, morumque disciplinæ, Druidum exemplo, operam dedisse, & multo ante bonis moribus, quam scriptis legibus instructam fuisse. Dantur utique complures, qui, maximo suo probro, non opinione solum sed etiam ad veritatem plane sibi persvadent, veteres Germanos ingenii fere vacuos, omnium rerum rudes & hebetes, æque ac pecora,

ſine legibus, aut utilitatis honeſtatisque regulis paſſim vagari conſueviſſe, usque dum ingenio non minus quam prudentia acutiſſimi ſubtiliſſimique Romani ſuæ abundantioris ſapientiæ participes illos reddidiſſent. At enim hoc non ſani hominis judicium, ſed delirantis ſomnium vocari meretur. Non equidem inficiandum eſt, Germanis olim multa, quæ ad vitam ornate, ſplendide & jucunde tolerandam pertinent, defuiſſe. Non adeo delicate & molliter vivebant, lacte, caſeo & melle veſcebantur, & ſine tecti munimento plerumque in ſylvis abditi multum in bello venationibusque verſabantur; Multarum artium expertes non adeo callidi, ad dolum & fraudem compoſiti, aſtuti aut malitioſi, atque Romani reperiebantur, ex contrario autem in egeſtate & ingenuitate ſua, juſtitiæ, æquitatis, temperantiæ civilisque prudentiæ, quod ſatis erat, habebant, & hoc illis natura ſibi relicta dabat, quod Romani, qui homines præ ſe nullos putabant, aut alias gentes barbaras pro nihilo ducebant, longa ſapientum doctrina præceptisque philoſophorum vix conſequebantur (o) Tanto plus in illis vitiorum proficiebat igno-

(o) Conf. elegantiſſ. Juſtini locus L. II, c. 2.

ignoratio, quam in his cognitio virtutis, qua de causa & plus apud illos valebant boni mores, quam alibi multæ ne dicam abundantes leges. Nemo igitur rerum peritus facile adducitur ut credat, leges & constitutiones Germanorum tum demum esse natas, quum litteris publicisque monumensis consignatæ extiterint, sed nulla potius esse potest dubitatio, ipsas vetustiores Teutonicarum consuetudinum reliquias in legibus Ripuariorum, Francorum, Boioariorum, Longobardorum &c, latere. (p)

X. Non alienum erit à proposito, paucis adhuc docere, cultos Romanorum mores, qui magnam speciem religionis & justitiæ præ se ferebant, inculta barbariæ germanicæ collatione superari. Instituta enim eorum, quibus communes cupiditates, quæ maxime ad hominum perniciem vergunt, quasi vinculis constringere nitebantur, si non sufficiebant, at certe rectæ rationi convenientiora illis erant, quibus Romani utebantur. *Voluptati* hoc minus serviebant, quo magis generatim atque universe in studium temperantiæ omnium commotionum moderatricis, toto animo ab parvulis incubue-

(p) Conring. de O. I. G. c. 2. seq.

rant. Homines frugi, in majoribus vitæ partibus moderati, pleni pudoris, pleni officii. Nam licet Tacitus adversus sitim adeo impotentes illos depingat, ut diem noctemque continuare potando nulli fuerit probrum; tamen in commune Germanos ebrietati indulsisse haud inde apparet. Vitium hoc nove à Romanis erat inductum, & quis credat, ad publicas inter pocula consultationes trahenda esse, quæ Tacitus de ebriositate in conviviis commemorat? Privatorum potius conventiculorum illa fuisse incommoda verisimile videtur. Suevi, Germanorum gens longe maxima, teste Cæsare, vinum ad se omnino importari non concedebant, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effæminari arbitrabantur. Liceat quæso, Christ. Thomasii (q) hac de re judicium in medium proferre. *Mores nostros*, inquit, *descripsit Tacitus, non Germanorum illius ævi. Casti fuerunt Germani; ignavos gravius puniebant quam homicidas, ipso memorante Tacito. Castitas & ignavia non combinantur, labor & castitas indivulso nexu sobrietati juncta sunt. Haud dubie Tacitus ex moribus proximorum in Gallia à Romanis corruptorum, aut ex moribus servorum, ex Germanorum gentibus captorum, & luxuria roma-*

(q) ad Monzamban, de statu Imper, Germ, c. 7.

mana perditorum (quo enim quis minus adſuetus eſt luxuriei, eo minus ſe tenere ſolet, ſi inter luxurioſos degere incipiat) judicavit de moribus univerſæ Germaniæ. *Hinc & ipſe neſcit, qvomodo judicium combinare debeat, miram diverſitatem naturæ accuſans, cum iidem homines ſic ament inertiam & oderint quietem.* Germanorum certiſſime mores, Romanorum peſſimo exemplo hac in parte corrupti tandem depravatique ſunt. Patet hoc ex oratione, qvam Tacitus (r) Tenchterorum legatis attribuit, qui tempore belli, à Civili in Batavis excitati, ad Coloniam Agrippinenſem mittebantur, poſtulatum, uti muris Coloniæ, munimentis ſervitii, dirutis, Romanos omnes in finibus ſuis trucidarent, & in parem juris libertatisque conditionem ſe cum Batavis vindicarent. *Inſtituta*, inquiunt, *cultumque patrium reſumite, abruptis voluptatibus, quibus Romani plus adverſus ſubjectos, quam armis valent.* Sed ut ut hæc ſunt, tamen ab effrenata libidine, ebrietatis ſocia, alienum habebant animum. Caſtitas maximam inter eos ferebat laudem, pudicitia arctiſſimis circumſcripta erat cancellis, publicatæ autem pudicitiæ nulla erat venia, quæ non forma, non ætate, non opibus maritum inveniebat. Taci-

(r) Hiſt. L. IV. c. 64.

citus paucissima in tam numerosa gente miratur adulteria; severa, addit, illic matrimonia, nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. Quid, quod intra annum vigesimum foeminæ notitiam habuisse, in turpissimis ducebatur rebus?

XI. *Avaritiæ*, injuriosæ alienorum appetitioni, adeo illi non erant deditï, ut magnam adhiberent curam, saluberrimis institutis eandem reprimere, ac æqualitatem & pares bonorum gradus, quos Plato tanquam ad beatam civilis vitæ conditionem summe necessarios, ardenter expetivit, introducere. Cæsar testatur (s) quod privati ac separati agri apud eos nihil fuerit, nec qvisqvam agri certum modum habuerit, sed quod magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque, quantum eis & quo loco visum est, attribuerint.

Nec signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat. (t)

Ejus rei, prosequitur imperator, multas afferunt causas: *ne assidua consuetudine capti, studium belligerandi agricultura commutent*

(s) de B, G, L, IV, & VI. (t) Virgil, Georg. L. I, v. 126.

mutent; ne latos fines parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant, ne qua oriatur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascantur; ut animi æquitate plebem continerent, cum suas quisque opes cum potentissimis æquari videat. Aurum & argentum non perinde ac reliqui mortales appetebant, sed iis ob solam commoditatem commerciorum utebantur. Itaque argento quoque majus statuebant pretium, quam auro, nulla affectione animi, sed quia nummi argentei, commodiori usui erant, vilia mercantibus. Subjungit Tacitus: videri apud illos argentea vasa, legatis & principibus eorum muneri data, non in alia vilitate, quam quæ humo finguntur.

XII. Ambitio, indomita illa bellicæ laudis cupiditas, inter animi affectiones Germanorum primum tenuisse locum videtur. Fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerabant. Libertas suis vivendi legibus maximum omnium habebat pretium, & quo facilius eam tueri possent, nunquam nisi armati conveniebant, vitaque fere omnis in rei militaris studiis consistebat. Ignavia & timiditas foedissimæ turpitudinis notam subibant; Hostes proeliis lacessere & vulnera mereri

ri, in primis laudi ducebatur; quin etiam ex Taciti sententia, pigrum & iners videbatur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare. Cæsar (u) porro asseverat, Civitatibus maximam fuisse laudem, quam latissimis circum se vastatis finibus solitudines habere; & proprium virtutis existimasse, expulsos agris finitimos cedere, neque quenquam prope se consistere audere. Quam ob rem nec latrocinia ullam habebant infamiam, quæ extra fines cujusque civitatis fiebant. In universum quidem ista immanis & fera Germanorum consuetudo excusari non potest. At considerandum utique est, Germanos sæpius finitimorum injuria ferroque lacessitos, ea maxime ratione agros circum se vastare atque exinanire consuevisse, quod hoc se fore tutiores arbitrabantur, repentino incursionis timore sublato. Præterea plane perspicimus, quod & inter se ambitioni, ut fieri maxime potuit, obsistere non prætermiserint. Principum ad modum restricta erat potestas, Duces exemplo magis quam imperio valebant; ætate, consilio & virtute præstantiores eligebantur, qui auctoritate suadendi magis quam jubendi potestate pollebant.

Et

(u) de B. G. L. VI.

Et tamen nihilo minus dicto audientes erant præpositis imperio, quod qve rarissimum, Tacito judice, plus reponebant in Duce, quam in exercitu. Dominus denique ac servus nullis educationis delitiis poterat dignosci, inter eadem pecora in eadem humo vitam degebant, donec ætas separabat ingenuos, virtus agnoscebat. (v) Religio illorum præter inhumanam immolandorum hominum consuetudinem simplicissima erat; lucos & nemora consecrabant, Deorumque nominibus appellabant secretum illud, quod sola reverentia videbant. Ceterum nec cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare ex magnitudine coelestium existimabant. (w) Quemadmodum olim Numa Pompilins, teste Plutarcho in ejus vita, Romanos credere vetuit, Deum speciem hominis aut animalium referre, neque pictam neque fictam Dei imaginem passus est esse. Cæsar quidem: Deorum, inquit, numero eos solos ducunt, quos cernunt & quorum opibus aperte juvantur, solem, Vulcanum & lunam; tamen addit: reliquos ne fama quidem acceperunt. Cui assentitur Tacitus

(v) Tac. de M. G. c. 40. (w) ibid. c. 9.

citus, (x) &, si quid erat peregrinæ religionis, pro advecto habet. Longe autem tolerabilior est superstitio siderá adorantium, quam qui statuas & imagines manu factas, aut

inutile lignum,
quod faber, incertus scamnum faceretne
Priapum,
Maluit esse Deum, (y)

suppliciter venerantur. Hæc ergo & similia siquis sedulo cum Romanorum politioribus & elegantioribus specie moribus comparare atque conferre velit, facile reperiet, Germanos simplices vereque germanos iis probitate, honestate, modestia virtutumque gloria longe multumque præstitisse.

XIII. Ceterum occasione lunæ, cui divinitatem Germani tribuebant, non possum in transcursu non monere, novam in primis lunam sanctam, faustique numinis & ominis instar fuisse habitam: Clarissimus Keyslerus (z) dum illorum reprehendit opiniones, qui Nehaleniæ veterum Walachrorum Deæ nomen ex græco revocatum per novam lunam explicant, ut νέα ἑλήνη idem sit quod νέα σελήνη, more Romanorum aspiratione in

(x) de M. G. c. 9. & 43. (y) Horat. serm. L. I. Satyr. 8.
(z) Antiquitat. sept. & Celt. pag. 254. 255. seq.

in S. mutata, majori quidem probabilitate à Germanico: Die Hell / novo lumine deduci posse contendit: tamen & eandem etymologiam rejicit, cum quæstionis caput, de novæ lunæ divinitate, neget. *Novilunium*, inquit, *quidem Romanis æqve ac Hebræis aliisq; populis sanctum fuisse novimus, verum ad Germanos usqve pervasisse illius cultum nondum satis constat; Lunam divinis honoribus prosecuti sunt, testantur id Cæsar & Tacitus; de nova Luna nil plane commemorant.* Equidem propositam illam nominis Nehalenniæ notationem, neque confirmare argumentis, neque refellere nunc in animo est; quemlibet suo abundare sensu patior, ipse vero Clar. Keysleri opinionibus hac in parte non repugnanter accedo. Interim tamen novæ lunæ sanctitas penes me nullam habet dubitationem, cum Cæsar & Tacitus eam satis commonstrare, & tantum non digitum ad eam intendere videantur. Cæsar, (α) cujus verba ipse Keyslerus, alio quidem loco (β) in medium profert, de se ita effatur: Quum ex captivis, inquit, quæreret Cæsar, quamob rem Ariovistus

(α) de B. G. L. I. c. 50. (β) c. I. p. 375.

proelio non decertaret, hanc reperiebat causam, quod apud Germanos ea consuetudo esset, ut matres familias eorum sortibus & vaticinationibus declararent, utrum proelio committi ex usu esset nec ne: eas ita dicere: non esse fas germanos superare, *si ante novam Lunam* proelio contendissent. Apud Plutarchum in Cæsare, quem locum item Keyslerus affert, de mulieribus fatidicis hæc legimus: οὐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην. Unde, uti Keyslerus rectè monet, Clemens Alexandrinus hæc assumpsit: αὗται (mulieres sacræ) γοῦν οὐκ εἴασαν αὐτοὺς τὴν μάχην θέσθαι πρὸς Καίσαρα πρὶν ἐπιλάμψαι σελήνην τὴν νέαν. Neque minus Tacitus: Coëunt, inquit, nisi quid fortuitum aut subitum acciderit certis diebus, cum *aut inchoatur luna* aut impletur, namagendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt. (γ) Strelovius, (δ) Præpositus quondam Gothlandicus, in *Chron. suo Gothland.* commemorat: Guthos, sive Juthos Cimbricos, Tilvare duce in insulam Gothlandiam appul-

(γ) de M. G. c. II. (δ) Apud Trogillum Arnkiel. Cimbrische Heyden-Relig. c. 29. §. 7.

pulsos, orienti novæ lunæ solennia fecisse sacrificia. Eandem & adhuc hodiè in magnis ibidem esse honoribus, vel hoc certè indicio, est quod incolæ sub renovato sidere agros colere, sementesque facere soliti sint, quod boni ominis instar habetur; quemadmodum apud nos agricolæ olitoresque redintegrantis lunæ auspicia religiosè satis observant, Quæ cum ita sint, ut Germani communiter Lunam sanctè coluerint, speciatim vero novam ejus lucem, optimum rerum gerendarum auspicium habuerint; nullam sane video Sub essecausam, cur novæ lunæ veterem divinitatem in dubium vocare debeam. At in hoc fortasſis Clarisſ. Keyslerus non consilio, sed casu lapsus est, aut in opere: *de Germania veteri gentili*, c. IV. de *Cultu Lunæ*, cujus conspectum benevolè nobiscum communicavit, (ε) hæc aliter explicabit.

(ε) Antiquitatum Septemtr. p. 297.

V.

Vita

GEORGII WESTPHALII,

Pastoris Suerinensis.

Ea sunt B. GEORGII WESTPHALII, Pastoris Cathedralis Suerinensis & Scholarchae, Theologi praestantissimi, cuius obitum, haud ita pridem a nobis indicatum (1), Principes (2), Ciues, Literati & Boni omnes vehementer lugent, merita, vt Vitam eius dignam omnino iudicemus, quam huic Bibliothecae inseramus. Protulit eum an. 1665, d. 17. Aug. oppidum Warena, na-

(1) Biblioth. Lubec. Vol. IIX. p. 690.

(2) Serenissimus Dux regnans, CAROLVS LEOPOLDVS, in Literis an. 1728. d. 17 Sept. clementissime scriptis, Eum vocat V. D. Ministrum pium & dexterrimum, qui Deo, Principi & Ecclesiae placuerit. Et Serenissimus Dux, CHRISTIANVS LVDOVICVS, in Literis ad perillustrem Legatum, L. B. ab Eichholtz, an. 1728. mens. Aug. datis, obitum fidelissimi Magistri & optime meriti, Georgii Westphal, clementissime commemorat ac dolet. Idem illustrissima Dux & Serenissima Vidua Ducis FRIDERICI WILHELMI gloriosiss. memor. gratiosissime significauit.

natum patre honestissimo, IOACHIMO WESTPHALIO, Ecclesiasticae Oeconomiae Praefecto & Camerario Ciuitatis fidelissimo, qui proauo gauisus est IOACHIMO WESTPHALIO, Theologo ὀρθοδοξίας studiosissimo, de Ecclesia Hamburgensi & vniuersa Lutherana ad annum vsque 1574. tam excellenter merito (3), vt sempiternae idcirco gloriae commendari mereatur. Studiis scholasticis laudabiliter finitis, Academica per integrum septennium in illustri praecipue Musarum sede Rostochiensi tractauit, & profectuvm specimen daturus, praecipua *Augustanae Confessionis* momenta edisseruit, rebusque peregregie actis celeberrimorum Theologorum, SCHOMERI, LINDEMANNI, QVISTORPII, HABICHHORSTII, & praesertim FECHTII (4), dum vixerunt, amorem singularem est expertus. Anno 1693 a Serenissimo Duce

(3) Conf. B. Ott. Frid. Schützii Vit. Chytraei L. II. p. 391 seqq. Append. n. 10. 11. Add. quae obseruaui in Nott. ad Philocal. Epist. p. 33 sq. 51.

(4) Hic in Epistola ad Nostrum an. 1709. d. 9 Febr. scripta, *Te*, ait, *ocelle meorum olim auditorum, Te cordatissimum Theologorum impensissime amo, Te & Dn. M. Jauchium* (Superintendentem postea Luneburgensem) *auctores felicitatis*

Mecklenburgico vocatus est Suerinum, vbi primum Concionatori Aulico fuit adiunctus, interiecto autem breui temporis spatio Ecclesiae Cathedralis Pastor constitutus, quod arduum munus per integros XXXV annos dexterrime obiit, & insigni indefessaque solertia omni ex parte ornauit. Et quamuis Serenissimus Princeps Ei an. 1709 Antistitis Parchimensis munia obtulerit, seriis tamen, iisdemque repetitis Auditorum precibus commotus, ampliorem dignitatem modeste deprecatus est, & spartam, quam apud Suerinenses nactus erat, pro virili porro ornare studuit. Qua re vti non potuit non laudem sibi conciliare, ita haud exigua eadem cepit incrementa pio valde instituto, quo in gratiam orphanorum ac pauperum suis primum sumptibus erexit *scholam*, quae licet initio maleuolorum ac temere litigantium odio esset expo-

tis & fortunae humanae filiorum meorum agnosco & colo, prouidentiam diuinam inde mihi hic exhibitam cum admiratione veneror, vtriusq; & Tuam & Janchii salutem prae aliis omnibus quotidie tribus vicibus & supplex summo Deo in precibus commendo. Quantum enim mihi sit solatium Tui meminisse, & quantum fuerit, Te meum Domesticum habuisse, id Deus nouit. Deus Tibi & Tuis millies benedicat!

posita, comprobauit eam tamen Serenissimus Dux regnans, qui rem adeo egregiam an. 1716. d. 28 Dec. donatione noui aedificii & *indulgentissimo Rescripto* aduersus inuidorum conatus clementissime muniuit, omnibusq; ac singulis de meliori commendauit. In vsum huius Scholae, in quam Liberi Pauperum magno quotidie numero confluunt, peculiaria scripta composuit, nimirum

Entwurff der Tugenden und Laster / nach den 10 Geboten. 8vo.

Catechetische Fragen und Gebete zur Heiligen Fest-Zeit.

Geistreiche Gebet-Bibel / oder Biblische Gebete / Fürbitte und Dancksagung.

Die rechtschaffene Bet-Kunst und Catechisation der Gebete.

GOtt geheiligte Hertzens-Andachten bey jedem Glocken-Schlag.

Biblische Glaubens- und Sitten-Lehren aus jedem Capitel Heil. Schrifft zur Erbauung bey angestellter Bibel-Lesung.

Heilige Anweisung der Jugend zu geistlichen Andachten / zur Ubung der Gottseeligkeit bey allen vorkommenden Dingen und Verrichtungen.

Catechetische Fragen über die Heilige Bibel / der Religion, die Evangelia, Episteln

und vornehmsten Sprüche/ nach Art Hn. Joh. Hübners. & alia.

Quemadmodum vero lectione Bibliorum tam impense delectabatur, vt diem ea inceperit, eademq; finierit, adeoq; sacrum codicem bis quotannis, & per annos sacri officii LXX vicibus totum perlegerit, ita cum libro sanctissimo alios pios atq; vtiles coniungebat, praeque reliquis omnibus B. ARNDII *Libros de Vero Christianismo*, nec non B. LüTKEMANNI Vorschmack Göttlicher Güte / in magno habebat pretio, & amore plane singulari prosequebatur. Magnum quoq; & perquam dulce in Canticis, O GOtt du frommer GOtt/ HErr GOtt dich loben wir/ vt & vltimis periodis hymni: O Haupt voll Blut und Wunden / solatium se invenisse testatus est (5). Quod saepius, viribus in dies decrescentibus, dicere consueuerat: Er wolle so lange predigen / biß man ihn von der Cantzel tragen müsse; id tandem contigit an. 1728 solenni suppli-

(5) Vid. ipsius Concio, quam iussu Serenissimi Ducis, FRIDERICI WILHELMI g. m. in Evang. Dom. XXIII. p. Trin. typis exscribendam curavit sub tit: Die dem Herrn höchst-mißfällige Arglistigkeit / als eine wider Jesum arg erdachte / bey Jesu listig angebrachte / und von Jesu klüglich zu nichte gemachte / in Not. fin.

plicationis die, quo die tristi casu factum est, vt vires sensim omnes morbo & tussi pectorali prosternerentur. Fiducia autem in Deum (6) ac patientia plenus, precibusq; continuo vacans & piis suspiriis, quum suis fausta quaevis esset apprecatus, eosdemq; benignissimo Patri coelesti commendasset, tam beate, quam tranquille d. 10 Aug. hora sexta matutina, an. 1728, aet. 63, obdormiuit. Coniugium iniit an. 1695. d. 3 Oct. cum Virgine nobilissima & virtutum optimarum decore spectatissima, ANNA SOPHIA BESELINIA, Viri perillustris IO. CHRIST. BESELINII, Sereniss. Ducis Mecklenb. Consiliarii intimi, & Matro-

(6) Hanc professus est ipso suo Symbolo ex Ps. XXXVII. 5: Gott Wirds Wohl Machen. Eodem respexit desiderato Textu funerali ex Marc. VII. 37: Er hat alles wohl gemacht. Vid. Joach. Mantzelii Lemmata de Georgiis fama & eruditione claris, lemm. 99, p. 93. Add. eiusd. Memoria Westphaliana, seu Schediasma Epistolicum de Claris Westphaliis, optimo Viro rever. Dn. GEORGIO WESTPHALIO inscriptum. 1705. 4. Conf. B. Io. Fechtii Memoria Joach. Mantzelii, Tr. de Superintend. Parchimenss. praefixa, p. 3 sq, & ipsius WESTPHALII nostri Oratio parentalis, cit. Tr. p. 126. laudata, in obitum summe rev. Leumanni, eiusq; vltima verba ex Apoc. XXII. 20. 21.

nae nobilissimae praestantissimaeq;, ANNAE RHANIAE, Viri excellentissimi, HENR. RHANII, I. V. D. & Professoris Rostochiensis, nec non Consiliarii Consistorialis, filia, ex quo conjugio quatuor filios & quinque filias suscepit, septemq; nepotes vidit. Ex his qui natiuitate sua eum primus exhilarauit, IO. BERNHARDVS (7), V. D. apud Hamburgenses Minister fidelissimus, is, in flore aetatis extinctus, paulo ante obitum ingentem ipsi dolorem concitauit, quem tamen, vt decet Christianum, & praesertim Theologum, deuicit. Laudandum hoc in eo, vt multa alia, quae lubens praetereo. Indefessam tamen eius diligentiam minime possum tacere, qua literis, & patriae inprimis historiae, eo incubuit studio, vt facile appareat, horas ab eo subsecivas esse praeclarissime collocatas. Docebit hoc luculentissime recensio Voluminum manu ipsius scriptorum atq; elabo-

(7) Huius scripta prelum subierunt homiletica, methodo Prüssingiana curate, pie ac erudite elaborata, hoc titulo: *Evangelische* Berg- und Himmels-Predigten / mit einer Vorrede von den heiligen und wichtigen Handlungen der Heyden und Christen auf Bergen / wie auch einer *Bibliotheca Paracletica generali & speciali* mitgetheilet von Ernst Joachim Westphalen / J. V. D.

boratorum, quorum vti editionem vehementer opto, aliosq; idem facere plane confido, ita plenam eorum notitiam cum Lectoribus nostris haud inuitus communico. Sunt autem

1. Kirchen- und Prediger-Geschichte durchs gantze Land Mecklenburg von Zeit der Reformation, aus glaubwürdigen Urkunden, Visitations-Büchern und vielen Documentis beschrieben. In 7 Theilen abgefasset nach den Pfarren und Kirchen 1) im Hertzogthum Mecklenburg. 2) Fürstenthum Wenden. 3) Fürstenthum Suerin und Ratzeburg. 5) Grafschafft Suerin. 6) & 7) Herrschafft der Lande Rostock und Stargard. 2. Voll. in fol.
2. Historie von den Hochfürstl. Kirchen-Ordnungen im Hertzogthum und Lande Mecklenburg, woher sie veranlasset, von wem und wie sie abgefasset, wann und wo sie ediret, wann sie revidiret, geändert, verbessert, und erläutert worden. Mit beygefügten richtigen Beweißthümern, und einer vorläuffigen Nachricht von dem Zustand der Mecklenburgischen Kirchen biß auf Henricum Pacificum. 4to.
3. Historie von den Hof-Bedienten zu Suerin, vom Anfang der Lutherischen Religion bis an. 1728. 4to. Nach dem Alphabet.

4. Annales Mecklenburgici memorabiles & Collectanea Meckl. historica sacra & ciuilia. fol.

5. Schrifftmäßig und erbaulich erläutertes N. Testament. 4to.

6. Erörterung der Offenbahrung S. Johannis, von dem Zustand der Kirchen GOttes in Asien und in der gantzen Welt / mit beygefügten Sitten-Lehren. 4to.

7. Specimina Etymologica von der uhralten Teutschen Sprache / mit Anmerckungen über einige Etymologica *Eccardi*, *Leibnitii*, *Hickesii*, 4to.

8. Explanatio Ezechielis ex *Hieron. Prado* & *Io. Bapt. Villalpando*, 8vo.

9. Erklärung der alten Teutschen Nominum propriorum, item Wendicorum, nebst einem Vocabulario etymologico, Germanico-Gothico-Slavico-Hebraeo, und dienstlichem Gesuch an *Abraham Frenzelium*, die in Mecklenburg vorkommende / und nach dem A. B. C. anbey aufgesetzte Nomina Slavica der Städte und Dörffer auf Teutsch zu geben. 4to.

10. Suerinum Politicum, oder Historischer Bericht von der im Lande Mecklenburg belegenen altjährigen Residentz-Stadt Suerin, ihrem Nahmen und Bedeutung / Uhrsprung / Erbauung / Lage / Natur- und

weltlicher Beschaffenheit, ihren Regenten, Stadt-Obrigkeit, Rechten, Gebäuden, Eintheilung, Bürgerschafft, Zufällen und Merckwürdigkeiten. 4to. Meminit huius Chronici, idque *multorum annorum opus, dudum anxie exspectatum*, vocat Schützius l. c. P. I. p. 75.

11. Suerinum Religiosum, oder gegründete Nachricht, wann und wie Suerin völlig aus der Heidnischen zur Christlichen Religion geführet, das Bischoffthum daselbst angeleget, und unter den ordentlich erzehlten Bischöfen, Kirchen, Klöster, Schulen, Hospitalien erbauet, auch endlich von dem abergläubischen Papistischen Wesen befreyet, und mit der reinen Evangelisch Lutherischen Religion begnadet worden sey. 4to.

12. Suerinum Evangelico-Lutheranum, oder ausführliche Nachricht von den Evangelischen Lutherischen Kirchen und Predigern in der alten Hertzogl. Residentz-Stadt Suerin im Lande Mecklenburg von A. 1524. biß 1728, in deren Historischen Lebens-Läufen die Spuren Göttl. Weißheit, Allmacht und Wahrheit wahrzunehmen seyn, und wie die Evangelisch-Lutherische Religion daselbst weißlich gepflantzet, gnädig fortgebracht, und treulich über

200 Jahr erhalten habe. Aus alten gewissen Urkunden und allerley Beweißthümern mühsahm ausgefertiget. 4to. Prouocat ad hoc opus laudatus Schützius l. c. P. II. p 329. Idem gratus profitetur p. 387 ſq, quod in adornanda Formulae Concordiae Hiſtoria hoc MS. non ſine fructu vſus ſit. *Duxeram*, haec ſunt eius verba, *prima ſequentis meae hiſtoriae ſtamina ipſe e fontibus, e quibus mea hactenus hauſeram, generalioribus, Epiſtolis aliisque id genus faſciculis, quae deinceps mirum in modum produxi, & acceſſionibus egregiis auxi ex epitome hiſtorica, quam e volumine Actorum MSS. de receptione F. C. in Ducatu noſtro, accurato ſtudio conſtruxerat mecumque communicauerat Vir admodum reuerendus & de Eccleſia patriae meae vrbis quotidie inſigniter merens, GEORGIVS VVESTPHALVS, cuius excerptis in argumento hoc ſpeciali me multum debere, grata mente palam profiteor.* Conf. de hoc opere V. C. *Iac. Hieron. Lochneri* Diſſ. de Singularib. Mecklenb. §. 10. & qui nuper eo vſus eſt, celeberr. D. *Dav. Henr. Koepkenii* elegantem Comment. de Magapoli Fabuloſa p. 141. Horum, pluriumq; deſideriis annuit filius, ERN. JOACH. VVESTPHAL, I. V.

D.

D. famam dudum euulgatis scriptis eruditis adeptus, atq; opus Parentis prelo submisit, ac *Praefatione de singulari augmento Christianismi ex Historia singularum Ecclesiarum capiendo*, instruxit.

13. Ausführliche Historie des Bischoffthums und der Bischöfe zu Suerin, mit vielen Stiffts-Urkunden und Documentis. 4to. Huius MSti elogium Vir doctiss. *Phil. Frid. Hane*, Professor hodie Kiloniensis, in Spec. I Antiquit. Mecklenb. p. 17 his consignauit verbis: *Plura Ecclesia Suerinensis & vniuersa patria debebit, & nos omnes debebimus Pl. Rev. Dn. GEORGIO VVESTPHALIO, Ecclesiae Cathedralis Suerinensis Antistiti longe meritissimo. Is etenim in eo est, vt Historiam huius Episcopatus inde ab incunabulis repetat & publici iuris faciat. Quod vt quam primum fieri possit, optabunt boni omnes, eo quod opus hoc omnibus numeris perfectum & absolutum fore mecum sperare iubent omnes, qui apparatum & praesidia V. Cl. adhibita propius cognouerunt.*

14. Ehren-Gedächtniß Fürstlicher Bedienten und der Gelehrten in der Stadt Suerin von Zeit der daselbst angenommenen Lutherischen Religion. fol.

15. Kurtze Historie der Heidnischen Götzen in Me-

Mecklenburg und der Bekehrung der Heyden. 8vo.

16. Historischer Bericht von den Mecklenburgischen Brand-Schaden in Städten und Dörffern, und andern Unglücks-Fällen. 8vo.

17. Selecta Historiae Literariae. I. Obseruationes ad Buddei Lexicon Vniuersale. 2. Notabilia ad Rudbeckianum opus, quod inscribitur Atlantica. 3. Dies Emortuales memorabiles Eruditorum. 4. Obseruata ad D. Lütkemanni Controuersiam de Christo in Triduo Mortis. 5. Refutatio commenti Papistici de Casa Bethlehemitica Romam translata. 6. Obseruata Literaria ad Geneseos Capita I. II. III. & Cl. V. Lilienthalii Historiam primorum Parentum. 7. specimina Antiquae Literaturae in Deriuationibus vocum antiquarum. 8. Ἀνδρογραφία Literaria, s. Centuriae celebrium Theologorum & literatorum, nominibus suis gentilitiis in *Mann* exeuntium.

18. Deutliche Erklärung des Predigers und der Sprüche Salomonis. 8vo. His pro sacra concione explicandi, e quibus *verae sapientiae praesidia* auditoribus magno cum fructu proposuit, immortuus est vir integerrimus. 19.

19. Erläuterung der Epistel an die Hebräer, daß der Mensch allein aus GOttes Gnade durch den Glauben seelig werde. 4to.

20. Tage des Heils, oder Biblische Catechisirte Sprüche nach den Anfangs-Buchstaben eines jeden Wochen-Tages, nebst angehengten Gebeten über solche Sprüche, wie auch Biblischen Denckspruchen auf den Nahmen eines jeden Tages in der Wochen, und andächtigen Stunden-Seufftzern bey täglichen Geschäfften und Schlaflosen Nächten zur seeligen Erbauung im Christenthum für allen Christen, besonders der einfältigen Jugend in der Suerinischen Armen Waysen-Schule. 8vo.

21. Dodecas Piorum Desideriorum, oder nach und nach angemerckte Brüche im Suerinischen Zion, nebst unvorgreifflichen Mitteln, selbige zu heilen. 4to.

22. Fürstlicher Meckl. Freuden- und Trauer-Saal, oder Accurates Verzeichniß der Geburhts-Zeiten, Vermählungen, Festivitaeten und Sterbe-Tagen der Durchl. Persohnen. 4to.

Haec sunt scripta ἀνέκδοτα Westphaliana, quibus vtinam licuisset vltimam manum imponere tam docto, quam religioso auctori, digno, cuius laudes maneant, & memoria conseruetur.

VI.

IO. HENR. a SEELEN

Disquisitio:

Num per Homines, quorum Deus est Venter, Phil. III. 19 sigillatim sint intelligendi Iudaei?

ARGVMENTVM.

§. 1. *Studii exegetici incrementa grato animo agnoscenda: non omnes tamen expositiones insolentiores statim accipiendae.* §. 2. *Locus Phil. III. 19 quomodo a plerisque interpretibus explicatus?* §. 3. *Rationes pro communiori sententia militantes.* §. 4. *Recentior eius explicatio proposita.* §. 5. 6. 7. 8. *Argumenta, pro eadem allata, discussa.* §. 9. *Novae dicti Paulini versiones diiudicatae.* §. 10. *Lutherana defensa.* §. 11. *An Gnostici hic cum Henrico Hammondo intelligendi?* §. 12. Ἐπίκρισις.

§. I.

Quo praestantius est studium, quod circa recte ac religiose interpretanda diuiniora oracula versatur, eo magis praedicanda est saeculi nostri

ſtri felicitas, ſiquidem hac aetate magno ad iſtud incumbunt numero viri, omnibus, quae apta ac legitima poſtulat ἐξήγησις, praeſidiis abunde inſtructi, quorum ope multa disquiruntur, quae veteres intacta reliquerunt, multa proferuntur, quae ab iis non eruta, multa in maiori collocantur luce, quae olim non adeo fuerunt illuſtrata. Hoc nemo non grata mente agnoſcit, niſi is, qui nunquam recte didicit aeſtimare, quae Hermeneutica ſacra cepit, incrementa, & commoda affatim inde emanantia. At enim vero quae cum disciplinis ad ſummum faſtigium perductis coniuncta interdum reperiri ſolet ingeniorum, eas tractantium, luxuries, nulla re magis, quam nouis glorians inuentis, parum licet interdum firmis ac certis; eam in ſtudio quoque exegetico haud difficulter licet invenire. Hinc ita ſaepe receditur a veteribus, vt licitam alias diſſenſionem contemtio plane illicita comitetur. Abſtinent tamen ab eadem, qui prudenter expendunt, quod neq; antiquitas, neque nouitas, ſed ſola rationum vis poſſit expoſitionem corroborare & calculo dignam efficere. Quare non omnes interpretationes inſolentiores ſtatim pro-

bant; receptas potius & plurimorum, inque his magni nominis interpretum, consensu probatas tum demum reiiciendas & eliminandas esse statuunt, quando recentiorum argumenta adeo solida ac robusta esse deprehendunt, vt veteribus lōco mouendis omnino sufficiant. Quae res vt clarior euadat, notabilem quendam producemus locum, & veteres pariter ac recentiores audiemus, vt illos non semper assensu esse indignos, hos nouandi pruritu non omne vbique punctum ferre, luculentius appareat.

§. II.

Considerabimus eo fine verba Paulina, quibus gentium doctor Phil. III. 19. conqueritur de hominibus, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, *quorum Deus venter, & gloria in dedecore ipsorum.* Haec verba pleriq; interpretes, tam ex Patrum ordine, quam alii, exposuerunt de hominibus, quorum multo maior est corporis, quam animae cura, qui mollitie diffluunt, lautam viuendi rationem quaerunt, gulae indulgent, rebus ad voluptatem corporis spectantibus vnice delectantur adeo, vt omnem, quam in honorem Saluatoris & ad ipsius exemplum libenter perferunt Christianae reipu-

publicae ciues, crucem fugiant & auersentur, atque sic, quod summum dedecus est, magnum afferre decus sibi persuadeant, gloriam e turpitudine, laudem ex ignominia, honorem e rebus, quarum merito eos pudeat, captantes. E magno interpretum numero sufficiat citasse solum, quoniam instar omnium esse potest, SAL. GLASSIVM, qui in Philol. Sacr. Lib. V. Tr. I. cap. 10. col. 1661 haec habet: *Quorum Deus venter est, h. e. quorum summum bonum & omnis desiderii prora atq; puppis est, voluptas carnis & prospera fortuna in hoc saeculo, citra persecutiones, ob confessionem Christi perferendas.*

§. III.

Ast haec forsan dicuntur solum, non probantur, neq; possunt probari. Minime. Adsunt sane, quae pro hac expositione militent, vt adeo interpres eandem suam faciens non statim pro leuis armaturae milite sit habendus. Potest ille primum prouocare ad integram totius capitis connexionem. Huius duae sunt partes, quarum priori diuinus legatus Philippensium animos studet confirmare in maximi momenti doctrina de iustificatione per fidem in Christum, eosdemq; contra peruersos & falsa docentes homines

communire, ne corruptorum dogmatum tenebris circumfusi, incorruptae disciplinae sanctioris, scitu ad salutem maxime necessariae, luce priuentur. Idcirco post improbatam, quam praui doctores afferunt, iustitiam ex lege, comm. 7 sqq ipse edit confessionem, ac multo meliorem & salubriorem de iustitia ex euangelio, Liberatorem nuntiante, doctrinam proponit atq; inculcat. Quibus expeditis, in altera capitis parte de formandis Philippensium moribus & instauranda vitae sanctimonia, genuinos decente Christianos, est sollicitus, eoq; fine suum etiam exemplum piae & ad veram ac non infucatam vitae integritatem atque sanctitatem compositae aemulationis cupit esse incitamentum. Perceperat nimirum non sine intensissimo dolore, cuius testes sunt effusae lacrymae, quod multi sint, quorum vita hominibus in sanctam Numinis sanctissimi ciuitatem adscriptis, eiusque iure gauisuris plane sit indigna, quorum mores Epicureismum magis, quam Christianismum sapiant. Περιπατοῦντας, *ambulantes*, idcirco comm. 17 diserte nominat, vt indicet, quod, habita doctrinae ratione, mores non velit negligere, sed eos quoque emendare, qui minus re-

cte

cte ambulant, neque viam Christianatum virtutum calcare annituntur. Hos graphice descripturus, vocat homines, quorum Deus est venter, & quorum gloria in turpitudine consistit. Quae emphaticae loquendi rationes pro sententia, hactenus recepta, tam commode, sine omni violentia & coactu, possunt declarari, vt inde haud exiguum illa robur porro nanciscatur. Breuis vocum praecipuarum consideratio rem hanc planam faciet. Occurrit autem primum vox ΘΕΟΣ, DEVS. Sic veteres non raro vocare solebant istud, quod praeclarum & eximivm reputabant. Praeclarissimum suae aetatis Philosophum, PLATONEM, novimus, salutari ΘΕΟΝ, DEVM, quia eius sapientia a quibusdam nulla olim habebatur praeclarior. Ipse TVLLIVS Epp. ad Attic. L. IV. ep. 15 *Dei* nomen ei non inuidet. *Feci idem*, ait, *quod in πολιτείᾳ DEVS ille noster, PLATO.* Eodem iudice L. I. de Orator. p. m. 239 summus & disertissimus orator *esse DEVS putatur.* Pari ratione hominem felicissimum DEI nomine olim fuisse nuncupatum, legimus. Phaedromus ap. PLAVTVM Curcul. I. 3. 11: *DEVS sum.* PROPERTIVS II. 12:

Nocte vna quiuis vel DEVS esse potest.

Quod egregium quis putat & felix, ei etiam magnum, imo maximum statuere solet pretium. *DEVS*, inquit rectissime GLASSIVS l. c., *id vnicuique est, quod summo habet in pretio, & prae quo verum* DEVM *negligit.* Illud vero, quod homines, de quibus iure conqueritur Apostolus, praeclarum esse, felicitatem, imaginariam licet & rectius infelicitatem, afferre, ac permagno ideo pretio dignum esse, tam impie, quam inepte sibi persuadent, ΚΟΙΛΙΑΣ, VENTRIS nomine venit. *Venter* scilicet instrumentum est, quo voluptuosi homines potissimum vtuntur. *Venter* est gaudium, quo cummaxime delectantur. *Ventrem* putant esse cimelium, quod vnice custodiant, vnice curent. Qui ex horum ordine est, ille voce ab EVPOLIDE, antiquo Dramatum scriptore, vsurpata iure dicitur Κοιλιοδαίμων, quo nomine *parasitus* ab illo insignitus. Vid. ATHENAEVS Dipnosophist. L. III. p. m. 100. Conf. p. 97, vbi Cynulcus, ob nimium voluptatis corporis studium ad κοιλιοδαίμονας ipse relatus, irarum plenus incipit: Γάστρων καὶ κοιλιόδαιμον ἄνθρωπε, κ. τ. λ. Huiusmodi κοιλιοδαίμονας cum hominibus, quos re-

pre-

prehendit PAVLVS, apte confert ISAAC CASAVBONVS, *Eupolidis*, scribens in Animaduerss. in Athen. Lib. III. cap. 20. col. 197, *drama*, Κόλακες, *laudatur passim ab antiquis. In ea fabula eleganter poeta appellauit parasitos* κοιλιοδαίμονας : *quorum nempe Deus venter est, & vt loquitur Paulus Apostolus*, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία. Recte quoque ab hoc viro doctissimo huc refertur κοιλιόδουλος, *ventris seruus*, cuius PALLADIVS fecit mentionem. Latini *Ventris* vocabulo ad describendum parasitum, hominem luxuria, otio, nimia ventris cura famosum, crebro vsi sunt. Sic Gelasimus ap. PLAVTVM Stich. II. 2. 52: *Hem! qui VENTREM vestiam*. TERENTIVS Phorm. II. 8. 95: *Nisi sequitur, pugnos in VENTREM ingere*, vbi *ventrem* DONATVS de *toto parasito* interpretatur. LVCILIVS:

Viuite lurcones, comedones, viuite VENTRES!

Elegantissime ergo vocem κοιλίας, *ventris*, a gentium doctore fuisse adhibitam, haud difficulter intelligitur. Hi vero homines, quorum Deus est venter, quam gloriosam putant, cui se manciparunt, voluptatem, tam turpis illa merito est habenda. Vnde illorum ΔΟΞΑ, GLORIA, in

ΑΙΣΧΥΝΗ,

ΑΙΣΧΥΝΗι, DEDECORE, consistere dicitur. *Dedecus* sane est, curare corpus, animam negligere. *Dedecus* est, mundana quaerere, coelestia relinquere. *Dedecus* est, profligatum vitae genus laboriose exercere, Saluatoris ergo, qui ad vitam beatissimam parauit viam ac monstrauit, omnem fugere laborem, imo ne minimam quidem molestiam aequo animo sustinere. Haec est veterum interpretum mens, quam, a plerisque breuiter modo indicatam, fusius exponere & paulo vberiori vocum declaratione magis corroborare volui. Iuuant eam, ni fallor, verba subsequentia: *οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, terrena sapientes.* Haec nimirum vnice intelligunt ventres, homines voluptatum coeno demersi. Haec solum desiderant. His contenti sunt. Coelum ipsorum est mundus. In coelo enim se esse opinantur, dummodo in mundo habeant, quod saginando ventri inseruiat. Gaudio vere coelesti carere malunt, quam terrena voluptate. Atque tales homines cum dentur non in vna tantum, sed pluribus gentibus, generatim quoque hic locutum esse PAVLVM, plerique explanatores, sensum sponte fluentem ei, qui coactus est ac lon-

longe petitus, praeferentes, hactenus vt existimarint, facile potuerunt adduci.

§. IV.

Ab his recedendum, neque eorum legenda esse vestigia, recentiores quidam interpretes arbitrantur. Hi nimirum solos innui *Iudaeos*, eosdemq; sigillatim a sancto viro respici, vel luculenter affirmant, vel ita tamen vnam alteramve capitis ac dicti nostri partem exponunt, vt huic sententiae eos fauentes deprehendamus. Vrgent idcirco Iudaeorum sub capitis initium factam mentionem. Vrgent titulum τῶν ἐχθρῶν τοῦ σαυροῦ τοῦ Χριστοῦ, eundemque ad solos Iudaeos hic restringendum esse autumant. Vrgent vocem κοιλίας, quam *vterum maternum* hic denotare, confidenter asserunt. Vrgent vocem αἰσχύνης, qua hoc loco designari *pudenda*, dicere non dubitant. Inde concludunt, quod hic describantur Iudaei, vterum matris pro Deo habentes, & gloriam repetentes a pudendis, i. e. de corporali in Iudaica ecclesia natiuitate gloriantes, & praeputii circumcisione, tanquam ad salutem sufficiente, audacter confidentes. Vid. de noua hac interpretatione viri doctissimi, qui sub THEOPHILI,

PHILI AMELII nomine latet, Erörterung der dunckelsten und schwersten Schrift-Stellen im N. Testam. P. I. p. 24. Provocatur ibi ad CHRISTIANI WARLITZII, Medici quondam Wittenbergensis, Disquis. de Modestia Script. in Reb. verecund. p. 29, vbi video, αἰσχύνην quoque de membro genitali exponi. Antesignanum WARLITZIVS agnoscit, quem nominare etiam non veretur, IO. LORINVM, αἰσχύνην de pudendis, δόξαν de libidinoso impetu interpretatum, quem qui velit sequi, eum oportet sola eius auctoritate (quae nonnullis forsan fidei ipsius sociis, non vero aliis, sufficiet), neutiquam allatis rationibus, quae nullae sunt, commoueri. Iudaeos quoque hic inuenisse sibi visus est vir celeberrimus, IO. CLERICVS, siquidem in posteriori (in priori Amstelod. 1698. fol. nihil ad citanda verba ab eo obseruatum reperitur) Noui Testamenti Hammondiani editione (Francof. 1714. fol.) τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σαυροῦ esse Iudaeos, affirmat. Argumentis, pro noua sententia allatis, vtrum insit ἀπόδειξις, breuis eorundem ac modesta consideratio, quam nemo, cui veritas curae cordiq; est, in malam

lam poterit interpretari partem, docebit.

§. V.

Primum argumentum petitur e verbis praecedentibus, & speciatim ex improbata a PAVLO *circumcisione*, cum opinione iustificationis ac meriti coniuncta, quam non περιτομὴν, sed peregregie, contemtus & indignationis ergo, comm. 3 vocat *κατατομὴν*, *concisionem*, vt ostendat, quod illa destruat omne bonum, & perdat coetum sanctiorem, qualis destructio praepositione *κατὰ*, in vocibus compositis adhibita, nonnunquam designatur, quod vel Καταβαπτισταὶ, legitimae per sacrum lauacrum factae initiationis hostes, comprobant: quod homines ritum Mosaicum, ad antiquum foedus spectantem, in nouo foedere superstitiose obseruantes, & hac ratione a veris Christianae reipublicae ciuibus sese distinguentes, ecclesiam turbent, atque in duas partes scindant: imo vero quod homines, quos decipiunt & a salutari doctrina auertunt, spirituali primum & deinceps aeternae morti tradant, siquidem κατατομὴ nonnunquam etiam *interfectionem* denotat. Facile itaque concedi potest, quod sub

ini-

initium capitis Apostolus scribat aduersus Iudaeos, siue aduersus peruersos doctores, qui licet e Iudaismo ad Christianismum essent transgressi, illius tamen prae se ferebant reliquias, expellendas potius & omnino mittendas, quam in detrimentum coetus Christiani seruandas ac defendendas. At idcirco non sequitur, quod, posteaquam reprehendit intellectus vitium, quo Iudaei, aut Iudaizantes saltem doctores erant infecti, deinceps non possit voluntatis etiam habere rationem, atq; generarim loqui de omnibus, quorum vita plane corrupta, & eam ob causam merito abominanda. Duas scilicet huius capitis esse partes, quarum prior doctrinam potissimum, posterior vitam ac mores emendandos complectitur, supra iam fuit monitum. In illa speciatim Iudaeos, aut doctores Iudaizantes tangit. In hac generatim omnes (non exclusis iis, qui ex indole Iudaica haurire volupe ducebant, at non solis), quorum viuendi ratio perditissima. Quare ne illud quidem vrgebo, etsi forsan non plane inepte ex Act. XVI. 20 colligatur, Iudaeis Philippenses adeo fuisse infensos, vt eos in ciuitate sua tolerare noluerint. Istud tamen non largior, quod

quod inter Iudaeos tantum ad castra Christianorum transgressos, non autem inter Graecos eadem sacra amplexos, esse potuerint homines carnali voluptati dediti & in ordine quidem Christiano viuentes, vita tamen parum Christiana infames.

§. VI.

Secundum argumentum recentiores interpretes a titulo, quem Iudaeis proprium esse putant, τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, *hostium crucis Christi*, desumserunt. Tales esse etiam e gente Iudaica complures, neutiquam inficior. Quantis enim & quam immanibus conuitiis cruci affixum Liberatorem Apellae ausi sint proscindere, tam notum est, quam quod notissimum. Loquuntnr hanc rem diuinae tabulae: loquuntur monumenta Iudaica, telis igneis in Saluatorem, instigante hos homines maligno spiritu, malitiosissime coniectis, referta: loquuntur documenta alia, quae huc referre, non opus esse arbitror. At non soli tamen sunt Iudaei, qui crucem Christi oderunt. Idem enim Graecos, siue Gentiles quoque fecisse, luculenter docet PAVLVS 1 Cor. I. 23, ἡμεῖς δέ, scribens,

κηρύσ-

κηρύσσομεν Χριςὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν. Quod si itaque proprie sumamus crucem Christi, odium eius non esse penes solos Iudaeos, deprehendimus. Multo plures vero esse hoc titulo dignos, statim apparet, simul ac translatum hic loquendi genus animaduertitur. Σταυρὸς enim τȣ͂ Χριςȣ͂ commode etiam exponi potest de aerumnis, quas Christianus Saluatoris & salutaris, quam profitetur, religionis ergo lubentissime perfert, hacq; ratione ostendit, quod, quemadmodum sincerus amicus sinceri amici causa haud inuitus sustinet incommoda, ita ipse sit amici sui optimi, maximi, integerrimi, amicus candidus, qui non laeta solum & iucunda, sed molesta etiam ac onerosa lubens in se suscipiat, atque sic genuini Christi discipuli ac imitatoris officium minime negligat, memor semper moniti ab ipso Sospitatore Matth. XVI. 24 discipulis dati: Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. Crux itaque Christi h. l. idem est, quod 2. Cor. I. 5 παθήματα τοῦ Χριςοῦ, afflictio-

itiones Christi, quae de Christianis non ita asseruntur, ac si cum cruciatibus, quos ipse Liberator sustinuit, pari passu ambulent; sed quoniam accidunt mystico Christi corpori, veris ecclesiae membris, quam ecclesiam persequens Saulus hanc Saluatoris vocem audiebat: Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί ΜΕ διώκεις. Act. IX. 4.: a Christianis propter nomen ac doctrinam Christi sustinentur: vi meriti eiusdem patienter tolerantur, tandemq; feliciter superantur. Varias, quae sunt inter afflictiones, quas ipse Saluator passus est, & inter eas, quae piis obtingunt, differentias commentatores dudum annotarunt. Haec Christi crux, ratione fidelium Saluatoris assectarum habita, exprimitur etiam per *ςίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ*, quae PAVLVS Gal. VI. 17 commemorat, ostensurus, quod propter Christianam fidem multos magnosq; pertulerit cruciatus, neq; tamen iis sit infractus adeo, vt salutarem doctrinam missam fecerit. Non inepte haec Apostoli *ςίγματα* declarat THEOPHILVS RAYNAVDVS in Libro, multis alias superstitiosis narratiunculis passim scatente, *de Stigmatismo sacro & profano* p. m. 144. sq. edit. Gratianopol. 1647. 8. Lo-

 cum

cum ipſum e libro rariori ſubiiciam. E-
xiſtimo, inquit, *Apoſtolum Iudaeis & Iuda-
zantibus, illi paſſim obſtrepentibus, ac quae-
rentibus: Moſisne an Chriſti partiarius ac ſer-
vus eſſet? reponere: Deinceps nemo tale quip-
piam a me exquirat. Plagae enim, quarum
notae corpori meo impreſſae viſuntur, ſatis ſu-
perq; teſtatum faciunt, cui adhaeream; Chri-
ſto nimirum, in cuius gratiam iniuſtus ſum ex
vibicibus relictis ex trina virgarum perpesſione
& quinquies repetita vndequadraginta plaga-
rum impactione. Quis enim dubitet, vibices
& cicatrices corpori Apoſtoli ex tot & tam a-
cerbis flagellationibus inhaeſiſſe! Oſtentabat er-
go Apoſtolus ſuas illas pro Chriſto notas in ſi-
gnum addictae Chriſto ſeruitutis; quia, vt be-
ne perpendit* CAIETANVS *ad Galat.* 6, *vibices
bene reſpondent ſtigmatibus, in ſeruorum cor-
pore ex ferro inuſto expresſis, atq; adeo bene
exhibent profeſſam ſeruitutem. Et qui tales
notas pro Chriſto excepit, non minus illis glo-
riari poteſt, quam ſoleant probati milites glo-
riari apud Reges ſaeculi, oſtentatis veſtigiis
vulnerum in eorum gratiam exceptorum, e-
tiamſi iam non biantium & obductorum.* Hunc
ϛαυρὸν, haec παθήματα ac ϛίγματα ſolo
effugere ſtuduiſſe Iudaeos, & praeterea
in ampliſſima Philippenſium ciuitate ne-
minem, mihi quidem, fateor, credibi-

ei

est difficile, obseruanti etiam, quod gentium doctor Iudaeis sigillatim crucis Christi contemtum ac fugam exprobraturus, eosdem signo diacritico, iniecta scilicet simul *περιτομῆς* mentione, designet. Conf. Gal. V. 11. VI. 12.

§. VII.

Tertii argumenti loco affertur vox ΚΟΙΛΙΑ, eandemque nil, nisi *vterum maternum* denotare, asseritur. Vnde diserte scribit nouus interpres: *Non de ingluvie ventris hic sermo est, ita enim Spiritus S. vocem γαστέρος adhibuisset, sed de vtero, vel vulva matris.* Citat eo fine Matth. XIX. 12. Luc. I. 15. 41. Opus autem erat non vnius, alteriusve, sed cunctorum exemplorum inductione, vt appareret, stylo Scripturae sanctiori vocabulo hoc semper indicari *aluum maternum*, deque eodem peculiari vsu vnice adhiberi, nunquam illo generatim *ventrem* in diuinis pandectis reperiri expressum. Hoc autem, ventrem nimirum in sacro codice voce hac appellari, tam luculenter e sanctissimis probari potest monumentis, vt nihil, si quid mihi cernere datum, queat esse luculentius. Ionas fuit *ἐν τῇ* ΚΟΙΛΙΑι *τοῦ κήτους.* Matth. XII. 40. Quis vero ap-

 te

te dixerit, eum fuisse in eo piscis loco, qui generationi inseruit? Ipso Christi iudice Marc. VII. 18. 19, omne extrinsecus ingrediens in hominem non potest illum κοινῶσαι, communem reddere, addita hac ratione: ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ΚΟΙΛΙΑΝ, κ. τ. λ. Loquitur autem Saluator de cibo, qui in ventrem immittitur. Eodem modo PAVLVS 1 Cor. VI. 13 communem ciborum receptaculum commemorans, bis κοιλίαν nominat. Τὰ βρώματα, ait, τῇ ΚΟΙΛΙΑι, καὶ ἡ ΚΟΙΛΙΑ τοῖς βρώμασι. Filius quoque perditus, fame laborans, Luc. XV. 16 ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν ΚΟΙΛΙΑΝ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων, ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι, *desiderabat implere* VENTREM *suum siliquis, quibus vescebantur porci.* Et quis verecunde satis de vtero materno cogitauerit, qui aurea Christi verba de homine fideli Io. VII. 38 prolata expendit: Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς ΚΟΙΛΙΑΣ αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Aeque inconcinna foret de vtero materno cogitatio, quando IOANNEM, deuorato libro, Apoc. X. 10 legimus confitentem: ὅτε ἔφαγον αὐτὸ, ἐπι-

ἐπικράνθη ἡ ΚΟΙΛΙΑ μου. Plura non addo. Allata enim ſatis ſuperque docere poſſunt, quod κοιλία ſeorſum occurrens (nam quando vterum maternum denotat, tum ſemper verbum, quod hanc ſignificationem oſtendat, adiectum habet, e. g. μήτρας. Matth. IX, 12. Luc. I. 15. Io. III. 4. βρέφος. Luc. I. 41. 44. καρπός. Luc. I. 42. ἐγέννησαν. Luc. XXIII. 29. βαςάσασα. Luc. XI. 27) ſtylo ſacro de toto ventre accipiatur. Conſentit cum eodem ſtylus profanus, quo κοιλία ſimili ratione crebro vſurpatur. Medici ſcilicet antiqui vti cum GALENO Definitt. Medic. §. 60. nec non Lib. de Vteri Diſſectione paſſim, *matricem* appellare conſueuerunt μήτραν; (quam vocem de *vulua* quoque adhibuiſſe ANTIPHANEM, EVPHRONEM, DIOXIPPVM, AMPHICLEM, EVBVLVM, & plures, locis ex iisdem allatis probat ATHENAEVS l. c. pag. 100. ſq: eodemque ſenſu vſurpaſſe HIPPOCRATEM, docet POLLVX Onomaſt. Lib. II. cap. 4. Segm. 222. p. 260 edit. Hemſterh.) ita κοιλία illis non raro eſt γαςὴρ αὐτὴ, *ipſe venter*. Vid. EROTIANI Dictionar. Hippocr. p. 124. T. I. Opp. Hip-

pocratis & Galeni, Lutet. Parif. 1639. fol., quam splendidam editionem RENATVS CHARTERIVS adornauit. Reperiuntur scilicet in iisdem κοιλία, siue Ionica dialecto κοιλίη ἐκφυσημένη, *venter flatibus distentus*, σιτοδόχος, *cibum recipiens*, κοιλίη ἄνω, *venter superior*, κοιλίη κάτω, *venter inferior*, & his similia alia, luculenter docentia, quod per κοιλίαν generatim venter rectissime intelligatur. Conf. omnino ANVTII FOESII Oecon. Hippocr. p. 344. sqq. IO. CONR. DIETERICHII Iatr. Hippocrat. p. 631 sqq, vbi loca magno numero congesta. Horum aliqua qui de *Ventriculo* speciatim sic dicto exponunt, nihil afferunt in medium, quod recentiorem κοιλίας in Paulino dicto interpretationem iuuet, sed potius, quod vetustiori inseruiat. Nam voluptuosi homines plerumque sunt comedones, lautisque epulis, quibus ventriculum cibis delicatissimis referciant, delectantur. Praeter Medicos, scriptores antiqui alii vocem κοιλίας eadem significatione vsurparunt. *Ventriculi* sane fuerunt animalium, non materni vteri, quos veteres coëmisse, & ex iisdem edulia parasse legimus. Hi vero itidem κοιλίαι appellantur. Vnde ATHE-

ATHENAEVS l. c. p. 94. τῶν ἐδωδιμων ΚΟΙΛΙΩΝ (quae verba IAC. DALECHAMPIVS reddidit: *ventris in cibum parati*) mentionem faciens, citat varia ARISTOPHANIS loca, quae habent ΚΟΙΛΙΑΣ πωλεῖν, *ventres* (retineo versionem Dalechampianam) *vendere*: πλύνειν τὰς ΚΟΙΛΙΑΣ, *lauare ventres*: ΚΟΙΛΙΑΝ ὑεῖ νειν, *ventrem suis*. Huc pertinet κοιλία Polypodibus ab AELIANO attributa. Δεινοί, sic incipit Var. Histor. Lib. I. cap. 1, κατὰ ΚΟΙΛΙΑΝ οἱ πολύποδες, καὶ πᾶν ὅτιοῦν φαγεῖν ἄμαχοι. Quae verba IVST. VVLTEIVS reddidit: *Firmo admodum & robusto* VENTRE *sunt Polypodes: proinde, quicquid edant, insuperabiles.* Ast hunc notandum esse censuit, qui verba AEelianea docte illustrauit, GISB. CVPERVS Obseruatt. Lib. III. cap. 10. pag. 295, vbi δεινοὶ κατὰ κοιλίαν ipsi sunt, *qui multum edunt & voraces sunt. Nam Graeci & Latini*, hanc affert rationem, *cum voracitatem describere volunt*, VENTRIS *solum faciunt mentionem.* Certum itaq; est, quod Polypodes dicantur δεινοὶ κατὰ κοιλίαν, quia voracitas ipsis est in deliciis. Quid nunc ex allatis conficitur? Nonne istud, quod gentium doctor, ventris ingluuiem de-

depicturus, vocem κοιλίας aptiſſime adhibuerit? Eſto enim, interdum ea quoque vterum maternum deſignari. Certiſſimum tamen eſt, & ſine omni iactantia ab eo, qui ſacros pariter ac profanos ſcriptores Graecos inſpexit, aſſeri poteſt, quod in quamplurimis locis ſignificet ventrem, vel eas praecipue ipſius partes, quibus cibi recipiuntur, receptique concoquuntur. Quid ergo opus erat, arbitrari, quod Spiritus S., ſi de ventris ingluuie in loco Paulino ſermo eſſet, vocem ΓΑΣΤΕΡΟΣ adhibuiſſet? Potuiſſet ſane, ſi ita ipſi viſum fuiſſet. Nam & γαςέρα Graeci vocant *ventrem*, vocant *ventriculum*, vocant *guloſum*, De ventre hanc vocem HIPPOCRATEM vſurpaſſe, FOESIVS l. c. pag. 133 ſq.&DIETERICHIVS l. c. pag. 304 ſq annotarunt. De ventriculo, ſiue inteſtinis, antiquis fuiſſe temporibus adhibitam, ex HOMERI ὀδυσσ. σ probat CASAVBONVS l. c. col. 179; ex ARISTOPHANE autem, ΓΑΣΤΡΟΣ τόμον commemorante, ATHENAEVS l. c. Guloſum hoc nomine appellari, docent teſtimonia EPIMENIDIS Tit. I. 12: ΓΑΣΤΕΡΕΣ ἀργαί: HESIODI Theogon. v. 26: ΓΑΣΤΕΡΕΣ οἶον, & aliorum.

rum. At enim vero placuit sanctissimo Spiritui, per vocem γαστέρος in Nouo Foedere id designare, quod per Κοιλίαν recentiores interpretes in dicto Paulino volunt intellectum. Nam, si citatus vnicus locus Epimenideus excipiatur, γαστὴρ in sanctioribus tabulis, quae nouae sunt, *vterum maternum* denotat, atque grauidae assignatur. Hoc qui negare ausus fuerit, eum oportet nunquam locum Matth. I. 18: εὑρέθη ἐν ΓΑΣΤΡΙ ἔχουσα, & alia, in quibus eadem occurrit φράσις; nec non Luc. I. 31: συλλήψῃ ἐν ΓΑΣΤΡΙ καὶ τέξῃ υἱόν, aut legisse, aut saltem non intellexisse. Ne dicam de LXX Interpretibus, qui בטן אם *vterum matris*, per ΓΑΣΤΕΡΑ μητρός expresserunt. Obseruauit hoc iam, & variis comprobauit locis DIETERICHIVS l. c. pag. 305. Etsi itaque ΓΑΣΤΗΡ nonnunquam idem significet, quod ΚΟΙΛΙΑ, & vice versa, Biblico tamen Noui Testamenti stylo eo plerumque sensu sumitur, qui nouae sententiae minime fauet. Posset illa quoque ansam dare quaestioni: An Apostolus credidisset, fuisse inter Philippenses, qui vterum maternum pro Deo habendum, eidemq; cultum praestandum esse, censuerint? Sed non mo-

vebo eandem, cum videam, in noua interpretatione translatum dicendi genus admitti, licet illud quoque rem non conficiat. Firmius itaque & hoc argumentum primo intuitu videtur, quam re vera eſt, id quod ſublata, quibus innitebatur, fulcra, credo, euincere. Deſtruit ea plane & penitus amouet ipſe PAVLVS, qui Rom. XVI. 18 falſos & corruptos magiſtros, litigandi etiam ſtudio ductos, cane peius & angue fugiendos eſſe oſtenſurus, hanc adiungit cauſam: οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν ΚΟΙΛΙΑΙ. i.e. *tales enim Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſerviunt, ſed ſuo ipſorum VENTRI.* En! ſeruos, non vteri materni, ſed proprii abdominis. En! PAVLVM optimum verborum ſuorum, & praeſertim vocis ΚΟΙΛΙΑΣ, interpretem. Quid volumus amplius?

§. VIII.

Reſtat vox ΑΙΣΧΥΝΗ, quae a recentioribus interpretibus per *pudenda* expoſita, quartum peperit pro noua ſententia argumentum. *Αἰσχύνη pro pudendis*, diſerte ſcribit AMELIVS l. c. in ſubſidium vocans Apoc. III. 18. vbi Angelo, ſiue Praeſuli Laodicenſium conſilium datur,

tur, vt emat veſtes candidas, ne manifeſtetur ipſius αἰσχύνη τῆς γυμνότητος. Quae verba num ad corporalia, ad pudenda posſint vlla trahi veriſimilitudine, dubito, & vehementer dubito? Ad ſpiritualia hic ſolum esſe reſpiciendum, certius mihi perſuadeo. Reprehenditur nimirum Antiſtes Laodicenſis in proxime antecedentibus ob teporem in rebus diuinioribus: ob diuitias ſacras, quas hypocritice ſibimet ipſe attribuit: ob infelicitatem, miſeriam, paupertatem, coecitatem, nuditatem. Fidele tamen ei ſuppeditatur conſilium, eo fine, vt, ſi animae velit recte conſulere, emat *aurum*, diuino igne purificatum, quo ditescat: emat *veſtimenta alba*, quibus tegatur turpiſſima nuditas: emat *collyrium*, quo oculi aperiantur. Quis haec ſenſu proprio & vulgari poterit intelligere, cum in toto capite de ſpiritualibus ſermo ſit? *Emere* quid eſt aliud, quam ad comparandum iis vti mediis, quae diuinitus ſunt praeſcripta ac ordinata? Quo ſenſu Virgines ſapientes, prudentiae iuſtorum ſtudioſos Chriſtianos adumbrantes, Matth. XXV. 10 ἀγοράσαι, *emiſſe*; inſipientes autem Virgines, Chriſtianorum minus

recte

recte sibi consulentium, imagines, commo istud neglexisse dicuntur. Confirmat hoc praestantissimus locus Es. LV. 1, vbi inter alia legitur: שִׁבְרוּ בְּלוֹא־כֶסֶף וּבְלוֹא מְחִיר, *emite sine argento & sine pretio.* Per *aurum* intelliguntur omnia Christi beneficia, incorrupta, quae ex verbo Dei hauritur, sapientia, vera inprimis fides, cuius δοκίμιον auro vulgari 1. Pet. I. 7 longissime praefertur. *Vestes albae* designant Saluatoris meritum, quod venit nomine vestium salutis & amiculi iustitiae. Es. LXI. 10, stolarum lotarum ac dealbatarum sanguine Agni. Apoc. VII. 14. *Collyrium* de nulla re aptius, quam de spirituali illuminatione, oculos mentis aperiente, accipietur. Quis ergo hic de corporali, non de spirituali *nuditate* cogitet? Si nuditas est spiritualis, spiritualis etiam necessario erit αἰσχύνη, *turpitudo*, hominem non quidem semper coram hominibus, semper tamen coram Deo, omnia sciente, omnia vidente, mirum in modum deformans. Naturalia itaque hoc loco non sunt quaerenda, siquidem ex allatis apparet, IOANNEM, cum isthaec scriberet, spiritualia diuino tractasse instinctu, adeoq; etiam spiritualiter esse intelligendum, remotis omnibus cogitationibus, quae circa carnalia versantur.

Non

Non maius nouae expoſitioni affert praeſidium WARLITZIVS, quo l. c. iudice, *ἀισχύνη ſignificat pudorem, quem Spiritus S. pudendum, ſeu membrum genitale vocat. Deut.* XXV, 11. Legitur in fonte: והחזיקה במבשיו. Quae verba LXX Interpretes reddidere: *καὶ ἐπιλάβηται τῶν διδύμων αὐτοῦ.* Quis vero inde vellet concludere, *ἀισχύνην* membrum humanum indicare, cum Graeci loco, quem excitauit WARLITZIVS, hanc vocem plane non adhibuerint? Quid proinde opus eſt, laudatiſſimam caeteroquin ſacrorum ſcriptorum modeſtiam in exprimendis rebus verecundis praetexere, vbi nihil adeſt, quod ad obſcoena pertineat. Cum itaque nullus ſit productus locus, qui demonſtret, *ἀισχύνην* ſignificare *pudenda*; ipſe etiam WARLITZIVS opinionis ſuae non ſatis certus eſſe videatur, ſiquidem citatis verbis haec addidit: *Interdum quoque ἀισχύνη notat ſtuprum alicui illatum, hinc D. SELNECCERVS reddit: gloria eorum eſt ad confuſionem & interitum*, a propria vocis ſignificatione ſine vrgente neceſſitate non eſſe recedendum, ſtatuimus. Haec autem *ἀισχύνη* deſignat omnem turpitudinem, e quocunque vitio ea orta ſit, ob

quam

quam perſona, quae commiſit facinus, merito erubeſcit, animaduertens, quae inde ſequitur, ignominiam & infamiam. Vnde POLLVX Onomaſt. L. IV. cap. 24. Segm. 127. p. 544. edit. Hemſterhuiſ. (quam editionem optimam in ſubſequentibus etiam citabo, ſimulq; verſionem, quae in eadem reperitur) inter probri nomina *αἰσχύνην*, *turpitudinem*, commemorat. Idem adhibet verbum *αἰσχύνειν* de homine *iniuſto* Lib. III. c. 32. ſegm. 132. p. 645: *ὅς ἀδικῶν σεμνύνεται πλέον, ἤ αἰσχύνεται*, *qui iniuſte agendo honoratur magis, quam pudefiat*; de homine *auaro* L. III. c. 23. ſegm. 112. p. 327: *οὐδὲν ἂν αἰσχυνθεὶς, ᾧ λῆμμα πρόσεστι*, *nihil hunc pudet, ſi lucellum adſit*; de homine *turpia eſuriente* L. VIII. c. 7. ſegm. 81. p. 902: *οὐδὲν ῥῆμα αἰσχυνόμενος*, *nullum verbum inhoneſtum putans*; de homine *impudicitia delectante* L. VI. c. 30. ſegm. 127. p. 643: *αἰσχύνων τὸ σῶμα*, *τὸ σῶμα ἐκδεδωκὼς εἰς αἰσχύνην*, *corpus deturpans*, *corpus proſtituens ad turpitudinem*. Conf. L. III. c. 23. ſegm. 114. p. 328: *ᾧ τις αἰσχύνη πρόσεστιν*, *cui infamia adhaeret*. L. IV. c. 3. ſegm. 32. p. 364: *αἰσχύναι*, *infamare*, *αἰσχύνῃ περιβαλεῖν*, *infa-*

infamiae nota contaminare. L. V. c. 46. segm. 162. p. 559: αἰσχύνη τῶν συνοίκων, *cohabitantium dedecus.* Cognatum esse vocabulum αἰσχρόν, nemo negauerit. Huius vero initio sicut hodieq; vtuntur Saxones inferiores ad rem turpem & inhonestam exprimendam, vnde IVST. IO. KELPIVS in Glossario Chaucico MS: Aisch, heßlich, *obscoenus*; ita istud non pudendis proprium est, sed aliis etiam rebus ad abusum tractis commune. Docet hoc αἰσχρὸς κέρδος, Tit. I. 11. Docent vocabula cum hac voce composita, αἰσχρολογία, Col. III. 8. αἰσχροκερδής, 1. Tim. III. 3. 8. αἰσχροκερδῶς, 1 Pet. V. 2. Αἰσχρὸν sequitur αἰσχύνη: qui enim turpia perpetrauit, eum ignominia notatum, oportet pudore tandem suffundi. Hic vero si omnino absit, & nullum plane infamiae sarciendae studium homini eiusmodi incessat, certum adest indicium, ab omni honestate longissime eum esse remotum, & ad summum ascendisse malitiae fastigium. Haud inconcinne SENECA Epist. 39: *Tunc consummata est infelicitas, vbi turpia non solum delectant, sed etiam placent, & desinit esse remedio locus, vbi quae fuerunt vitia, mores sunt.* Add. quae annotauit PHIL. PICINELLVS Lumin.

Re-

Reflex. p. 712. Mens ergo Apostoli est; Impios & peruersos homines non pessima solum committere delicta, sed ea sibi etiam ducere honorifica, ea in laude ponere, quae, cum sint maxima dedecora, cum summam afferant ignominiam, pudorem iis ac ruborem debeant incutere, & efficere, vt infamiae ipsos pudeat, taedeat. Vnde in loco, quem tractamus, Paulino *αἰσχύνην* reddunt SEB. SCHMIDIVS, nec non IVNIVS ac TREMELLIVS *ignominiam*: SEB. CASTALIO *turpitudinem* exprimit, *gloriam*, transferens, *sibi in sua turpitudine collocant*: de *pudendis* horum nullus cogitauit. Bene etiam Belgae in Nott. ad Bibl. Stat: *Soecken hare eere in het gene, dat haer schandelick is.* Nec male Biblia Halberstadiensia 1523. fol: *Ore glorie schal syn öre beschieminge.* Nouam itaque huius vocis expositionem tueri studentibus perpendendum relinquo, quid prolaturi sint de homine primum in solennitate nuptiarum, locum occupante, quem deinceps, accedente honoratiore, oportet *μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν*, Luc. XIV. 9; de ignominiam libenter perferente Liberatore, de quo Heb. XII. 2 dicitur; *ὑπέμεινε σταυ-*

ρεῖν, αἰσχύνης καταφρονήσας; de Paulo, nihil, cuius ipsum pudere possit, occulte agente, atq; idcirco libera & aperta hominum de se, doctrina sua ac vita iudicia minime reformidante, qui 2 Cor. IV, 2 profitetur: ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης. Profecto si in his etiam locis noua vti velint expositione, interpretationes nescio quas in medium producent, eaq; cogitabunt, quae cogitasse maiorem αἰσχύνην, quam δόξαν conciliabit. Ille vero ab αἰσχύνῃ longe censebitur remotus, qui, vt paucis multa dicam, vocem non esse physicam, sed metalem agnouerit. Confirmabit eum haud dubie IVDAS, qui Ep. comm. 13. homines cum iis, quos depingit PAVLVS, omnino comparandos, vocat κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, *fluctus saeuos maris, exspumantes sua ipsorum dedecora.* Imo vero plane conuincetur, si meminerit, quod scriptores diuini, qui, ad circumcisionis sacramentum respicientes, membri genitalis iniiciunt mentionem, nunquam vocem αἰσχύνης, verum σαρκὸς, vsurpent. Quis ergo crediderit, PAVLVM in solo hoc loco a

recepto loquendi more omnino recessisse? Neque HVG. GROTII auctoritas hic sufficiet, qui magnus vir, ἀισχύνην de *pudendis* interpretatus, adeoq; recentiorum commentatorum haud dubie antesignanus, breuiter quidem, recte tamen notatus est ap. MATTH. POLVM Synopf. ad h. l., vbi GROTIO denegatur assensus propter duas rationes: quia vox ἀισχύνη nunquam ita vsurpatur, & quia de moribus Iudaizantium (simulque aliorum), non de doctrina hic agitur.

§. IX.

Quid proinde de noua huius dicti versione, quae in Amelianis Disquisitionibus legitur: Die den Leib ihrer Mutter für einen GOtt halten / und ihre Ehre an der Schaam haben / d. i. die sich rühmen ihrer leiblichen Geburt in der Jüdischen Kirchen / und gleichfals viel trotzen auf die Beschneidung ihrer Vorhaut / sit habendum, facile liquere arbitror. Quae enim hactenus allata sunt in medium, iis fuit demonstratum, quod mens Apostoli non sit, speciatim in hoc dicto reprehendere Iudaeos, sed generatim omnes, pessimam & cum infami dedecore coniunctam vitam agentes. Vnde porro sequitur, quod propter nouam de Iudaeis exposi-

tionem verbis praecipuis ſenſus ad inſolentem explicationem violenter magis tractus, quam ſponte fluens, attribuatur. Quo iure itaque contemnantur plerique interpretes, & minus recte inſpecti fontis accuſentur, iudicent, qui a partium ſtudio ſunt alieni. Praefero huic verſiones recentiores alias, CASP. ERN. TRILLERI: Derer GOtt der Bauch iſt und ihre Ehr (Ruhm) iſt in ihrer Schande (ſie rühmen ſich ihrer eigenen Schande); IO. HENR. REITZII: Deren GOtt der Bauch iſt / und (deren) Herrlichkeit mit ihrer Beſchämung iſt. Quamuis enim vtraque carere potuiſſemus, vtraque etiam habeat, quae curioſis genii huius linguae ſcrutatoribus forſan non ſatis ſe probent, neutra tamen vim affert Paulinis verbis, neutra ad interpretationem de Iudaeis hic vnice intelligendis viam ſternit. IEREMIAS FELBINGER, S verbum verbo expreſſit: Welcher GOtt der Bauch iſt, und di Herrlichkeit in ihrer ſchande / de genio linguae Germanicae parum ſollicitus.

§. X.

Hunc, vt alias, ita hic quoque, more ſuo, rectius obſeruauit MARTINVS LVTHERVS, verba Paulina ſic interpre-

tatus: Welchen der Bauch ihr GOtt ist/ und ihre Ehre zu Schanden wird. Quam versionem sapere puram & illibatam linguam Germanicam, nemo potest inficiari, nisi qui huius linguae est imperitus. Posterior inprimis attendenda est loquendi ratio: zu Schanden werden/ quae non solum vere est Germanica, sed simul etiam docet; quis futurus sit *finis*, eorum, qui volupe ducunt, *πεσεῖν εἰς βίον αἰδοίοις καὶ γαστρὶ δουλεύοντα*, *incidere in vitam veneri ventrique mancipatam*, vt ait IVLIANVS Orat. VI. p. 198, & molliorum voluptatum studium in laude ponunt, de quibus hominibus nonnulla annotauit TAN. FABER ad Anacreont. p. 138. Conf. IO. ALBERTI (quem virum doctum & egregium Philologum recentiorem expositionem suam quoque non fecisse, sed antiquiorem potius probasse, video) Obseruatt. Philol. in Nov. Foed. p. 380. Finem enim sine dubio respexit, simulq; exprimere voluit LVTHERVS verbis: ihre Ehre zu Schanden wird. Pudorem sane incutit eiusmodi hominibus in hac vita conscientia, mordens tandem, ipsosq; grauiter accusans; imo tota ecclesia, quae pro putridis eos membris habet, suoque ordine ac iure indignos

gnos iudicat. Pudor ac ignominia aderunt post hanc vitam in extremo iudicio, vbi in conſpectu ipſius ſanctiſſimi Dei, in conſpectu ſanctorum Angelorum, in conſpectu hominum piorum manifeſtabitur dedecus, & ita manifeſtabitur, vt qui eo ſeſe turpiſſime commacularunt, non poſſint non pudore confundi ac confici, perpetuo & ſine fine erubeſcentes. Hoc vero cum non dubitem, quin ſimul oſtendere voluerit vir ſummus, (ante quem ludum VVLGATVS eodem, ni fallor, conſilio αἰσχύνην expreſſit per *confuſionem*) non ſatis aequam arbitror cenſuram, qua a recentiori interprete verba noſtra dicuntur von *Luthero* ohne einigen Grund und tieffe Einſicht überſetzet. Scilicet, quia LVTHERVS hic non quaeſiuit ſigillatim Iudaeos, neq; iisdem vnice eſſe ſermonem, aſſeruit. Num vero hoc ad reprehendendam verſionem Lutheranam ſatis ſit, de eo ex praecedentibus facili negotio fieri poterit iudicium.

§. XI.

Cur autem nouus interpres non vituperauit etiam HENR. HAMMONDVM, qui itidem non pro Iudaeis, ſed *Gnoſticis* pronuntiat? *Gnoſticos*, ait in Paraphr. h. l., *intelligo, qui ſenſuum duntaxat volupta-*

tes quaerunt, & qui iactant ea, quae pudorem eis creare deberent, libidines &c. Quod si tam certo probari posset, Gnosticos aeuo iam Apostolico extitisse, & HAMMONDVM eos in variis Noui Testamenti locis aeque feliciter inuenisse, ac quaesiuit anxie, quam male ipsi in monumentis veterum audiunt ob vitam impuram, studiumq; voluptatis, calculus forsan huic sententiae non foret plane denegandus. CLEMENTE ALEXANDRINO teste Lib. III Strom. Gnostici καταχρώμενοι τῇ ἐλευθερίᾳ, ζῶσιν ὡς βούλονται, βούλονται δὲ φιληδόνως, *abutentes libertate, viuunt, vt volunt, volunt autem voluptuose.* Et THEOPHYLACTVS Comm. ad I. Tim. VI. 21 meminit Γνωστικῶν τῶν πάσης ἀκαθαρσίας πεπληρωμένων, *Gnosticorum omni impuritate repletorum.* Quamuis itaque dubio careat, quod Gnostici fuerint homines ventri dediti, inde tamen nondum sequitur, quod Apostolus generatim loquens, eos sigillatim innuat. Esto enim, quod ipsius iam fuerint aetate. An idcirco probari poterit, quod in sola Gnosticorum secta, in nullo autem coetu alio, extiterint, in quorum vita dedecus haesit? Non maiori itaque veritatis spe-

cie

cie soli Gnostici, quam soli Iudaei, vocabuntur homines, quorum Deus est venter. Sic enim in coetu hominum meliora sacra Christiana amplexorum PAVLVS inuenisset neminem hac labe infectum. Quis hoc non optauerit? At quis crediderit?

§. XII.

Iudicet nunc candidus ac peritus Lector, vtrum expositio antiquior recentiori, an haec illi sit praeferenda? Mihi quidem, quod profiteor ingenue, arridet antiquior, non, quia dudum recepta est, adeoq; nititur auctoritate: non, quia placuit LVTHERO, quo praeeunte, existimat nouus interpres, permultos, coeca eum obedientia sequentes, minus recte verba Paulina esse interpretatos, quamuis permagnum hunc virum permagni faciam: non, quia hactenus fere inaudita, cum haud inficier, quod in exegeticis quoque nouae erui possint, in tanta philologiae luce, veritates; sed quia rationibus eandem confirmantibus vim ac robur inesse deprehendo, quod in recentiori explicatione non inuenio. Equidem facile concedo, quod haec res non tangat fidei analogiam: largior etiam, quod Iudaei pessime viuentes (imo,

si Paulinam attingunt aetatem, Gnostic etiam) a praua hominum, quorum Deu est venter, societate non sint excludendi. Ast in ea perseuero sententia, quod genuina huius loci ἐξήγησις, quae nullis nititur coniecturis, nullumq; vocibus infert sensum, quem per se nusquam habent, non ducat ad solos vel Iudaeos vel Gnosticos, sed generatim ad omnes qui corpori magis, quam animae student consulere, hacq; ratione gloriam quaerunt in rebus, quae maximo sunt dedecori. Ab his, vt coetus, qui a CHRISTO trahit appellationem, semper sit immunis, boni omnes mecum sincere optabunt!

VII.

VII.

Recensiones Librorum.

I.

Refutationis Commenti, de GLADIO Gl. mem. Regis Svecorum GUSTAVI ADOLPHI Magico, Pars prior, Præside GEORGIO WALLIN, fil. S.Theol. D. & Reg. Acad. Upsal. Bibliothecario, Resp. *Dan. Salin*, Jon. fil. Jemtio, d. VII. Decemb. ann. MDCCXXVIII. Upsaliæ, 4to. 7. pl. & 1 pl. fig.

Particula secunda eod. Præside, Resp. *Olao Deckberg*, Uplando, d. XV. Mart. ann. MDCCXXIX. Upsal. 4to. 4½ pl.

Pars Tertia & ultima eod. Præside, Resp. *Andrea Hedengren*, Dalekarlo, d. XXIX. Mart. ann. MDCCXXIX. Upsal. 4to. 4½ pl.

Trigam hic sistimus Dissertationum, in celeberrima, quæ Upsaliæ est, Academia, haud ita pridem examini publico subjectarum, quæ uberio-

rem

rem omnino merentur expositionem, cum & integri Tractatus vicem præstent, & argumenti rarioris dignitas, elegansque cl. Auctoris eruditio easdem satis superq; im commendent. Scilicet cum mortalis Herois, Regis GVSTAVI ADOLPHI fama atque gloria, vel sangvine ipso parta, à malevolis hominibus labis cujusdam magicæ adspersione coinqvinaretur, sui esse officii ratus est Auctor, idoneis illam argumentis tueri atque vindicare. Tribus vero capitibus opus omne circumscripsit, quorum *primum* agit de priscorum Septemtrionalium perversis militandi artibus, earumque cum origine, tum fatis ultimis, contra osores gentis Sveo-Gothicæ; *secundum* de ipso gladio GVSTAVI ADOLPHI, ut vocatur, magico, ejusque historia, indole, & injustissimo titulo; *tertium* deniq; de vaferrimæ hujus imposturæ caussis & architectis.

Ac initio qvidem *primi* capitis, dum antiqvis temporibus improbam militandi rationem, usumque artium magicarum etiam in Septentrione invaluisse Auctor dolet, refutat simul commentum *Joh. Bapt. Morini*, qui *Astrologiæ Gallicæ* lib. XX. cap. IV. p. 449. b. de aquilonarium regionum populis tanqvam notatu dignum asserere non dubitat

bitat, eos præ cæteris terræ incolis Lunaticos, etiam præ cæteris magia, præstigiis dæmonum, & incantationibus infames esse ac periculosos, ob hanc nimirum causam, quod luna potentior sit in frigidis partibus Septemtrionis. Vera potius magiæ Borealis incunabula ex gentilismo repetit, ab Asiaticis in plagas Arcticas illato, qvos inter familiam paulo ante Christi tempora duxit *Othinus*, divinis quidem mactatus honoribus, at magus omnium, quos solunqvam uidit maximus, primus propterea, saltim præcipuus, omnis superstitionis Septentrionalis parens vocandus. Dum autem illicitas belli gerendi artes Auctor recenset, non tantum iis annumerat consvetudinem, sagittas veneno tingendi, quæ Septentrionalibus æqve ac aliis populis in usu fuit, sed magica etiam inprimis artificia enarrat, qvalia fuerunt I. *ars sese reddendi invisibiles*, cujus in historia Herraudi & Bosæ cap. X. exemplum habetur; II. *ars transfundendi sese in varias animalium formas*, cujus insigne documentum præstitit *Harekerus*, Rex Biarmiæ, in citata historia; III. *ars concitandi tempestates*, qva, ut *Saxo* Hist. Dan. lib. I. p. 17. loqvitur, noverunt *carminibus in nimbos solvere cœlum*,

cu-

cujusqve exempla passim in monumentis veterum occurrunt, ut Polyphemi istius *Grimneri*, *Ogauti*, *Oddonis* piratæ, & *Haqvini*, Norvegiæ Principis; IV. *ars firmandi corpora adversus omnes telorum ictus & ferri injurias*, qvam exercuisse *Grimnerum* ejusque XII. Socios traditur in Historia Gothrici & Rolfi, idemque alibi de Rege Biarmiæ *Harekr*, de *Sigtrugo*, filiisque *Koli* legitur; V. *ars proprias vestes & instrumenta bellica malo carmine in victoriam præparandi*, qvo pertinet galea *Hildegautr*, lorica *Finleif*, cassis *Grimneri*, bipennis *Hervoræ*, indusium sericum *Odderi*, XII. togæ *Thoreri*, tunica *Fridlevi* Regis Daniæ, ensis *Smideri*, *Rolfonis*, *Angantyri*, aliorumque, in qvibus omnibus conficiendis dira incantamenta fuerunt adhibita. Ne vero flagitium hoc solis *Hyperboreis* imputetur, aliarum qvoque gentium mores ad eundem modum comparati adducuntur, illudque præterea monetur, ea, qvæ de *Septentrionalium* magia militari dicta sint, non omnibus ac singulis tribui posse, cum inter illos multi probi ac egregii viri extiterint, qvi consilio ac virtute, qvam nefariis artibus, rem contra hostes gerere maluerunt.

Qvanqvam autem proscripta penitus fue-

fuerint ſcelerata arma ab eo tempore, qvo ſalutaris evangelii lux Septentrioni affulſit; non tamen ceſſavit qvorundam calumniandi libido, quæ magiæ Svecos inſimulavit, eoque proceſſit temeritatis, ut Regem omnium maximum ac religioſiſſimum GVSTAVVM ADOLPHVM, pravis etiam artibus, ac *gladio* præſertim *magico*, omnes ſibi paraſſe victorias, aſſerere haud erubuerit. Servatur iſte gladius in pereleganti bibliotheca ampliſſimi Senatus Lipſienſis, atque inter alios theſauros peregrinis adventantibus oſtendi ſolet, addito ſiniſtro, ſed incerti Auctoris, effato, hunc ipſum eſſe, quo uſus fuerit in bello Germanico, & qvocum in agro Lützenenſi occubuerit Rex Sveciæ. Ut illum conſpexit Auctor, obſtupuit primum; at occaſionem vindicandæ glorioſiſſimi Regis famæ minime prætermittendam ratus, impetrata cuſtodum venia enſem pictoris manu quam accuratiſſime delineari fecit, & jam demum ligno, qvanta fieri potuit induſtria, inciſum diſſertationi huic primæ præmiſit. Scire ſe qvidem inqvit, Lipſienſes ea minime credere, qvæ de hoc gladio traduntur; ſed referre tantum relata, eamque forſan eſſe cauſam, cur in deſcriptione

tione Bibliothecæ Senatoriæ à celeberr. GOTTFR. CHRIST. GOETZIO ann. 1711. 4to. edita, inter cimelia ejusdem gladii istius mentio nulla fiat: interim Svecorum esse, perperam de Principibus suis relata etiam confutare, & sero potius, qvam nunqvam, obviam ire intolerandæ temeritati. Confidere qvoque se, hoc qvalecunque scriptum eo minus Evangelicis Germanis esse displicitúrum, qvo ipsi Svecorum armis, tanti præcipue Herois patrocinio, plura se debere merito agnoscant. Præterea ut erga bibliothecam hanc Senatoriam, qua non minus ac altera illa Paulina sæpius usus sit, aliqua ex parte gratum suum animum testatum faciat; ut peregrinos omnes Lipsiam post hac adeuntes, & *Gustavi Adolphi* gladium, uti dicitur, contemplantes, errore, in quem facillime induci possunt, liberet, animum sibi jam esse, ostendere, & invictissimis argumentis probare, *Ensem istum magicum omnino esse spurium; subornatum, atque contra omne jus & fas Svecorum Regi GVSTAVO MAGNO adscriptum.*

Capite itaque *secundo* in originem hujus gladii inquirens, incidisse se memorat in IOH. BAPTISTÆ MORINI (*) singu-

(*) Natus est MORINVS Francopoli (Francheville) qua

gulare ac ſtupendum opus, quod in ſcribitur *Aſtrologia Gallica.* In vita enim Auctoris libro præfixa §. LXVI. p. 14. hæc

quæ primaria eſt apud Bellejocenſes civitas, ann. 1583. d 23. Febr. denatus anu. 1656. d. 6. Novembr. Inter plurima ejus ſcripta eminet *Aſtrologia Gallica*, ann. jam 1648. abſoluta, intervenientibus autem qvibusdam obſtaculis & morte ipſa Auctoris, aliquamdiu ſuppreſſa, donec munificentia LUDOVICÆ MARIÆ, Poloniæ Reginæ, & amicorum, GVILIELMI inprimis TRONSONII, Regi ab inter. Conſil. & Secret. opera, in lucem protraheretur. Titulus operis integer hic eſt: *ASTROLOGIA GALLICA, principiis & rationibus propriis ſtabilita, atque in XXVI. libros diſtributa. Non ſolum Aſtrologiæ judiciariæ ſtudioſis, ſed etiam Philoſophis, Medicis, & Theologis omnibus perneceſſaria: quippe multa complectens eximia ad ſcientias illas ſpectantia. Opera & ſtudio JOHANNIS BAPTISTÆ MORINI, apud Gallos e Bellejocenſibus Francopolitani, Doctoris Medici, & Pariſiis Regii Mathematum Profeſſoris. Ejus Anagramma; MIRA SAPIENS VNI BONO STAT.* Hagæ-Comitis, ex typographia *Adriani Vlacq*, MDCLXI, fol. 9. A. 8½ pl. Epiſtola dedicatoria directa eſt ad Regem Regum & Dominum Dominantium JESVM CHRISTVM, Filium DEi, iu qua Auctor inter alia ita loquitur: „Tu me „feciſti non lapidem, neque plantam, neque „brutum, ſed hominem; non Atheum, non „Idololatram, non Mahumetanum, non Judæum

hæc habentur: *Regis hujus in prælio cæde ensem ejusdem in memoriam revocat, de qu pauca, levi usus digressione, nec injucund pro*

„dæum, sed Christianum; non Hæreticum, „non Schismaticum, sed Catholicum; non stu„pidum, sed ad veritatem inqvirendam propen„sum, ac idoneum; non ignarum, sed scien„tiarum qvarumcunque amantissimum, cuiqve „tua præ cæteris doctrina atque religio ut ve„rum animæ pabulum perplacuit. - - Tu me „.. plusquam vigesies à mortis violentæ peri„culis magnis, ferro, aqva, præcipitio, ca„tapulta, aliisque malis, & conseqventer ab „æterna morte misericordia tua infinita liberasti.„ Temporis quoque huic libro impensi mentio ibi„dem injicitur; Tu hoc opus Astrologiæ scien„tiarum altissimæ, ad honorem tuæ infinitæ „sapientiæ, qvæ cælum terramqve creavit, om„niaque fecit in pondere, numero, mensura, „& ordine, studio laboreque per triginta annos „indefesso, absolvere mihi dedisti, mentemque „meam ad te perpetuo attendere voluisti, ne „quid contra super cælestem tuam doctrinam, „veramque Religionem scriberem, sed eas in „exemplar inviolabile mihi proponerem.„ Dedicationem deinde ad Reginam Poloniæ, & præfationem ad lectorem auctore *Gvil. Transinu* scriptam, ut & carmina nonnulla encomiastica, effigiemque Morini affabre cælatam, excipit Vita ejusdem à *Claudio Mercerio*, ut videtur, concinnata, quæ memorabilia multa complectitur, inq; enarrandis Morini laudibus vel maxime occupatur, & hoc demum epitaphio (quod

proponam. Isti ensi præclare a Gustavo *acta in præliis tribuenda esse , sensere complures, quod neque ipse Rex abnuebat. Ipso interemto dis-*

 qui-

(quod & Lutetiæ in templo Divi Stephani à Monte legitur) cujus formam Morinus ipse ultimæ voluntatis tabulis præscripserat, clauditur: *Si de apponendo mihi epitaphio cogitetur , honorem meum ac laudem illud non attingat ; edoco; in eo unicis DEi meritis ascribatur gloria , sitque unde proximus utiliter instruatur : hic sit expressum verbis percupio* : „Hic jacet cadaver JO„ANNIS BAPTISTÆ MORINI, Francopolitani, „Doctoris Medici, & Parisiis Mathematum Pro„fessoris Regii. Chare viator ; gnate commu„nionis sanctorum , ora pro fidelibus defunctis „in purgatorio detentis , donec ab omni cica„trice ac labe peccati liberentur ; felix non„dum eris , cum ad illorum lugubrem simul„que beatam sortem deveneris. „ Seqvitur Morini in universam Astrologiam Præfatio apologetica satis ampla , in qua contra Philosophos, Medicos, Theologos , Patres , Concilia , Juris Consultos , Principes & Pontifices disputat , dignitatemque Astrologiæ eo evehit, ut asserat, illam quoad fundamentalia principia humanæ mentis aciem superare , & à DEo peculiariter Adamo fuisse infusam , à quo per Cabalam ad posteros devenit. Opus vero ipsum XXVI. libris absolvitur , quorum I. est *metaphysicus* , de vera cognitione DEi ex lumine naturæ , per Theoremata adversus ethnicos & atheos mathematico more demonstrata , seorsim jam antea

ann.

quisitus est ensis (quam recte non discutio) milite ipsius possessore, pecunia redemptus venit tandem in Morini manus; lætus hoc vi[...]
telo

ann. 1655, excusus, ob quem *Petrus Balduinus Montarsius* Morinum plagii accusavit, qua eundem è *Richardi à S. Victore* commentario quodam integrum exscripsisset; II. — IX. *Physici*, de creatione & creatis in universum; de mundi divisione in tres regiones primarias, elementarem, ætheream, & cælestem; de entium creatorum extensione & qvantitate continua; de spatio, loco, & vacuo, tum de ubi, alicubi, ubiq; & nullibi; de motu & tempore; de causa efficiente; de corporum physicorum alteratione; de mixtis corporibus; X — XXVI. *Astrologici*, de Astrologiæ experimentis, sectis, & principiis in universum; de Corporum cælestium simplicibus atque primariis agendi viribus in universum, ac primo de luce; de corporum cælestium qvalitatibus elementalibus & influentialibus; de propriis naturis & viribus Planetarum singulorum atque fixarum; de prima causa physica; de Planetarum dignitatibus essentialibus; de astrorum radiis & aspectibus; de domibus Astrologicis; de Planetarum fortitudinibus & debilitatibus; de Astrologiæ elementis sive principiis judicariis; de actione universali corporum cælestium, respectu sui & sublunarium; de activa corporum cælestium & passiva sublunarium determinatione; de directionibus; de nativitatum revolutionibus; de progressionibus & transitibus; de constitutionibus cæli universalibus; & denique de interrogationibus & electionibus astrologicis. Hæc vero omnia ita esse comparata, prudentiores du-
dum

telo, cum talismanorum quoque non ignarus esset, expressos auro in ensis veruto characteres inspexit, ac expendit diligentius, una ex parte scutulam versus capularem sic legebatur: Gustavus Adolphus Rex Sveciæ, *ex altera vero:* Audaces fortuna juvat timidosque repellit. *Ad imum sol aureus videbatur & martis character, ex quo guttæ in pluviæ modum effusæ decidebant; ex adverso varii & ignoti fuere characteres, Planetarum aliquot intermisti figuris, quæ cuncta cum ejus Horos-*

H 2 co-

dum observarunt, ut, quid ingenii vires in desperata causa defendenda valerent, doctissime Morinus comprobaverit, de quo subnectere adhuc juvat judicium paulo acrius GVID. PATINI, Epist. LXV. p. 210. edit. à la Haye 1683. 12mo ad amicum ann. 1656. d. 7 Nov. adeoque altero post Morini. mortem die, scribentis: „Voici encore une mort que j'ay à vous annon„cer. c' est celle du Sieur Morin Beaujolois „Professeur du Roy en Mathematiqves. Si bien „que le voila mort au bout d' un an, aussi bien „qve Mr. Gassendy: mais ils n'ont garde de se „mordre l' un l'autre, car l' un est à S. Nico„las des Champs, & l' autre à S. Estienne du „mont. L' un etoit bien sage, & l' autre „etoit fou & demi enragé: mais qvoy qv'il en „soit c'est chose certaine qv'en l' autre monde „ils auront le nez fait l' un comme l' autre, „malgré toutes les mathematiqves, & toute la „pretendüe judiciaire des Astrologves, dont Morin etoit coiffé.

copo & mortis themate nil omnino foederis h buere. Affertur quoque Morini ipsius d scriptio, Lib. XX. Sect. IV. cap. VIII. 494. extans, ubi sub finem asserit: *Ta tum Regem fuisse deceptum ab aliquo Nebulon vel Astrologo vel mago; vel etiam ignaro, q perpetuas illi victorias per talem gladium obt nendas forsan vendiderat, sicq; solere decip quicunque diabolo vel ejus ministris fidem ac hibent, relicta naturali via providendi ex astri qua, ut Cæsar in prælio adversus Brutum C Cassium, a morte liberari potuisset;* quan quam gladius iste, cujus Morinus memi nit, si descriptio illius cum schemate hi expresso conferatur, plane diversus si ab illo, qvem in Germania possident Lipsienses. Tum & figura thematis ge nethliaci Regi à Morino lib. XVI. Sect. II, cap. II. p. 400. erecti exhibetur, ex quo ille tanqvam ex tripode Regis ingenium, mores, res gestas, & facta eruere cona tus est; quæ omnia veluti perperam sa tis atque impie dicta rejiciuntur. In gla dio vero ipso duo considerantur, 1. fer rum, & 2. characteres ferro impress Ad prius quod attinet, chalybem qvide damascinum id vocat Morinus, quod ta men ex illo potius genere esse existima Auctor, qvod sub certa siderum constitu tion

tione elaboratur, ut influxus cæleſtes vireſque ſupernaturales includat. Imagines ſeu characteres ferro impreſſi triplices ſunt generis, 1. Ordinarii, 2. Aſtrologici, & 3. Magici. Ordinarii Auctori dicuntur, qvibus integræ componuntur voces, quæ & legi & intelligi poſſunt. Omiſſis vero illis, quæ à ſuperiore parte laminæ occurrunt, videlicet: *vincere aut mori*, itemque: *Inter arma ſilent leges*, cum ſuis aviculis & ornamentis, quæ vulgaria fabrorum ſunt additamenta; verba mucronem verſus exarata penitius inſpiciuntur, dum in Lipſienſi gladio extat ab una parte: *Guſtavvs Adolphus Svvecus*, qvæ orthographia minime natione Svecum auctorem habet; in Pariſienſi autem: *Rex Sveciæ*, vel *Svetiæ* legi Morinus teſtatur, ut adeo etiam in enſibus variantes dari lectiones hoc exemplum comprobet. Illud ab altera parte: *Audaces fortuna juvat*, ex Virgilio deſumtum, in Lipſienſi dimidiatum, in Moriniano integrum apparet. Aſtrologici characteres dicuntur Planetarum & ſignorum cæleſtium notæ, inter qvas in præſenti gladio eminet imago ſolis & character Martis. Magicos vero qvod concernit, eos, quæ in Lipſienſi gladio occurrunt, ſe cum ſigillis ſpirituum & elementis magicis mon-

ſtro

ſtroſisque, qvotquot videre licuit, contuliſſe, ſed levem admodum vel prorſus nullam harmoniam deprehendiſſe, Auctor teſtatur.

Parte *altera* capitis ſecundi, quæ *ſecundam* Diſſertationem conſtituit, anonymi narratio exhibetur, inter Mſta PALMSCHIOELDIANA Bibliothecæ Upſalienſis occurrens, de gladio *Guſtavi Adolphi*, à Rege Chriſtianiſſimo *Bonifacio Borillio*, Aqvenſis Parlamenti Secretario donato, atque in rariſſimo ejus gazophylacio adſervato; cujus exemplar una cum characteribus *Nicolaus Fabricius de Po*, Senator & Conſiliarius Regius Parlamenti Aqvenſis, enucleandum Romam miſerit *Athanaſio Kirchero*, qvi monogrammata ab utraque gladii parte inſerta ita explicaverit, ut ea Kabaliſtica potentium angelorum ſeu dæmonum nomina in magorum ſchola uſitata, & pro felici operum auſpicatione invocari ſolita, adeoque gladium ipſum nihil aliud niſi Philaſtorium (ſeu Phylacterium) qvoddam dæmonem inter & hominem variis figuris magicis conſtitutum, eſſe aſſeruerit. Adjecta fuit huic narrationi tabella, gladium & notas ipſi impreſſas exponens, ærique inciſa Holmiæ 1769. quæ hic iterum exſculpta ſiſtitur, ut cum ſchemate Lipſienſis gladii conferri queat, &

& appareat, characteres plane eosdem esse, sed præter capulum deesse nonnulla à superiore parte laminæ, & in mucrone titulum Regis differre, verbaque à Morino in Parisiensi lecta: *timidosque repellit*, in Aqvensi non extare. In laudem quoque hujus gladii, Aqvis Sextiis adservati, tempore CHRISTINÆ Reginæ carmen latinum evulgatum esse memoratur, hoc titulo: *Carmen in Gustavi Adolphi, Svecor. Gothor. & Vand. Regis invictissimi & semper triumphantis Ensem, qui post Domini mortem in Galliam delatus, Aqvis Sextiis in Borilli cujusdam Arcano, variis naturæ & artis miraculis referto, summa cum veneratione asservatur; Auctore* M. de Cerisantes, Nobili Gallo. *Holmiæ, typis Petri á Selovv.*

Cum vero tanti criminis indignitas paucos hactenus commoverit, aliis autem leviter saltim tacta fuerit, quam in rem excitantur DAN. GEORG. MORHOFIVS *Polyhist.* Tom. II. Lib. II. Part. II. §. 7. p. 309. (330) & Lib. III. §. 12. p. 458. (493) JOH. FAES *Anatom. Bullæ Jubilææ Pap. Innocentii* XII. Helmstad. 1702. p. 12. JOH. NIC. PECHLINVS *Consultat. de optima Christianorum Secta*, sub *Jani Philadelphi* nomine editæ, p. 48. & *Auctor* Dissert. *de Vanitate Astrologiæ judiciariæ*, sub præsidio

NIC. CELSII Vpſaliæ 1721. habitæ, p. 45
Noſter injuriam rite propulſare, & juſtam immortalis Regis apologiam inſtituere aggreditur. Varia itaque colligit argumenta, qvorum Imum ipſi præbet *pietas* hujus Regis, nemini non cognita atque perſpecta, cui nihil cum rebus magicis fuit commercii; IIdum *magnanimitas* ejusdem & bellica fortitudo, hoſtibus ipſis laudata, quæ nefariis artibus haud indiguit; IIItium *Symbolum* Regis; *Cum Deo & victricibus armis*, qvo in DEo ſe ſpem omnem reponere, ſpretisque ominibus, ſomniis, & auguriis gladio legum juſtitiæque vindici inniti teſtabatur; IVtum *forma* gladii externa, quæ eſt falcata inſtar acinacis in Moriniano æque, ac Lipſienſi & Aqvenſi exemplari, cum Guſtavi Adolphi tempore gladiis in rectam longitudinem extenſis, acutis, atque ancipitibus, pugnatum fuerit; Vtum *multitudo* gladiorum, eodem loco ac tempore inventorum, quorum alius viſus eſt Lutetiæ Pariſiorum, alius a Borillo ſervatus Aqvis Sextiis, alius Lipſiæ, alius Viennæ, aliis alio adhuc loco oſtenſus, cum tamen Regi dextra tantum fuerit unica, unicusque enſis; VItum *gladius* Guſtavi M. *verus*, in Sveciam una cum Re-

Regio funere, maximaque pompa deportatus, uti probatur ex JOH. CHRIST. LVNIGII *Theatro Ceremoniali Hist. Polit.* Tom. II. p. 556. sq. FRANC. CHR. KHEVENHILLERI *Annal. Ferdinand.* Tom. XII. p. 735. & 1518. nec non ex Relatione Gallica edita LugdB. 1635. 4to hac inscriptione; *Le glorieux & triste Enterrement de Gustave Adolphe le Grand, Roy de Svedois &c. fait à Stockholm le 22. de Juin l' An.* 1634. ubi p. 5. verba notatu digna leguntur: „Aprés les drapeaux suivoit le Baron „Charles Horn, armé de la cuirasse du „feu Roy toute dorée, monté sur un „Cheval trés richement orné, mais cou„vert de velours noir, & qvi clochoit „par industrie, ce Seigneur suivy de ses „pages & laquais en dueil. Ce Seigneur „portoit LA VRAYE ESPEE du feu Roy „toute sanglante encore comme on l' a„voit trouvé apres la bataille de Lützen. „Je dis la vraye espée, car la reputation „de ce grand gverrier a eté telle, qv'on „s' est pleu à en forger de mille sortes, „pour en faire un tresor aux curieux. Et „l' Empereur s'etoit vanté de l'avoir eue „apres cette signalée bataille de Lützen, „ou sa perte luy fut avantageuse en la „mort de ce grand Roy, & en ayant à

„son avis son espée : mais à qvoy sert u„ne espée, si l'on n'en a le bras, qvi l'a fait „vaincre sous la Providence divine ? „ VIImum denique *armamentarium Regium* Holmiæ, qvod vel in hunc diem verum ac genuinum Regis gladium servat, oculis omnium conspiciendum, qvi prælongus est, δίςομος, subtilis, atque in acutissimum mucronem desinens, ab omni prorsus inscriptione, notis, vel characteribus immunis, schedulamque affixam habet numero 36. notatam, ut ejus historia in actis, qvæ ibi ad manus sunt, evolvi qveat.

His ita disputatis succedit caput *tertium*, dissertatione *tertia* agens de imposturæ hujus caussis atque architectis. Qui cum neque nomen suum, neque genus, neque patriam profiteri ausi fuerint, conjectura investigantur, ita ut alios hujus fabulæ auctores vix haberi posse asseratur, qvam qui sub *Jesuitarum* nomine in orbe sunt notissimi. Probatur illud 1) inde, quia nullum mendacium tam impudens, nulla calumnia tam atrox, nulla impostura tam detestabilis, nullum scelus tam exsecrandum ab humano ore nominari, vel fingi etiam potest, cui pares non sint isti *Lojolitæ*; 2) quia leges eorum, doctrina &

& theologia ita postulant; 3) quia Jesuitæ tubæ ac faces fuerunt funestissimi illius belli, quo seculo superiori universa Germania incendio plus quam Trojano conflagravit; 4) qvia plus vice simplici Regem, dum viveret, opprobriis, dolis, insidiisque sunt adorti; 5) quia etiam post fata in Principem gratiosissimum conviciis, quæ excogitari potuerunt, atrocissimis debacchari non sunt veriti. Ut adeo hæc omnia rite conferentibus justa suboriatur suspicio, Jesuitas esse auctores scelerati istius gladii, qui nomen præfert R. GVSTAVI ADOLPHI, sive ut eo cæderetur adhuc vivus, sive ut saltim obscuraretur gloria triumphatoris jam defuncti. Multa quoque afferuntur de superstitione magicisque artibus celebrium belli Ducum, qui rebus contra Regem Sveciæ & Protestantes gerendis Ferdinandi Cæsaris totiusque Ligæ nomine præfuerunt, *Pappenheimii* qvippe, *Tillii*, & inprimis Friedlandiæ Ducis *Alberti VVallensteinii*. Hic enim superstitioni malignæ magicisque artibus maxime deditus fuit, ut etiam excitorum aliunde, ex Italia præsertim, magnoque pretio conductorum magorum & astrologorum opera uteretur, quales fuerunt *Johannes Baptista Seny* & *Binnodius*, quorum vanis calculis

ac nugis actiones ſuas omnes commiſit, uti teſtimonio *Pradii*, *Gvaldi*, aliorumque adſtruitur. Atque heic primam gladii magici toties commemorati originem ſe inueniſſe Auctor exiſtimat, dum vero ad modum ſit ſimile, characteres illos magicos & Planetarum notas ab iſto Aſtrologo-mago Italo, *Joh. Bapt. Seny*, profectas eſſe, gladiumque arte nefaria ita præparatum & Regis nomine inſignitum, manu ſua in prælio Lützenenſi geſtaſſe *VVallenſteinium*, ut eodem munitus tanto felicius in mortem Regis pugnaret, qvem deinde in fuga abjectum milites forte invenerunt, & pro theſauro vendiderunt; Ieſuitas vero, ut fabula latius ſerperet, plures ejusmodi gladios liberali manu efformaſſe.

Hæc eſt doctiſſimi Dn. Auctoris de *gladio* iſto magico ſententia, ex diligenti rerum, temporum, & perſonarum collatione enata, qua ſiqvis probabiliorem adferre qveat, lubentiſſime ſe eandem amplexurum eſſe profitetur. Interea epilogi loco alloqvium, qvo Diſſertatio ſecunda finitur, hic repetere liceat: „At „tu flos orbis, Misniæque decus, tu „Svecorum quondam Regis ocelle, tan„tarum olim victoriarum, ſacrique tan-

dem

„dem cruoris testis ac pene custos, nolo „tibi ô LIPSIA, leges præscribere humanitatis, qvam publice privatimque profiteris. Nolo vobis inclutæ hujus urbis „amplissimi Patres Civesque, ô Svecis amica pectora, & Socii fratresque Evangelicæ fidei, nolo vobis in memoriam „revocare GVSTAVIANA beneficia; ne „forte oblivionis, quod absit, vos arguere videar. Amoris satis, satis reverentiæ ac gratitudinis exhibuistis, subministrando nobis materiam disserendi, & „ansam defendendi Principis, cui majores vestri & libertatem debuerunt & „spiritum. Proinde si servare *Gladium* cupitis, servate pace nostra, pace etiam „maximi REGIS, ostendite quoque si placet, exteris; sed ostendentes dicite, „quæso, adseriteque, hoc documentum „esse impudentiæ humanæ evidentissimum, mendaciorum caput, & omnium neqvitiarum culmen, qvo „superius datur dabiturque „nihil.

II.

II.

Bibiotheca Svecica

Schwedische BIBLIOTHEC, in welcher verschiedene sowol zur alten als neuen Schwedischen Civil- Kirchen- und Gelehrten Historie gehörige / theils gedruckte und rare / theils ungedruckte Schrifften / Uhrkunden / Diplomata, Observationes, Inscriptiones &c. als auch alle Disciplinen und Facultäten betreffende alte und neue Erfindungen / Erläuterungen / Verbesserungen / u. d. g. wie nicht weniger die Lebens-Beschreibungen Schwedischer Helden und gelehrten Männer / Relationes von Merckwürdigen Begebenheiten / curieuse Müntzen und Schau-Pfenninge rc. samt den novis literariis Sveciæ mit gebührendem Fleiß gesamlet / und zum Beweis der blühenden Gelehrsamkeit in Schweden dargeleget worden. Holmiæ 1728. 4to P. I. Alph. I. pl. 9. P. II. Alph. I. pl. 17. 1729. P. III. Alph. 2.

Men-

Mentionem utilissimi hujus operis jam fecimus volumine Bibliothecæ nostræ qvinto p. 200. & iterum volumine octavo, p. 701. sed dignum nobis videtur cujus ampliorem conspectum lectori demus. Enarrabimus igitur ea, qvæ singulis fasciculis continentur, & quantum instituti ratio permitit, qvædam hinc inde delibabimus.

Ratio instituti satis ex ipso titulo apparet, quam tamen consultissimus Autor in præfamine uberius exponit. Fasciculo primo igitur continentur, I. *Cogitationes de variis Regni Svecici nominibus.* Qvamvis cel. Autor *Bongio* non assentiat, qvi in *Historia Ecclesiastica Priscorum Sveo-Goth. Aboæ 1675. in 4to* edita, multis argumentis probare conatus est, Sveciam jam ante tempora diluvii fuisse habitatam, & Adamum primum Sveciæ Episcopum egisse; ista tamen Svecici Regni *nomina*, qvæ Rudbeckius in honorem istius conqvisivit, vindicat. Neque tamen defensionem omnium Rudbeckii hypothesium in se suscipit, qvam cl. *Fabiano Törnero*, Eloqventiæ apud Vpsalienses Professori, relinqvit, cujus extet Excercitatio, manuscripta hacte-

ttenus, propediem vulganda, *de Existentia Atlantices ad virum clarissimum* M. *Christianum Bochium.* Vindicat Seciæ nomen *Thules* p. 30. sq. ubi simul provocat ad disputationem *Carlströmii de Thule veterum*, & aliam, *qua statuitur: Thulen esse Scandiam, Præs. Eric. M. Roslagio* Upsal. A. 1646. habitam. Disputat deinceps de nomine *Hyperboreorum*, originem nominis ex vocabulis Gothicis Ofwer *supra* & borin *genitus* derivat, ex quibus Ofwerborin s. hyperboreus, qui stirpe natus est altissima, componitur. Prouocat ad *Rudbeckii Atlant.* T. I. c. IX. §. 2. p. 367. & *Stiernhielmii dissert. de hyperboreis.* Simili ratione agit de nominibus *Banno, Mannia, Basilia, Baltia*, quæ singula jure a Rudbeckio Sveciæ vindicata esse erudite docet, p. 46. s. de nominibus *Ogygia, Oserictta* & *Elixoja* p. 51. s. de antiqvissimo *Vergionum* nomine p. 53. disserit. Derivat istud á vocabulo perantiquo Wargar, quod latrones piratasque denotat, adeoque *Vergion* insulam Piratarum designat, quæ denominatio Svecis jure competere potuit, qvi non tam cupidine ditescendi, qvam in clarescendi tale vitæ genus elegerint. De reliquis istiusmodi Sveciæ nominibus in seqventibus agere promittit. II Se qui-

vitur Fragmentum Historiæ Johannis III. Regis Sveciæ ex MSćto. III. Relatio ex MSćto de crudeli nece Comitis *Svante Sture* & Filiorum *Niels* & *Erich Sture*, aliorumque. IV. Exhibentur B. *Olai Verelii* diræ in Caroli I. Anglorum Regis parricidas. V. Obſervationes *de ſtudio Etymologico* inprimis apud Svecos. VI.) Nova literaria Sveciæ. Hæc continentur Faſciculi primi editione priore. Poſteriori editione comprehenduntur præter cogitationes de variis Sveciæ nominibus, II) Catalogus & ordinaria ſucceſſio Epiſcoporum Finlandenſium p. 65. ex qvibus videre eſt *B. Hermannum VVitte*, qvi in iſto catalogo, ultimus eſt, trigeſimum qvartum in iſta Epiſcoporum ſerie fuiſſe. III.) Poſitiones Hiſtorico-Politicæ è Chronico Epiſcoporum MSCt. *Pauli Juſten* excerptæ. p. 92. Theſis ſecunda hæc eſt: „Transverſa crucis figura, quæ Draconum gyris clauſa, in cippis Runicis tantum non omnibus expreſſa conſpicitur, introductæ, ante ſolennem promulgationem, religionis Chriſtianæ memoriam non probat. Potius Thoronis ſeu Jovis Ægidem, veterum Gothorum militare Symbolum, non lapidibus ſolum, ſed & navibus atque vexillis, ritu gentiliſmi per Sveo-

„niam vetusto, insculpi solitum, ist(
„Charactere notari, existimamus. IV.
Chronicon Finlandiæ incerto Autore, p
96. agit cap. 1.) de regibus Finlandiæ 2)
de Finnorum ingenio & studiorum cul-
tura p. 128. 3) de indole Fennorum & ad
virtutes propensione. p. 143. V. 1) Oratio
inauguralis *Dan. Juslenii*, cum Professio-
nem lingvarum in Regia Fennorum Aca-
demia publicam & ordinariam adiret, ha-
bita XIV. Cal. Dec. A. 1712. *de conveni-
entia & affinitate lingvæ Fennorum cum orien-
talibus.* 2) *Olavi Laurelii* Oratio Parentalis
de vita & obitu illustris & Generosi Do-
mini GVSTAVI Horn/ Regni Sveciæ Se-
natoris amplissimi, habita Upsaliæ d. 26.
Aug. A. 1639. 3) *Joh. Haqvini* Encomium
justissimæ & illustrissimæ militiæ Hornia-
næ d. 24. Jun. A. 1648. Upsaliæ memori-
ter recitatum. VI.) Nova literaria pag.
217. sq.

Fasciculus alter post post novam præfa-
tionem continet seqventia. II.) Demon-
strationem compendiariam: Judicium
celeberrimi auctoris Actorum Philosophi-
corum, *de ingenio philosophico Svecorum* esse
falsum. Hæc dissertatio eum, si non ali-
um, usum præbet, ut exteri multa egre-
gia eruditionis philosophicæ inter Svecos
spe-

specimina videant, qvæ alioqvin forte ad illorum notitiam non pervenissent, occasionem qvoqve dedit Conspectui, qvi III.) comparet, collectionis scilicet Dissertationum philosophicarum, sub titulo: *Fragmenta Historiæ Philosophicæ*. Simile fuerat cel. Heumanni consilium, quod Parte XVIII. p. 930 sq. Actorum Philosophicorum proposuit. Fragmenta hæc Dissertationum LXIV. philosophicarum titulos exhibent in Academiis Svecicis habitarum, quarum numerum se facile augere posse ait, cum non nisi eas indicaverit, qvas inter suas invenerit. IV.) Hac occasione pariter exhibentur Acta inter Facultates, Theologicam & Philosophicam, Upsalienses in puncto Philosophiæ Cartesianæ. p. 52. s. Seqvuntur V.) Statuta Provincialia Upsaliensis Provinciæ, Reverendissimorum Archi-episcoporum, Episcopotum, ac aliorum Patrum magna præmaturaque ruminatione in diversis provincialibus conciliis edita, Statuta ejusdem Provinciæ Synodalia, renovatioq; Statuti super divisione inter curatos decedentes, ipsorumque successores in synodali sessione Anno 1510. publicata, una cum epistola *Gvilhelmii Sabinensis Episcopi*, Apostolicæ Sedis in Regnum Sveciæ & Norwegiæ Legati à latere, in principio hujus operis

ſerta. p. 119. Hæc qvidem ſtatuta typis exſcripta ſunt Upſaliæ 1525. ſed adeo rara, ut collectoribus Actorum literariorum non innotuerint, qui Epiſtolam hanc *Wilhelmi Sabinenſis* ex codice mſct. Bibliothecæ Upſalienſis A. 1721. Trim. III. inſeruerunt, nulla hujus editionis facta mentione; ipſe etiam Benzelius, hodie Gottenburgenſium Epiſcopus celeberrimus, in monumentis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Sveo-Gothicæ teſtetur, ſibi ea nondum videre licuiſſe. Qvis ſtatus, qvi mores cleri Pontificii iſtorum temporum fuerint, ex iſtis ſtatutis ſatis apparet. En qvædam ex citata Epiſtola hujus rei ſpecimina. p. 120. „omnes fere ſacerdotes „erant Presbyterorum filii, patrum veſtigiis inhærentes: contrahentes ſolenniter matrimonia & publice concubinas „habendo in ſacris ordinibus conſtituti.„ Et paulo poſt: „Duximus auctoritate, qua „fungebamur, Apoſtolica ſtatuendum, ut „nullus de cetero in ſacro ordine conſtitutus uxorem accipiat, vel concubinam publice ſibi cohabitantem habeat. „Et ſi contra hoc factum fuerit, noverint illæ mulieres, ſe Anathematis vinculo innodatas. Si qvæ autem jam eſt „concubina vel uxor de facto, licet per [illegible] „viam

„viam damnationis incedat, tamen in„fra annum excommunicationis senten„tentiam non incurrat. Sed si finito an„no non separentur omnes vel omnino, „noverint se Anathematis vinculo inno„datas, & caveant, qvi sic eas habue„rint, ne excommunicatis ulterius par„ticipent in peccato; qvia sicut in Jure „canonico est expressum, eodem vincu„lo innodati ligarentur, exceptis qvin„qvagenariis sacerdotibus & foeminis &c.
VI.) B. P. *Dykmanni* observationes Philologicæ circa nomina qvarumdam civitatum pagorumque *Sala*, *Vpsala*, *Onsala*, *Harg*, *Ahlby*, *Homrom*, *VVadstena & VVifelsa*. Has observationes, qvæ culpa prioris Bibliopolæ in prima editione prioris fasciculi non comparent, qvi præter præfationem nihil inprimi voluit, ex MScto D. Dykmanni edidit cl. Autor. Fuit hic Dykmannus Assessor Dicasterii Junecop. & in excolenda antiqua lingva Gothica industrius. Conqvisivit *Lexicon Runicum*, ut & *Specimen Grammaticale Antiqvæ Sveogothicæ Lingvæ*. Neuter horum librorum prodiit. Sed observationes hæ prodeunt, prouti A. 1709. ad edendum paratæ atqve approbatione munitæ fuerunt. Notabilis est controversia inter Verelium & Schefferum

de nomine Upsalæ an Upsaliæ, multis scriptis agitatæ, qvæ non prius sopita fuit, qvam utrique silentium impositum esset. p. 203. sq. VII.) Sveciæ Regum, Reginarum & Ducum Numismata, jam inde à Rege Gustavo I. usque ad Serenissimum ac Potentissimum Regem Carolum XII, summa cura & diligentia *Eliæ Brenneri* conquisita, delineata, æneisque laminis insculpta p. 227. s. Magna sunt B. *Brenneri* in rem numismaticam inprimis Svecicam merita. Videre est ex præfatione, quam A. 1716. scripsit, ut neque labori neqve sumtibus pepercit, in societatem laboris sui adsciverit *Carolum Gustavum Heræum* & *Andream Morellium*, virumque amplissimum *Martinum Nyman* civitatis Holmiensis Consulem incitavit, ut collectionem Numismatum Svecicorum ordiretur. Hæc collectio illo svasore coepta, multorum annorum solertia eo processit, ut cæteris omnibus talium numismatum apparatibus palmam præripuerit. Narrat ipse Ludovicum XIV. Galliarum Regem cum lucubrationes suæ de re nummaria Svecica Gallis innotuissent, per publicum suum negotiorum Ministrum non semel se, oblato eximio præmio è Patria evocari fecisse, invitationem tamen

men

men istam natalis soli dulcedine ductum submisse recusasse. VIII.) Tres Epistolæ: prima est Principis MAGNI Ostrogothorum Ducis ad Mariam Scotiæ Reginam; altera Mariæ Reginæ responsoria; tertia *Martini Helsingii*, ex qvibus apparet, noluisse Reginam matrimonium cum isto Duce inire, qvod ipsi per Legatum Helsingium ejusque socium *Nils Jonsson* proponebatur, p. 238. f. IX.) Acta publica Regni Sveciæ A. 1727. p. 243. f. X.) *Joh. Hermansson, Profess. Skytt.* Parentalis oratio in memoriam illustrissimi Comitis NICOLAI GYLLENSTIERNA. p. 261. XI.) Nova literaria Sveciæ p. 292. f.

Fasciculo tandem tertio comparent. I.) *Christiani Nettelbladt* J. U. D. & P. P. O. R. dissertatio Juris publici, de Episcopis Regni Sveonici Romano-catholicis. Pereleganş & erudita est hæc dissertatio & merito suo locum hic occupat. Cum enim isti Præsules per aliqvot secula sacras profanasque res Sveciæ cum eminentissima Potestate moderati sint, & hodiernus qvoqve status multa ex pristino illo, noxiis tamen resectis, traxerit, patet nisi Episcopos istos Romano-Catholicos probe noris, nec faciem imperii Sveo-Gothici antiqviorem pernosci ullo modo posse, & hodiernam etiam necessario perobscu-

ram fore. In duas partes opus dividitur. Prior est historica, non qvidem nomina singulorum successiones & res gestas exponens, qvi labor *Joh. Magni in Metropoli*, *Messeni in Chronico Episcoporum* & in *Scondia illustrata*, *Pegelii in Chronico Episcoporum*, & reverendissimi *Erici Benzelii in monumentis historicis veteribus Ecclesiæ Sveo gothicæ*, fuit, sed originem, constitutionem, jura & reliqua delineans. Posterior est qvasi critica, in qva singula ad examen revocat, secundum regulas utilis & justi. II.) Genealogia *Absalonis, Archiepiscopi Lundensis*, ut & Domini *Esberni Snaris*, autore *Martino Person*, quæ *Havniæ* A. 1589. prodierut p. 115. f. Adnectitur III.) Tabula Cisterciensium Sorana, exhibens Catalogum Abbatum Soranorum, item catalogum illustrium Soræ sepultorum ex membranis edita, primum *Havniæ* A. 1712. p. 164. IV.) Anacephalæosis vel Catalogus Præsulum & Pontificum Lundensium in Scania. Hic Catalogus prima vice typis excusus & notis illustratus in publicum prodit p. 184. sq. V.) Oratio die VII Jun. 1710. Upsaliæ in solenni actu Promotionis XXXVI, virorum juvenum à *Joh. Vpmark* (dein *Rosenadler*, Consiliario cancellariæ) habita. Cujus etiam accedit VI.) Carmen, dicatum

au-

auſpiciis novi Regni, qvum Carolus XII. ſceptra capeſſeret p. 219. ſ. VII.) duo diplomata de A. 1373. & 1380. p. 233. VIII.) Olavi Verelii diſſertatiuncula de Hierarchia, edita & præfatiuncula ornata ab *Andrea Goeding*, *Juneeopiæ*, 1722. p. 237. Qvæ in hac diſſertatiuncula taxaverit ſtatus Sveciæ Eccleſiaſticus, Præfatio faſciculi docet. IX.) Acta publica Regni Sveciæ de A. 1727. p. 254. ſ. X.) *Jacobi Iſthemii* obſervationes ad Chronicon Rhythmicum S. *Olai* Norrigiæ Regis, cura *Johannis Hadorphii* editum. p. 324. Hæ obſervationes adſcribuntur *Reenhielmio* celeberrimo Svecorum antiqvario. XI.) Singularia de quibusdam libris. p. 334. a.) de Tr gülldene Aepffel in ſilbernen Schalen / & b.) *Paulini* hiſtoria arctoa. XII.) Nova literaria. p. 338. ſq. Nemo non videbit inſtitutum hoc eſſe utiliſſimum, optabitque, plures faſciculos qvanto cyus obtinere.

III.

Der Patriot.

Neue und verbesserte Ausgabe / mit vollständigem Register. Erstes Jahr. Hamburg 1728. 1 Alph. 11 Bog. Zweytes Jahr. 1728. 1. Alph. 9 Bog. Drittes Jahr 1729. 8vo. maj. 1. Alph 10½ Bog.

Splendida haec est & omnibus numeris absoluta praestantissimi excellentissimiq; operis editio, ita comparata, vt qvid in ea possit iure desiderari, nemo facile reperiat. Debet eam orbis & eruditus & cultu ac humanitate praeditus viro nostra laude maiori, MICHAELI RICHEY, vero Hamburgi ornamento, eidemq; idcirco non potest non se obstrictum profiteri.

Quemadmodum autem primae editionis recensione Bibliothecam nostram exornare licuit (*), ita gaudemus, quod alteram quoque, eandemq; meliorem, possimus in eadem collaudare, & simul libri summo digni praeconio notitiam reddere pleniorem.

Po-

(*) Vol. IV, p. 707 sqq.

Poteſt vero ei ad gloriam ſatis eſſe, quod Viros, quorum probitas probatiſſima, prudentia ſumma, experientia maxima, doctrina exquiſitiſſima, auctores agnoſcat. Operae omnino erit pretium, horum ſplendidiſſimorum & ciuilis & ſacrae & literariae reipublicae decorum nomina dare, & eo quidem ordine, quo Societatis Patrioticae membra euaſerunt. Sunt autem

IO. IVL. SVRLAND, I. V. L. Reip. Hamburg. Syndicus primarius.

CONR. WIDOW, I. V. L. Reip. Hamburg. Senator.

BARTHOLD. HENR. BROCKES, I. V. L. Reip. Hamburg. Senator.

IO. ALB. FABRICIVS, Th. D. Moral. ac Eloq. in Gymnaſ. Hamb. Profeſſor.

IO. THOMAS, Th. D. Societatis Anglicanae, quae Hamburgi eſt, Paſtor.

CHRISTIAN. FRIDER. WEICHMANN, Sereniſſ. Principis Brunſuico-Blanckenburgenſis Conſiliarius & Regiae Societatis Londinenſis Collega.

IO. ADOLPH. HOFFMANN, Philoſophus ac Philologus.

IO. KLEFEKER, I. V. L. Reip. Hamburg. Syndicus.

IO. IVL. ANCKELMANN, I. V. L. Collegii Tribunitii Hamburgenſis Secretarius.

Quis

Quibus omnino addendus, quem ia honoris causa nominaui, MICHAE RICHEY, Histor. ac Graec. Ling. Gymnas. Hamb. Professor, cujus ind fesso studio non parum profecit opus P trioticum. Cum horum virorum lon lateq; celeberrimorum laudatissimo labo operas suas coniunxerunt alii, a quib submissa esse varia, quae opus hoc exo nant, laudatus eiusdem editor grata va de mente praedicat (**), ac diserte no minat MICHAELEM CHRISTOPHO RVM BRANDENBVRG, Pastorem Ste leyensem in Ducatu Leoburgensi praecla rissimum, tam egregie de opere Patrio tico meritum, vt primarii ipsius aucto res in suum ordinem fere non dubiten eum cooptare (***). Idem Praefationi scriptor ruborem facile suffundit tam stul tis, quam iniquis Patriotae hostibus, dum illos

(**) Freuen werden sich zuforderst alle wackere und Preiß-würdige Mitgehülffen des Patrioten / so wol in- als ausserhalb Hamburg / wann sie nunmehro eigentlich wissen / bey wem sie ihren löbli chen Beytrag angewandt / und was für Männer sich ihnen nahmentlich dafür verbunden er kennen. Dedic. P. III.

(***) Es würde solcher Danck vornehmlich und be son

los respicere iubet tam doctos, tamue sapientes viros, atque perpendere, rum illi potuerint aliquid cum orbe ommunicare, quod vel prudentia, canore ac veritate, vel ingenio, acumine c elegantia careat. Prudentiorum sane mnium vna vox est, tantos viros non otuisse in lucem proferre, nisi quod gregium, vtile, imo vtilissimum.

Horum vnanimi consensu opus hoc cuas RICHEII posteriores expertum est ****), quas vehementer ei profuisse, im certum est; quam nitida, quamve istructa noua editio apparet. Praestitum st abunde in toto opere, quod in Praeatione Partis primae editor promisit. (*****)

sonders ergehen müssen an den Herrn Michael Christoph Brandenburg / wenn derselbe als ein fremder zu rechnen / und nicht vielmehr mit der löblichen Gesellschafft so genau verbunden wäre / daß er von einem vollkommenen Mitgliede durch nichts anders / als durch die blosse Abwesenheit / zu unterscheiden gewesen. Dedic. P. III.

(****) Sie haben ferner Dero Achtung und Zuversicht gegen mich besonders darin blicken lassen / daß Sie diese neue / und auf alle Weise verbesserte Ausgabe dieses Lehr-reichen Buches meiner einzigen Hand anvertrauet. Ibid.

(*****) Passim enim quaedam hic vel mu
tata, vel emendata, vel aucta inueniuntu
Et quemadmodum eodem ingenii acumi
ne, quo prima, secunda etiam editio se
commendat, ita ordini & styli aequabili
tati in hac fuit consultum.

Ad ipsius ornamenta, quae multa sunt
pertinet nummus primi moduli elegan-
tissimus, qui aeri nitide incisus singula
huius operis partes in fronte exornat. Hu-
ius vna facies ostendit caput SOCRATIS,
cum inscriptione: COSMOPOLITES,
& infra anni mentione: MDCCXXVI.
In altera mutuo complexu iunctae con-
spiciuntur MINERVA, Dea sapientiae,
& AMALTHEA, Dea vbertatis, supra
quas legitur: CIVIVM FELICITATI,
infra: PATRIOTA HAMB.

In-

(*****) Die vornehmste Veranlassung gegenwärtige
neuen Auflage bestund in einer schuldigen Beflis
senheit zu ändern / zu bessern und zu vermehren/
was man in diesem Wercke / bey wiederhohlter Ein
sicht / nöthig befunden — — Geist und Feue
haben hiebey nichts verlohren / Richtigkeit und
Ordnung aber ein merckliches gewonnen: und da
mit es bey so mancherley Vorträgen / auch in de
äusserlichen Schreib-Art / an einer durchgängigen
Gleichförmigkeit nicht fehlen mögte / ist das gan
tze Werck durch eine zuverlässige Hand gegangen/
die sich ihres freywillig hieran gewandten Fleisse
verhoffentlich nicht zu schämen hat.

Inclytae profecto Hamburgensi civitati ad perpetuam valebit laudem & gloriam, quod in ea elaboratum sit opus, ad praecipua, quibus hoc saeculum exsplendescit, summo iure referendum. Grauis scilicet, quae eodem continetur, morum disciplina cum styli venustate certat. Hanc infensissimos etiam hostes ignoscere oportuit, qui fassi sunt, in stylo non esse, quod desiderari queat. Illam vero caecus sit, qui non videat, malitiosus, qui negare sustineat. Habeant itaque aliae regiones suos SENECAS, habeant EPICTETOS, habeant PLVTARCHOS, habeant alios morum doctrina olim insignes. Nos Germaniae gratulamur operis nostri auctores. Similes namque, imo longe praestantiores nobilissima SOCIETAS PATRIOTICA HAMBVRGENSIS protulit, & simul gloriam Germaniae vindicavit. Huic enim non deesse ingenia ad producendos foetus literarios pulcherrimos maxime idonea, vel sola honoris ergo memorata Societas demonstrat.

Vtinam illa satis faceret permultorum desideriis, & de instaurando ac continuando labore vtilissimo vellet cogitare! Quam multa sic egregia porro liceret sperare!

rare! Viuant idcirco, valeant ac floreant diutissime omnes, quorum labor in conscribendo opere Patriotico caste, integre, docte, sapienter est versatus!

Horum notitia licet instructi non fuerint celeberrimi Auctores diarii literarii, quod inscribitur: *Bibliotheque Raisonnée des Ouvrages des Savans de l' Europe*, recte tamen (******) scripserunt: *Cet Ouvrage est intitulé le Patriote, & passe pour un Chef d' oeuvre en fait de stile; sur tout pour la prose. On le reimprime magnifiquement.* Calculum lubens adiicio his verbis, aeque ac illis, quibus sub finem fere Praefationis Parti tertiae praefixae Societatem Patrioticam alloquitur saepius laudatus Editor: Ihnen / Ruhm-wertheste Herren Patrioten / gebe der Allmächtige GOtt so viel Segen / Leben und Vergnügen / als ihre Absichten bey diesem Wercke lauter und unsträfflich gewesen. Prius ad felicitatem, posterius ad laudem sufficiet.

(******) Tom. I. 1728. pag. 460.

VIII.

VIII.
Nova Literaria.

WISMARIÆ

M. IOH. FRID. SCHOMERVS, Lyc. Rector, Orationes III. de *Angelis*, ex Legato B. Samuelis Peterſenii d. XX. Octobris habendas, indixit Programmate, cui titulum fecit, ΧΡΙΣΤΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΤΟΙΣ ΑΓΓΕΛΟΙΣ ΕΞΟΧΩΤΕΡΟΣ, i. e. *de Chriſto DEo & DEi Filio, præpoſito Græcorum articulo, angelis excellentiore*, pl. 1½.

ROSTOCHII

D. JOH JOACH. WEIDNERVS Diſſertatione publica demonſtravit, *quod DEi gratia ad omnes omnino homines, & non ſolum ad ſolos ab æterno electos referenda ſit*, d. XIIX. Cal. Jan. Reſpondente *Henrico Pape*, Brockela-Verdenſi, pl. 15½. Oppoſita eſt hæc Diſſertatio Dno *van den* HONERT.

Sub Præſidio D. JACOBI CARMON diſputationem inauguralem juridicam d. XXXI. Maji habuit *Matthias Benoni Hering*, Colberga-Pomeran. de *Orthodoxia Jure-Conſultorum*, pl. 7½.

M. JOH. HENR. TWIETMEYER *Philosophiam veram in Philosopho vitioso* Dissertatione Philosophica exposuit d. XIII. Aug Resp. *Paulo Arnoldo VVehner*, Buxtehuda Bremensi, pl. 5.

M. HENR. JACOBVS SIVERS, Lubecensis, cujus extat Oratio de *Gradibus ad honores Academicos & ambiendis & aperiendis* in Auditorio Maximo d. XXI. Septembr. præteriti anni recitata, hoc anno d. XIV. Maji Dissertationem ex historia literaria depromptam, quæ *Cantorum eruditorum* Decades duas sistit, exhibuit, respondente *Sim. Croll.* Cizensi Misnico, pl. 3.

IDEM *Centuriam Thesium curiosarum*, *Philosophicarum*, *Historicarum*, *Philologicarum*, in Collegio Disputatorio privato ventilatarum, evulgavit, pl. 2. 4to.

Prodiit quoque, Mecklenburgisches Gelehrten-Lexicon, oder kurtze Lebens-Geschichte derer in Mecklenburg in allerley Geist- und weltlichen Bedienungen gestandenen Gelehrten/ Erste Centurie, als der nach und nach zu publicirenden Miscellaneorum Mecklenburgicorum Erstes Stück. 8vo. 3 pl. Andere Centurie, als der Miscellaneorum Mecklenburgicorum Anderes Stück/ 8vo. 3½ pl. Recensentur in hoc opusculo mensi-

tuo

ruo Viri eruditi juxta ordinem literarum, ad exemplar *Lexici eruditorum*, qvod Lipsiæ excusum est. Cum vero hic scripta non sint addita, alia in præfatione Partis primæ promittitur collectio, sub titulo, *Biblothecæ Mecklenburgicæ* proxime emittenda, qvæ scriptis enarrandis est destinata.

GRYPHISWALDIÆ

D. ALBERTVS JOACH. de KRAKEVITZ Disqvisitionem Academicam d. XIV. Mart. instituit de *Sacerdotibus ac Levitis Novi Testamenti sub antiqvo foedere promissis*, respondente *Georg VVilhelm Overkampf*, Gryphisw. Pomer. 9½ pl. Inprimis hic pag. 50. sq. hypothesis D. Joachimi Langii, Part. IV. der Mittelstraße exposita, ad examen revocatur.

IDEM hoc anno in lucem emisit *Scrutinium veritatis qvoad doctrinam de Illuminatione*, quo magni Theologi Jenensis Dn. D. JO. FRANC. BVDDE scholia & observationes, qvibus Programma Gryphiswaldense, quæstionem: An impius & irregenitus stilo scripturæ sacræ illuminatus dici qveat? evolvens, illustrare annisus fuit, amice simul expenduntur, 4to 4 pl.

D. BRANDANUS HENRICUS GEBHARDI superiori anno 1728. publici juris fecit *Zephaniam enucleatum*, i e. Erklärung der Weissagung des Propheten Zephania Franckf. und Leipz. 4to. 16. pl. itemque *Haggæum, Zachariam, & Malachiam enucleatos*, d. i. Erklärung der drey letzten Propheten Haggai / Sacharias / und Malachias Braunschweig / 4to 2 A. 20. pl adeoque hoc ipso explicationem omnium Prophetarum minorum absolvit.

IDEM qvoque edidit Amicam disqvisitionem *de Diabolorum ac omnium damnatorum salute ac restitutione, ex verbo DEi inter SCOTINUM ac PHOTINUM institutam, ac Viri clarissimi & præcellentissimi Dn. M. Ludovici Gerhardi Systemati ἀποκαταστάσεως oppositam*. Gryphisw. 1728. 4to 9 pl.

SEDINI.

Die VII. Aprilis Dissertationem *de Præcipua laude amplissimæ pulcherrimæque corporis formæ, qvam MOSES usque à pueritia per omnes deinde ætatis gradus habuit*, ad illustrationem Actor. VII. 21. & plurium Locorum in sacris Literis, examini publico submisit Præses PETRUS ZORNIUS, in Regio Illustrique Gymnasio Carolino Historiæ Sacræ, Eloqventiæ,

& Græcæ Lingvæ Professor publicus ordinarius, & Respondens *Jacobus VVitke*, Sedinensis, pl. 6.

EIVSDEM Præsidis opera lucem vidit: ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΠΡΟΣ ΑΡΣΑΚΙΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΓΑΛΑΤΙΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ. *Juliani Imperatoris ad Arsacium Galatiæ Pontificem Epistola, in qva honestissimam primorum Christianorum vitam, & singularem præcipuamque pietatem ita commendat, ut vel Hierophantas vel Sacrificulos paganorum ad æmulandum accendat. Subjungitur in hanc Epistolam & aliud qvoddam insigne Juliani fragmentum, perpetuus Commentarius, isque Historicus & Philologicus*, 4to 15½ pl.

GEDANI.

CAROL. LVDOV. HOHEISEL, Gr. & OO. LL. PP. *Rutham noctu Boasum invisentem* ab injustis aliorum criminationibus vindicavit, & Ruthæ cap. III. 2—10. illustravit d. VIII. Septembris, respondente *Joh. Christoph. Contag*, Risenb. Boruss. pl. 4.

Die XXVII. Martii Athenæum amisit Virum pietate, eruditione ac dexteritate celebrem, IOANNEM SARTORIVM, Eloqvent. & Poës. Professorem publi-

cum, cui justa funebria Christiano ritu
VI. April. solvenda scripto publico indi
xerunt Rector & Professores Athenæ
Gedanensis, 1. pl. fol. Vitæ curriculum
quod Beatus sua manu scriptum reliqvit
seqventis est tenoris. „Natus sum Epe
„riesini, Civitate superioris Hungariæ
„A. O. R. MDCLVI. d. 21. Januar. Pa
„rentibus, viro plurimum Reverendo at
„que clarissimo, Dn. IOANNE SARTO
„RIO, t. t. Pastore ac Inspectore ejus
„loci Primario, post exilium vero, Tru
„tenaviæ, in agro Gedanensium Stubla
„viensi, V. D. M. Matre ornatissima vir
„tutibus fœmina, ANNA WAGNERIA.
„Avos & proavos ab utroque parente,
„domi utique suæ haud ignobiles olim,
„producere nolo, cum sciam me alteri
„us patriæ hodie civem esse, ignota san
„gvinis mei nomina saltem inutiliter ei
„adducturum. Fonte sacro ablutus, in
„sinu parentum pueritiam primam tran
„segi; hoc ipso tamen infelix, quod op
„tima Matre privarer, qvam, dicente
„Poëta, ne risu quidem cognoscere li
„cuit. Inde in Schola patria initiatus,
„dexterrimis informatoribus, Dn. ELIÆ
„Friedhuber, Dn. GEORG. SEBASTIA
„NI, & Dn. M. PAVLO MICHAELIS

„(quo-

„(qvorum singularem in me excolendo
„solertiam nunqvam satis justa laude pro-
„seqvi potero) tam diu fui concreditus, do-
„nec adolescentior factus, Gymnasium
„patrium, à Statibus Evangelicis recens
„fundatum, novellos Professores audi-
„turus, adirem. Sed ne ista quidem fe-
„licitas mihi constanter affulsit, haut
„multo post, anno scilicet 1673. mense
„Martio, Pastoribus ac Professoribus
„omnibus à clero Pontificio in exilium
„pulsis. Itaque eodem anno Witteber-
„gam petii, & Scholis, qva philosophi-
„cis B. Dn. MICHAELIS WALTHERI,
„& Dn. CHRISTIANI DONATI, qva
„philologicis, Dn. BALTHASARIS
„STOLBERGII, qua etiam Theologicis,
„Dn. SAMVELIS POMARII, ultra an-
„num interfui. Cum vero ob tenuita-
„tem, qva constrictæ erant parentum exu-
„lum res, arcte mihi vivendum esset, Se-
„renissimus Princeps, EBERHARDVS,
„Dux Würtembergiæ ac Tecciæ, &c.
„clementissime porrexit manum, mihiq;
„ut Ducali stipendio Theologico, quod
„Tubingæ est, ad triennium fruerer, be-
„nignissime indulsit. Qvo fretus bene-
„ficio ab ore clarissimorum Theologo-
„rum, cælo hodie triumphantium, Dnn.

„TOBIÆ WAGNERI, BALTHASARI
„RAITHII, & IO. ADAMI OSIANDRI
„ſedulus pependi, finitoque triennio
„præmiſſa Diſputatione publica, ſub pra
„laudati Dn. D. OSIANDRI præſidio, in
„clytæ huic Academiæ, ſtudiorum meorum
„Nutrici hactenus anno Eidem ſecundum
„Jubilæo 1677. debite decenterque valedix
„Facto mox per Palatinatum, Haſſiam
„& Ducatum Hannoveranum itinere
„(quo viros aliqvot celebres propius con
„tueri, ac in eorum notitiam immigra
„re mihi licuit) viſis Hamburgo & Lube
„ca, adulto autumno mare Balthicum
„trajiciens, ſoſpes Gedanum appuli, op
„timosque parentes, nova jam ſtatione
„ornatos, non ſine animi prolubio of
„fendi. Hic paucos menſes commoratus,
„primum Lipſiam, nec multo poſt denuo
„Wittebergam adii, ubi anno 1678. Phi
„loſophiæ Magiſter renunciatus, aliis in
„formandis ita qvidem curam impendi,
„ne meis tamen ſtudiis ſolidius adhuc
„corroborandis, deeſſem. Qvare lectio
„nibus ſummorum Theologorum, Dnn.
„ABRAHAMI CALOVII, MEISNERI,
„QVENSTEDII, DEVTSCHMANNI,
„jam cælitibus adſcriptorum, in Philo
„logia autem ſacra Dn. THEODORI
„DASSOVII aurem operamque accom
„mo-

„modavi: nec minus binis dissertationi-
„bus Theologicis, Præsidibus QVEN-
„STEDIO & DEUTSCHMANN, pu-
„blice habitis, studiorum qvaliumcun-
„que profectus Præceptoribus meis pro-
„bavi. Anno 1682. Ephoriæ liberorum
„Illustrissimi Comitis Ponti de la Gar-
„die designatus, cum jam in itineris Sve-
„cici procinctu starem, Inclytus Magi-
„stratus Thoruniensis, per B. D. PAV-
„LVM HOFFMANNVM, Torgavia ad
„capessendum Thorunii Senioris ac Re-
„ctoris munus abiturum, me ad Profes-
„sionem in Gymnasio ordinariam literis
„publicis vocavit, cui, DEo adminicu-
„lante, per septendecim fere annos la-
„borem meum addixi. Anno 1699. ab
„Amplissimo Magistratu Elbingensi ad
„sustinendam Rectoratus in Gymnasio
„provinciam, publicis literis fui adsci-
„tus, cui non invitus morem gessi, et-
„si demandati muneris partibus ultra qvin-
„qvennium defungi non potuerim, ac
„Nobilissimorum Patronorum favorem
„ulterius demereri. Anno enim 1704. à
„Magnifico Urbis hujus Senatu, ad Pro-
„fessionem Eloqventiæ ac Poëseos legiti-
„me vocatus, eo promptius libentiusq;
„parui, qvo arctiori obligatione Eidem

K 5 „me

„me devinctum ſenſi, ob parentem exu-
„lem, annis ſuperioribus, ſparta ſatis
„commoda perbenigne ornatum.

„Neque me conſilii hujus unqvam poe-
„nituit: qvod omnino expertus ſum Pa-
„tronos liberales, ac in dimetiendo la-
„borum fructu juſtos & obvios. DEus
„Eosdem in poſſeſſione hujus gloriæ con-
„firmet; beneficia largiter ab his mihi
„præſtita largiori emolumento rependat;
„faxitque clementer, ut in communis pa-
„triæ decus ac commoda, ab omni inju-
„ria temporum & à caſibus fortunæ de-
„fenſi, diutiſſime vigeant; adhæc novis
„ornamentorum acceſſionibus ſua & avi-
„ta decora ad ſeram poſteritatem propa-
„gent. Jam, qvod ad privatas neceſſi-
„tudines attinet, legi mihi conjugem, ac
anno 1 98. d. 3 Maji duxi, pudiciſſimam
„Virginem REBECCAM, optimi qvon-
„dam Præceptoris mei Dn. ELIÆ FRIED-
„HUBERI filiam, cum qva in ſenectu-
„tem usque ea conjunctione, ea concor-
„dia & ſvavitate vixi, ut majorem op-
„tare non poſſem. Dedit ea, DEo be-
„nedicente, mihi Liberos ſex, de qvi-
„bus unica filia ſupereſt, reliqvi ante
„me diem ſuum obierunt. Habeat DEus
„ſuperſtitis curam, & profecto habebit!

Tu-

„Tuvero Domine Jesu, condona mi„hi omnia peccata, per agonem & sudo„rem sangvineum, per crucem & pas„sionem tuam acerbissimam, per resurre„ctionem, & ascensionem gloriosissi„mam, meque compotem redde æternæ „gloriæ!„ Huc usque beati SARTORII verba.

Scripta illius magno numero Wittebergæ, Thoruniæ, Elbingæ & Gedani usque ad annum 1713. edita recenset EPHRAIM PRÆTORIVS in Athenis Gedanensibus. His addenda: Oratio sæcularis de *Luthero fugientium literarum statore*, ann. 1717. d. 11. Novembr. in Athenæi Auditorio maximo recitata; Schediasma literarium de *Clypeo*, Wittebergæ 1724. excusum; nec non Programmata in Athenis Gedanensibus non consignata: de *Godofredo Arnoldo consilium Reformationis arrogantiæ insimulante*, 1717; de *Servia Turcarum servitio subtrahenda*, 1718; de *Juliano Imperatore à Christianorum ad Paganorum sacra transfuga*, 1721; de *poena cogitationis*, 1725; & de *indemnitate bonis naufragorum concedenda*, 1727.

Præside M. MICH. CHRISTOPHORO HANOVIO, Phil. prim. & pract. P. P.

P. & Magnif. Senatus Bibliothecario, Partem priorem *Spicilegii* ad D. ANDREÆ CHARITII, Archi-Diaconi Wittenbergensis, Commentationem de *Viris eruditis Gedani ortis*, anno 1715. Wittebergæ excusam, placidæ submisit censuræ d. XIX. Maji Auctor & Respondens *Christ. Frid. Charitius*, Gedan. Alumnus Backhuserianus & Lüschnerianus, 7. pl. Auctum ille dedit & illustratum fratris librum, qvod ipsi per varia publici muneris impedimenta haud licuit. Maxime vero se obstrictum profitetur Dn. *Valentino Schliefio*, Dicasterii primariæ Civitatis Assessori, cujus benevolentia MStorum & librorum rariorum inspectionem ei permisit. Cumque in dem Gelahrten Preussen P. II m. Aug. n. I. monita qvædam ad fratris Commentationem inserta fuissent, auctore Viro cl. *Georgio Daniele Seylero*, Con-Rectore & Professore Elbingensis Gymnasii, modeste hic in præfatione ad eadem respondetur.

Nomina eruditorum, qvos spicilegium hoc complectitur, sunt seqventia: *Gothardus Arthusius*, *Eliseus Aurimontanus*, *Ernestus Bartholdi*, *Daniel Beckerus*, *Christophorus Behrius*, *Michaël Blanckius*, *Henricus à Boemeln*, *Christianus Bucky*, *Philippus Cluverius*, *Johan-*

hannes Coletus , Daniel Cramerus , Reinoldus Curicke, Joannes de Curiis , Daniel Dilgerus, Nathanaël Dilgerus , Joannes Jacobus Doebelius, D. Jacobus Fabricius, M. Johannes Fabricius, Laurentius Fabricius, M. Michaël Falkius, Nathanaël Falkius, Georgius Feblavius, Mauritius Ferberus, Henricus Frederus , Tidemannus Gisius, Abraham Golnitz, Gabriel Groddeck, Jacobus Heggius, Joannes Hevelius, Enochus Hutzingius , Bartholomæus Keckermannus, Lucas de Linda, Petrus Losius , Henricus Martinius, Josias Menius, Joannes Mochingerus, Joannes Gottlieb *Mællerus , Conradus Neufeld, Georgius Neufeldius, Henricus Nicolai , Joachimus Oelhafius, Petrus Oelhafius , Georgius Paschius , Georgius Pauli, Reinholdus Pauli , Matthæus Radecius , Joannes Regius, Christianus Rosteuscherus, Joannes Christophorus Rosteuscherus , Joannes Ernestus Schmieden , Joannes Schmidt , Joannes Gabriel Schmidt, Constantinus Schützius, Lambertus Stegerus, Franciscus Tidicæus, Joannes VVillebrochius , Constantinus VVolffius, & Daniel Zvvickerus.*

ABOÆ.

Professores nuper in hac Academia sunt constituti M. ANDREAS BERGIVS , *Theologiæ*, D. HERMANNVS SPOERING,

RING, *Medicinæ*, M. ISAAC BIOERKLUND, *Linguarum Sacrarum*, & M. HENRICUS HASSEL, *Eloqventiæ*.

HOLMIÆ.

Anno 1727. lucem vidit M. JOHANNIS BUNIAN *Iter Christiani* in beatam æternitatem, in Svecanum sermonem translatum á M. L. 8vo, itemque JO. FRIDERICI WEIDLERI, Prof. Wittenb. *Geometria & Trigonometria*, in Svecanum idioma versæ á *Johanne Mört*, 8vo.

Superiori anno 1728. prodiit: Speculum fidei, Auctore H. L. I. H. è Germanico in Svecanum idioma translatum a. *J. Edenmark*, 8vo.

Regulæ vitæ politicæ JULII MAZARINI Cardinalis & Regiæ Majestatis Gallicæ Ministri status primarii, ex undecima editione Svethice versæ, 8vo.

De *Apum natura, proprietatibus, cura & utilitate* liber, ex plurimis recentiorum observationibus, propriisque experimentis collectus, una cum descriptione alveariuim novæ structuræ, ad examina eorum cohibenda facientis, auctore MARTINO TRIEWALD, 8vo Svethice.

CHRI-

CHRISTIANI WOLFFII, Prof. Marburg. Commentatio, de *vera causa multiplicationis frumenti*, è Germanico in Svecanum idioma versa a *Johanne Moert*, 4to.

Dni GOVLON *brevis instructio de munimentis oppugnandis & defendendis*, è Gallico in Svecanum sermonem translata a J. K. 8vo.

ALBERTI GIESE, Secret. Weisenfels. breves *Tabulæ Geographicæ*, fol. Svethice.

VPSALIÆ.

Die XI. mensis Aprilis superioris anni Professionem Lingvarum Orientalium, qvam vocatus ad cathedram Theologicam D. OLAVVS CELSIVS vacuam reliqverat, Oratione solemni de *variis fatis Lingvæ Ebrææ* auspicatus est ANDREAS BOBERG, Facultatis Philosophicæ ante hac Adjunctus.

In locum defuncti JOHANNIS MALMSTROEM, Juris Romani Professoris, surrogatus est JACOBVS WALLRAVE, Juris Licentiatus & Medicinæ Doctor, qvi die II. Maji anni præteriti, oratione de *usu & præstantia Jurisprudentiæ Romanæ in fo-*

ro Svecano habita, solemni ritu inaugura-
tus est.

Die XIV. Maji præsentis anni Præside
D. LAVRENTIO ROBERG, Theor. &
Pract. Prof. Ord. dissertationem Physico-
Medicam de *Monocerotis Cornu fossili* publi-
co examini submisit *Jacobus Neuchter*,
Westmannus, pl. 2½. Contenta Disser-
tationis hæc sunt: „Non ossa unius ge-
„neris esse, qvæ vulgo monocerotis no-
„mine venum prostant. Unicornua fos-
„silia ex plurimis Germaniæ aliisque locis
„adferuntur, & tamen unicorne animal
„ignoratur. Medicos, qvi ad hæcce ta-
„cent, qvid excuset. Unicornua in pi-
„nacothecis famosa & suspecta. In qvi-
„bus differat unicornu fossile ab unicor-
„nu marino Septentrionali. Qvod cl.
„Bartholino unicorne delineatur, id aliis
„depingitur bicorne. Ammonis cornua,
„Glossopetræ, balænarum ossa, remotis
„ab oceano locis effossa, qvid indicent.
„Eboris fossilis frustula qvomodo discre-
„pent ab aliis ossibus fossilibus. Scele-
„ton elephantinum integrum in Thurin-
„gia effossum. Maxillares elephantini
„dentes pro giganteis qvibusdam habiti.
„Gigantes fuisse, ex sacris ut & profanis
„literis adstruitur. Eorum itidem reli-
qviæ

„qvia insolentes & miræ passim effossæ
„fuere. Utrum initio rerum animalia
„protulerit orbis, qvæ hodie non pro-
„fert? Utrum abyssi perruptis fontibus
„ejecta fuerint, qvæ nos hodie latent?
„Siberiana ossa, hic loci visa, elephan-
„tina fuere. Petrificationum exempla.
„Goropii dæmones fabri, & Dionis
„Cassii gigantes aërei. Siberiana & Bau-
„manniana ossa simillima inter se depre-
„hensa. Eborarii artifices olim plurimi,
„ut & plurima ex ebore antiqvis confe-
„cta. Ebur ab hominibus facilius defer-
„ri, & defodi potuit in locis septentrio-
„nalibus, qvam elephantorum greges per
„diluvianos fluxus & refluxus inde ab In-
„dia usque eò devolvi. Unicornu artifi-
„ciale in usus medicos qvomodo pare-
„tur.

Die XXIII. Maji hujus anni sub Præsidio LAVRENTII ARRHENII, Hist. Prof. Reg. & Ordin. h. t. Rectoris Magnifici, Triadem Thesium Philosophicarum de *Duratione mentis* publica disqvisitione excussit *Johannes Browallius*, And. fil. Dalek. 2. pl. 8vo.

Die IX. Jun. Præside M. FABIANO Törner, Eloq. Prof. Reg. & Ordin. Theses Philosophicas de *Vi Materiæ* defendit

Johannes Ihre, Thomæ fil. Ostro - Goth 2½ pl. 8vo.

Die XVIII. & XIX. Jun. LAVR. ARRHENIVS binas habuit Dissertationes, primam qvidem de *Religione Habesfinorum*, ejusque partem priorem, respondente *Erico* Ekbom / Sudermanno, 2½ pl. 8vo alteram vero de *ritibus baptismi veterum Sveonum*, respondente *Erico VVall, Vplando*, 3 pl. 8vo.

NORCOPIÆ

Excusum est *Mare æneum Regis Salomonis* pede Svethico accuratissime mensuratum per SVENONEM LAVRELIVM Past. in Risinge, & adjacentis districtus Præpositum, 1727. 4to 4¼ pl.

ANDREAS qvoque RYDELIVS, Prof. Phil. Theor. in Academia Lundensi, lingva Svecana hic imprimi fecit *Necessarias & fideles admonitiones adversus sic dictam Apocatastasin panton, sive restitutionem rerum omnium* 1728. 8vo. 9¼ pl. oppositas *Dialogo* in regno Gratiæ inter Theophilum Lebrecht, & Dositheum Eleison *de universali redemtione generis humani, & plenaria restitutione omnium creaturarum* habito, atque ex Gallico in Germanicum idioma translato.

KI-

KILONII

Prodiit hoc anno IO. BVRCHARDI MAII, Eloqvent. & Histor. Prof. quondam celeberrimi, de *Romani Pontificis electione, Cæsarumque circa eam jure*, commentatio. Accessit ejusdem *Disqvisitio de Friderico I. Ænobarbo Imperatore ab Alexandro III. Pontifice pede non conculcato.* Cum triplici Indice. Edidit, & Dissertationem præmisit de *Variis Pontificum iisqve iniqvissimis, adversus Cæsares, Reges ac Principes, molitionibus, & ab Christi Vicariis, qvales se jactant, longe alienissimis*, D. HENR. MVHLIVS, Theologus in Ecclesia & Academia Holsatica primarius, hujusque Pro Cancellarius, 4to, 1 A, 10½ pl.

Die XXI. Jan. h. a. de *Edictali creditorum citatione, vulgo proclamate, secundum jura Slesvicensia ac Holsatica*, sine Præside disputavit JOACHIMVS FRICCIVS, Holsatus, pl. 8.

SEBASTIANVS KORTHOLTVS, Eloq. & Poetic. Prof. Ordin. ad audiendam die XXV. Jun. Orationem *Johannis Alberti zum Felde, de Principum Slesvicensium & Holsaticorum meritis in rem literariam*, publico scripto invitavit, pl. 1.

Die XXXI. Augusti D. FRID. GOT LIEB STRVVIVS, Pandect. Jur. Cano & Prax. P. O. ex præscripto Friderician Dissertationem Juridicam habuit ad Co stitutionem Ducalem Slesvico-Holsatica de *Pecunia pupillorum tuto collocanda*, vo sicherer Beylegung derer Pupillen-Gelder Respondente *Sim. Hieronymo Musæo*, Kilo niensi, pl. 6.

LVBECÆ.

Luctum haud mediorem cepit civita nostra ex obitu Viri Illustris, Magnifici ac Consultissimi, Dn. ADOLPHI MATTHÆI RODDE, Juris Consulti celeberrimi, inclytæ Reip. nostræ Consulis primarii immortaliter meriti, & Protoscholarchæ gravissimi. Lucem is heic loci adspexit anno 1655. d. 13. Aug. Patrem veneratus MATTHÆVM RODDE, Reip. Lubecensis Consulem primarium, & matrem CATHARINAM SCHVMACHERIAM; Avum paternum ADOLPHVM RODDE, Senatorem, aviamque CATHARINAM, MATTHÆI BREMERI filiam; Avum maternum BERNHARDVM SCHVMACHERVM, Præfectum Ritzeravienſem & Behlendorfienſem, ac aviam ELISABETHAM MILLIES; Proavum

vum paternum JOANNEM RODDE, proaviam autem ELSABE GERCKEN, qui ambo urbem Monaſterienſem, qvæ in Weſtphalis eſt, cum Lubecenſi permutarunt. Uſus eſt fideliſſima doctorum publicorum inſtitutione, inprimis HERMANNI NOTTELMANNI, quo officinam literariam moderante cætui publico non ſine ingenti fructu interfuit. Majora deinde eruditionis ſpatia emenſurus, Cimbricam Muſarum ſedem, quæ Kilionium decorat, anno 1674. m. Apr. adiit, Virisque ibidem celeberrimis DANIELI GEORGIO MORHOFIO, NICOLAO MARTINI, aliisque ſedulo adhæſit, & interjecto brevi ſpatio Lipſiæ qvoque ſtudio Juris civilis ac publici gnaviter incubuit. Poſt hæc directo ad peregrinas oras itinere, Lugdunenſem Batavorum Academiam acceſſit, ductu JOANNIS FRIDERICI BOECKELMANNI, ICti celebratiſſimi, ad metam propoſitam impigre contendens, luſtravitque Belgium, Angliam, Galliam, Italiam, Germaniam, Cimbricasque iterum Athenas ſalutans, defenſo Specimine inaugurali juridico ſub laudati MARTINI præſidio de *Repreſſaliis*, ann. 1682. mens. Martio I. V. Licentiati honores reporta-

vit. Qvibus impetratis patriam repeti, eodemque statim anno & amplissimo Secretarii officio admotus, & felici matrimonio junctus est Virgini nobilissimæ ENGEL, Viri Magnifici, Illustris & Consultissimi Dn. JOANNIS RITTERI Comitis Palatini Cæsarei & primarii Consulis Lubecensis, filiæ, qvod conjugium licet sterile fuerit, amore tamen tenerrimo haud caruit, ut adeo orbitas hujus adjumenti conjugalis, ann. 1727. d. 29. Octob. morte abrepti, maximum Consuli nostro attulerit dolorem. Anno 1695. d. 20. Febr. arduum Protonotarii munus suscepit, quod ita gessit, ut dignus judicatus fuerit, qvi ann. 1701. d. 21. Febr. in Senatorium ordinem cooptaretur. Interjecto autem septem annorum spatio ad altius culmen ascendit, ann. 1708. d. 21. Febr. Consul designatus, qvo munere ita functus est, ut decies Consulis dirigentis partes summa cum laude expleverit. Successu quoqve prospero legationes ad aulam Danicam, Cellensem, & plures obiit, ac potentissimum Russorum Imperatorem PERTRVM I. Lubecam nostram sua præsentia condecorantem, qvatuor stipatus Senatoribus accessit, atque oratione eleganti decentissime salutavit.

Ex-

Extat in illius honorem numus aureus ann. 1708. cusus, cujus altera pars imaginem & nomen sistit; ADOLPH. MATTHÆVS RODDE. ICTꝰ CONS. LVBEC. altera autem insigne ac symbolum; SINCERE. IVSTE. PIE. qvod symbolum ansam dedit solemni actui oratorio in Gymnasio nostro ann. 1720. d. 11. April. habito, quo juvenis ornatissimus, *Pet. Andreas Hoeckius*, Flensburgensis, hodie SS. Theol. Studiosus, & ordinis sacri Candidatus dignissimus, publica istud oratione exponere ac collaudare tentavit. Ipso etiam jubente numus Iubilæus aureus signatus est, in cujus uno latere apparent insignia Lubecensia & Roddiana, additis verbis: LVBECA IVBILANS; in altero epigraphe legitur: SACRA SÆCVLARIA. 1717. 31. Octobr. OB. REPVRGATAM PER LVTHERVM ECCLESIAM. Alius itidem numus valde spectabilis ann. 1710. cusus est, cujus pars adversa splendet qvatuor venerabilibus capitibus eorundemque nominibus: WESTKEN. GERCKEN. WICKEDE. RODDE. COSS. LVBEC. pars aversa LVBECA, & supra eam præter nomen יהוה radios in Vrbem spargens voto à Consulibus pia mente effuso: ES MVSSE

FRIEDE SEYN INWENDIG IN DEINEN MAVREN, VND GLVCK IN DEINEN PALLASTEN. Protoscholarchæ munus per annos complures rite administravit, Musasque insigni favore complexus est, & Bibliothecæ publicæ ita prospexit, ut variis pretiosis libris, qvales sunt: HENR. van RHEDE, THEOD. IANSON, ab ALMELOVEEN, & IO COMMELINI *Hortus Malabaricus*, I. du MONT. *Corps Vniversel Diplomatique du Droit des Gens*, aliisque pluribus adaugeretur. Tandem laboribus ac curis fractum marasmus senilis invasit, vitæque per annos LXXIII, menses VI, ac dies XXII. laudabiliter actæ die IV. Martii, qvi ADRIANO Martyri in fastis sacer est, finem imposuit. Memoriam ejus scripto publico celebravit JOH. HENR. a SEELEN, Rector, 2. pl. fol. qvæ & vernaculo non minus sermone 2. pl. fol. est concinnata.

Egregium Ordini sacro decus Calendis April. ereptum est, Vir admodum Reverendus & Præclarissimus, Dominus IOANNES DANIEL BVRCHARDI, Symmysta Marianus optime meritus. Natus

tus is est in hac nostra civitate ann. 1672, d. 24. Febr. patre DANIELE BURCHARDI, Cive ac Mercatore, matre ANNA GEVERDES, qvam ARP MEYER viduam reliquit; avo paterno ANDREA BURCHARDI, Pastore Mummendorfiensi in Ducatu Mecklenburgico, avia CATHARINA SUKOW; avo materno HANS GEVERDES, cive in Norvegia Bergensi, avia ELSABE POHLMANNIA; proavo paterno priore CASPARE BURCHARDI, Pastore in Thuringia Magstadiensi, proavia MARTHA OTTMANSDORFF; proavo paterno posteriore IACOBO SUKOW, Senatore Grabovienſi, & proavia CATHARINA REINCKLIN. In officina patriæ literaria ordines cunctos pertransiit, & Academiam Rostochiensem ann. 1693. Jenensem 1694. ac Lipsiensem 1698. adiit, in qua inprimis Magno Theologo, THOMA ITTIGIO, Præceptore ac hospite usus est. Reversus in patriam anno 1701. d. 20. Jul. Cismariam, locum Cimbriæ haud ignotum, se contulit, eo fine ut Viri generos. atque excell. Dn. NICOLAI GRIMMENSTEIN, Sereniss. Holsatiæ Ducis Consiliarii,

liarii, filium CAJVM, perilluſtrem dein
ceps Conſiliarum Danicum, pietate &
bonis literis imbueret. Qvo labore e
functus eſt dexteritate, ut anno 1704
humaniſſime dimitteretur. Colloqui
poſtea Theologico cum ſeſe more recep
to ſubmiſiſſet, factum eſt nutu divino, u
Symyſta Marianus Lubecenſis ann. 1706
d. 24. Sept. rite eligeretur. Domum
duxit ann. 1708. d. 4. Jun. Virginem no-
biliſſimam, SARAM ROSINAM, AD-
DE SCHROEDER, Civis ac Mercatoris
Lubecenſis primarii, & DOROTHEÆ
MARQVARDT, unicam filiam, celeber-
rimi Conſulis D. JOHANNIS MAR-
QVARDI neptem, qvatuor liberorum,
mortem parentis acerbe deflentium, IO-
ANNIS DANIELIS, ADDE BERN-
HARDI, SARÆ ROSINÆ & ANNÆ
DOROTHEÆ, matrem, ann. 1718. d.
12. Decembr. pie defunctam. Hinc
ad ſecunda vota tranſiit, Matro-
nam nobiliſſimam ANNAM CHRISTI-
NAM, ANDREÆ LANGE, Civis ac
Negotiatoris Lubecenſis primarii, & EN-
GEL NEVCRANTZ filiam, IOANNIS
BIEL, Civis itidem & Mercatoris Lube-
cenſis pereximii, relictam Viduam, ann.
1724. d. 25. Sept. ſibi thori ſociam ad-
jun-

jungens. Dum autem officii, qvod gerebat, ſacri partes omni fidelitate adimpleret, arthritis eum vaga ſcorbutica, comitem habens febrim ſymptomaticam, afflixit, ac die 1 Aprilis opinione celerius morti tradidit, lugentibus, quotqvot illum noverunt, bonis omnibus. Memoriam ejus literis conſignavit JOH. HENR. a SEELEN, Rector, pl. 1. fol. eademque itidem lingua Germanica eſt expoſita pl. 2. fol.

IO. HENRICVS A SEELEN Rector, *Bibliothecæ biblicæ, ex ſcriptis editis ac ineditis Virorum clariſſimorum & officio & patria Lubecenſium adornatæ*, Partem II. dedit, præmiſſam actui oratorio publico, qvo *Ioannes Balthaſar Dehns*, Lubecenſis, SAMVELEM POMARIVM, Præſulem quondam Lubecenſem graviſſimum, veluti *Theologum ex mente Lutheri* die XXII. April. collaudavit, 2 pl. 4to.

IDEM *Obſervatione Anti-Tolandina de Pantheiſmo in Sanctisſimo DEI nomine* יהוה *impie qvæſito*, actum Oratorium, de *legitima ſtudium Theologicum tractandi ratione* à *Joanne Martino Goeldelio*, Lubecenſi d. IX. Maji habendum indixit, 1. pl. 4to.

Die

Die XIV. Jul. Collega Adjunctus solemni ritu inauguratus est IOANNES DANIEL MINVS, Lubecensis, laborumque scholasticorum initium fecit oratione publica *de symbolo Septimii Severi*: *LABOREMVS*; cui Commentatione de *Lingua Draconis Apoc. XIII. 11. per lingvam latinam falso exposita* prælusit JOH. HENR. à SEELEN, Rector, 3 pl. 4to.

M. ADOLPHVS CHRISTIANVS BEISNERVS, Civis noster, egregio specimine industriam atque eruditionem suam comprobatam dedit, elaborata dissertatione Theologica de *Gratia Spiritus Sancti Applicatrice, ad illustrandum Servatoris oraculum* Act. XXVI. 17. sq. atque in Academia Jenensi sub præsidio D. IESAIÆ FRID. WEISSENBORNII, Theol. Prof. O. & Superint. d. IX. Julii publice defensa, 16. pl.

BIBLIOTHECA LVBECENSIS.

Vol. X.



LVBECAE

SVMTV VIDVAE B. IO. CHRIST. SCHMIDII,

TYPIS KOOPIANIS, A. MDCCXXX.

CONTENTA.

JOH.

I.

IO. DIECMANNI,

Gener. quondam Sup. per Ducat. Brem. & Verdens.

טופסי השמים

siue

de

TYPORVM CAELESTIVM

PARADOXO HELMONTIANO

Dissertatio (*)

Quæ cæteroquin in operum divinorum hexaemeri spatio perductorum, constituendos fines, omnem sui vim impendit ac intendit humana sagacitas, neutiquam in fulgidissimis istis, qvæ desuper in nos radios spargunt, facibus, astradico, defecisse videri voluit. Sive

(*) Edita illa est a B. DIECMANNO, Rectore Stadensi, an. 1677. digna merito, quae ob argumenti praestantiam ac eruditionis copiam iterum excudatur, & facta longe rarissima, inque paucorum versans manibus, cum harum literarum studiosis communicetur.

enim incomparabilis hujus aulæi cæleſtis pulcritudo, hæc ſtudia exitaverit, ſive ſtupenda ſiderum magnitudo, aut admiranda curſus velocitas aut ordinata ſeries calcaria tantis auſibus ſubdiderit, ſolertiſſima certe indagine functiones eorum venandas eſſe, mortales rati ſunt. Vnde ſtellarum conditarum finibus, qvos ipſis ſacræ litteræ præiverant, haud contenti, in alios ab ingenioſa curioſitate ſubminiſtratos dilapſi ſunt. Aſtronomiæ qvippe in cunis adhuc vagienti ſoror Aſtrologia data, non naturalis illa tantum & genuina, momenta temporum, anniqve viciſſitudines diſtingvens, ac apotelesmata ſtellarum in corpora naturalia definiens; ſed & altera ſpuria, judiciariam ac genethliacam qvam vocant, ipſas hominum mentes ac liberas actiones, fatali ſtellantis ſceptri nutui ſubiiciens. Cujus inventæ primum ac uſurpatæ ſolida, ſi qvæ eſt, gloria, cui genti vindicanda ſit, fluctuans & anceps, in tanto veterum diſſidio mens hæret. Ex Aſia namque Cares Tatianus (1); Chaldæos,

(1) Principio Orationis contra Græcos, editionis, qvam cum Antonii & Maximi Monachorum ſententiis primus græce Tiguri an. 1546. procuravit Conr. Geſnerus p. 277.

ræos, qvod maximæ qvoque gentilium arti placuit, Theodoretus (2); ex A-rica non pauci Ægyptios, Hermetico-um fide librorum adducti (3) laudant. Id unum pro comperto tradere possum, A-trologorum istam, undecunque natales acceperit, artem, & si forte veterrima sit, non tamen incunabula anteri.ribus A-damo hominibus debere, ubi qværere illa nuper & ostendere nobis infelix Præ-Adamiticæ gentis post Judæos & Zabæos reparator (4) ausus est. Qvo multo sa-nior jam plus mille retro annis Phavo-rinus Philosophus; referente Gellio (5) *disciplinam istam Chaldæorum* (sic Astro-logiæ Professores istac ætate (6) voca-bant) *tantæ vetustatis non esse contendebant, quantæ videri volunt.* Qvo minus autem rubens adhuc a matre περιεργια, qvæ cum

 ob-

(2) de cur. Græc: affect. p. 499. edit. Gr. L. Par, Sirmondi ad 1642. (3) V. Selden l. 3 de Jure N. & G. juxta disc. Ebr. C. 21, p. 429 ed. Lond. (4) Isaacus Peirerius Systema Theol. P. 2. l. 3. C. 8. p. 161. C. 10. p. 173. (5) l. 14. Noct. Attic. C. 1. p. m. 469. (6) Vid. ex multis Turneb. Tom. oper. 225, 274. Wilk, ad Prudent: p. 539. Bulenger l. 2. Eclog. ad Arnob. Cap. 7. p 375. Hornium lib 2. Histor. Philos. cap. 3. p. 72. Levitic. XIX. 26, Deuter. XVIII. 10.

obſtetricante δεισιδαιμονία pepererat, foe tus Eccleſiæ Judaicæ gremio exciperetur foveretur, inviolabilis Moſaicæ ſanctio nis (7) auctoritas intercedebat. Hau mitioribus fatis adulti ἀςρομαντείας ann ſub N. Foederis auſpicium gaviſi ſunt quam ſub exoſo Matheſeos nomine Chriſtianæ Religionis Antiſtites (8) obe lo non uno confixerunt. Qvos vero in graveſcenti illius ætati, renaſcentes li teræ obices poſuerint, ubi recenſere ag grediar, næ dilatanda nimis hæc qvæ ip ſe mihi præſtitui, dicendi pomoeria, & anguſti hujus phyliræ carceres laxandi eſſent. Strictim & agmine rotundo con ſtipata eorum, qvi Aſtrologiæ bellum indixere, nomina noſſe geſtientem, qvæ dam, eaque maxime præcipua (9) qvæ ad

(8) Vid. Baron. Tom. 1. Annal: A. LVI. n. 41. p 572 Rainaud. Erotem. de bon. & mal. lib. P 1, C. 6. p. 33. Juſtellus ad Codicem Canon. p 214. Claud. Clemens Muſei l. 2 ſect. I. c. 13. p 335. Gothofred. in Prolegem. in Philoſtorg. p. 9. & Diſſert. ad eund. l. 3. c. 26 p. 188. Vo ſius l 2 de Idolol. c. 48. p. m. 572. Richard. Montacutius Origin. Eccleſiaſt. P. 1. p 197. Strauch. Jus tertii Orthodoxi circa cauſam Je ſuitico Janſen. § 13. 14. (9) ut ſunt Joh Picus Mirandulanus adverſus Aſtrologos libris XII.

ad nostram notitiam pervenerunt, latere non patiemur. Neque tamen omnes isti satis diligenter cavent, ne dum unam omni nisu oppugnandam sumunt sententiam, in aliam, a veritatis via adæque deviantem prolabantur, atque adeo, qvando qvod vulgo dicitur, Charibdim vitare student, in Scyllam incidant. Asserto fidem vel unus Joh. Bapt. Helmontius, Toparcha in Merode, Royenborch, Oorschot, Pellines, &c. conciliabit, Vir sane de rerum naturalium studio egregiis experimentis provehendo, meritissimus ac vere Philosophus, ut ipse se vocare amat, per ignem. In cujus

 jus

XII. Venetiis & Basileæ inter Opera ejus editis Sixtus ab Hemminga Astrologiæ ratione & experientia refutatæ libro, Antvverp. 1583. Alexander de Angelis, *in Astrologos Judiciarios*, lib. 5. Lugd. 1615. Dedekenn. Tom. 2. Consil. Theol. p. 345. s. ed. nov. Delrio, *Disquisit. Mag. Tom.* 2. l. 4, c. 3, q. 1 p. m. 446. Vossius *de Scient. Mathem.* c. 38. p. 208 seq. qvi p. 217. insigni auctorum accessione nostrum hunc Syllabum locupletat. Wendel. Contempl. Phys. Sect. 3. c. 12, p. 377 f. f. cap. 20. p 594., & imprimis c. 28. toto p. 729 Abd. Treu, in Astrol. Med. præcipd Disp. 1. & 11. Promissum nup. Hamb. a Viro cle Vinc. Placcio J. V. L. & Gymn. Prof. *de Astrolog. Judiciaria, expurganda potius qvam contemnenda consilium*, adhuc expectamus.

jus lectione horas nuper subsecivas deri-vanti libellus (10) sese obtulit, solidissimis, si quid recte video, rationibus Astrologiæ fundamentum sic concutiens & evertens; ut qvi pro ea restauranda labo-rem posthac suscipient, affatim habituri sint, in qvo industriam suam exerceant. Sed hoc opus dum strenuus urget Helmontius, bonæ causæ præsidia circumspicit, quæ censuram, qva aliis tristis esse voluit, in ipsius caput accersant. Nempe ne ab omni stellas efficacia destituisse videretur, significandi & nunciandi potestatem illis afferit, & ut ita loqvar, typographiam qvandam coelestem comminiscitur, qvam ipsis ejus verbis describam, ut parcam meis: (11) *Futura contingentia depicta sunt in astris, non qvidem omnia, sed forte unius seculi, itemque tragoedia cujusque hominis in suo astro picta, cujus pictura cessat cum vitæ epilogo.* Et paucis interspersis; (12) *Metum reputo in cælis tanqvam tabulis descriptos typos rerum* per

(10) cui titulus; *Astra necessitant, non inclinant, nec significant de Vita, corpore vel fortunis nati.* extat operum ejus a Francisco Mercurio Helmontio filio Amstelodami anno. 1648. editorum p. 117. f. (11) l. c. n. 81. p. 120. (12) n. 24. p. 121, 122.

per secula successivarum, (qvos typos leges fati nominat) idqve non qvidem per alphabetum Ebræum, ut Rabbinorum aliqui somniant, sed qvod provinciis, regnis & hominibus suæ sint stellæ, quibus depicta sit scena, suo subjecto rerum contingentium, in revolutionibus dierum, unicuique istorum statutarum. Proinde nec mirum est, si Cacodæmones noverint horum multa prædicere. Fuerat jam ante in Gallia non ignobilis Vir ingenii, Jacobus Gaffarellus, qvi lingva Vernacula superbi opus nominis (*curiositez inouyes*) anno seculi nostri vicesimo nono parturiens, suum qvoque locum litteris & characteribus stellarum concedere, eosque capite tertio & decimo rationibus ac auctoritatibus Judæorum non minus qvamChristianorum adstruere voluit. Avide a φιλοκάινοις exceptus liber semel atque iterum ac tertio sub prælo gemuit. Qvis hunc conatum successus secundaverit, nunc nihil attinet dicere. Et dudum convellendæ isti curiositatum inauditarum portioni, omnique Gaffarellianarum literarum structuræ dejiciendæ vigiles curas ita prælustre Daniæ suæ sidus Thomas Bangius (13) impendit, ut parum ad spicilegium re-

(13) in Cælo Orientis Exerc. 2. mom: 7. p. 175. ad 209. edit Hafn. an. 1657.

reliqverit. Nos qvibus ex Bangiana su pellectili reculas hasce nostras auctiore facere, certum non est, id tantum qvod ad rei summam spectat asseveramus, Gaffarellum præpostero tuenda παραδοξολογομανίας studio abreptum supera, infera, sacra, profana anxie sollicitare, operose convasare, inconcinne miscere. Præ qvo tanto memorabilior Helmontii nostri circumspectio est, qvod humanis omnibus, magna cæteroquin pompa a Gaffarello orationi suæ illigatis, testimoniis posthabitis, de Judæorum ὁμοψηφία gloriari noluerit. Justæ tamen, qvam hac parte negat, reprehensionis ansam, altera porrigit, dum sua una haruspicina fretam, ac omnis solidioris probationis inopem sententiam, aliis facile se persvasurum confidit. Adeo, ubi penitus Helmontiana excusseris, nihil, qvod assensum extorqvere tibi qveat, invenias. Atqve ut inde primum examen exordiar, qvæ ceu fixa, & rata sustinendæ moli sunt, jamjam superstruendæ, supponuntur, ea certe præter imminentis ruinæ præsagium nil continet. Qvis enim narravit Helmontio cuilibet homini suum sidus esse, studia ejus ac opera, qvibus omni

ni vita varie exercebitur, velut in tabella depicta, repræsentans? Qvo itinere ecstatico istæc arcana coeli, *tam situ*, sua Helmontio verba (14) reddo, *qvam profundæ ignorantiæ nostræ cæcitate, alti, scrutatus est?* Hominum emolumento, qvasi cæteras res, itidem stellas, esse conditas, & constantem illam motus sui leges servare, non repugno. In singulos eas homines datas, id vero pari facilitate negari, qva dici, potest. Cedò tabulas sacras, qvarum me stringat auctoritas, aut argumentum, qvod liqvida ratione coruscet. Frustra sis, Helmonti, qvi singulis nostrum suos esse deputatos custodes Eudæmones, ex tuæ fidei cui innutritus es, decretis pangis. Qvod ut forte largiri velim, etsi non ignarus, qvam acriter contentionis serram nostrarum Ecclesiarum Doctores (15) per hanc lineam cum adversa parte reciprocent, vereor tamen, ne istud ad hanc Andromachen nihil faciat. Possunt, fateor, Angeli cum sideribus ali-

 qva

(14) n. 51. p. 128. b. (15) Hodomor. Danhauer. Tom. 1. Phant. 3. p. 924. P. 5. Calov. Tom. 4. Syst. Theol. art. 1. C. 2. q. 5. p. 77. Adde ex Reformatis Gisb. Voetium P. 1. Select. Disp. p. 897. sqq.

qva comparatione contendi; similitudi nes, qvibus inter sese qvodammodo conveniant, ingeniosæ excogitari pos sunt: at officiorum qvoque qvandam communionem utrinqve intercedere, & prout Angelorum in singulos homines ministeria, qvod συγχωρητικῶς dedi, di stributa sunt, sic & stellas æqvaliter pro numero mortalium partitas esse nulli hinc fidiculis extundi potest. Vtrum autem istud qvoque, cum recepto de multitudine astrorum, dogmate, conciliari qveat, Astrologi viderint. Clavio (16) certe, & qvoqvot eum sequuntur, hæc minus ad palatum futura scio, qvi totam firmamenti concavitatem, si vel maxime, primæ magnitudinis astris, absque ullo vacuo spatio cohærentibus, impleatur, haud tum ultra 7120600. capere posse contendit. Qvem numerum ab hominibus totum mundum in habitantibus, excedi, nemo, credo, temere inficiabitur. Sed propius admoveamus gradum, & e qvibus loculis sidereos typos Helmontius depromserit, inspiciamus. Scripturam qvidem sacram non nimis sollicite imploravit, fortasse, quod

(16) in sphær. p. 189.

qvod eam perexiguo sibi emolumento futuram, catè provideret. Observo tamen, nunqvam non eum, velut aliud agendo, abblandiri sibi verbis hisce (17): *Erunt vobis stellæ in signa, dies tempora, & annos*; ubi prima signandi vox signaturæ, picturæque cælesti favere videtur. Qvare eam hoc in negotio non prætermittendam, qvin potius conducibiliori, ad suum institutum interpretatione declarandam esse Gaffarellus (18) exstimabat: *là, ou nostre traduction porte, sint in signa, l'original Hebreu dit:* לאתת, ו־דו־, *c'est a dire de mot a mot, & sint in litteras.* Sed cœcum Scripturæ cælestis amorem novum hoc & tanto splendidius exornandæ fabulæ gratia citra scripturam excogitatum nominis אות interpretamentum suggessisse, coecus sit, qvi non videat. Signandi munere vero, sibi primitus inposito, stellæ probe fungentur, etiam cum Helmontiano cælestium characterum stylo eas descriptas esse negamus. Qvid lumine suo ac motu, cum divinæ potentiæ, bonitatis,

(17) Genes. L. 14. (18) Curiositez inouyes, chap. 13. p. 590. edit. Paris. 1629.

tatis, sapientiæ, tum vero plurium eventuum, qui in nullam hominis deliberationem, ac consilia cadunt, signa reapse deprehenduntur? Nemo profecto Calendario graphorum, qvos vocamus operis tam iniqvus sit, qvin eos ex variis siderum stationibus tanqvam signis, alia puta solis lunæq; deficientis labores, infallibiliter vero, ut imminentes serenitatis, tempestatis, caloris frigorisque vicissitudines, aptas item agros aut vinetas colendi opportunitates, fallibili qvamvis & incerto pleraque nuncio, præsignificare posse fateatur. Præter hunc quoque alium S. litterarum locum Helmontius (19) in animo habuit & versavit, cum concludit, *qvod hostis infernalis legat stellarum picturas qvibus firmamentum dicitur prænunciare opera manuum domini.* Nempe verba Davidis: (20) *cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum*, respiciens, alienum simul sensum oblique illis affingit, & qvod nuda nunciatione stellas efficere Psaltes dixerat, id ille ad prænuncios earum typos τῇ ὑποθέσει δουλεύων, accommodavit. Atque nuntium inter ac prænuntium insigne discrimen esse, qvis non advertit? cum nunciari

19) n. 11. p. 120. a (20) Psal. XIX. v. 1.

ari etiam præterita, prænunciari autem, non nisi futura dicantur. Nec qvenqvam in Helmontii patrocinium superstitiosius *annunciandi* verbum, quod vulgato interpreti allubuit, venari velim, tanqvam si istud *de futuro* dicatur, qvæ antiqvi Grammatici, Agroetii (21) glossa est. Hanc qvippe futura significandi notionem proprie & solemniter ei non competere, qvivis, vel mediocriter latina callens, animadvertet. Hebræum enim הגיד, qvod a θεοπνεύςῳ Davidis ore fluxit, qvanqvam interdum & maxime apud Esaiam (22) de nuncia futurorum indicatione capi velit orationis series; qvo minus tamen semper istud fiat, clarissima, qvam plurimorum dictorum, qvibus cumulandis supersedeo, litera prohibet, manifestam alioqvi vim passura, si futuri præsagia inde exsculpere conatus fueris. Qvapropter exqvisitissimus hebraicarum vocum ἑρμηνευτὴς (23) Davidicum מגיד de tali indicio interpretatus est, *qvomodo annunciari solent ea, qvæ aliqvis præsens intuitus est.* Erit autem, opinor, expli-

(21) l. de Ortograph. & prop. & diff. Serm. col. 2271 inter auctor. Grammaticos ab Helia Putschio editos. (22) cXLI. 22. 23. XLIV. 7. XLVI, 10. XLVIII, 3. 5. 6. (23) D. Geier. Tom. I in psalm: p. 314

plicatu non difficile, qvi expansum cæleste, divinorum ad nos homines operum interpres esse qveat. Et solet imprimis Istud argumentum nostræ fidei promachos tum maxime, cum acqvisitam ex intuitu creaturarum notitiam adversus infaustam solo prænomine Fausti Socini sobolem, tuendam suscipiunt, exercere. Qva in re sicut in omnibus aliis egregiam novissime operam Theologorum hebraizantium Alpha (24) posuit. Nos, qvos latius evagaturum stylum substringere necesse est, ad Helmontium regredimur. Ille cum ex Scripturis, qvantum mihi qvidem attentius eum perlegenti compertum est, ubi ab excussis Mosis & Davidis sententiis discesseris, nihil qvod aliqva sese specie commendaret, afferre posset, de rationum commentis cogitavit. In qvibus adducendis talem se gessit, ut longe majori, qvam vel Gaffarellus, vel nuper ex Anglia scriptor, Edoardus Baro Herbert de Cherbury (25) ἀν ἱκανία dignus sit; qvi *homini gentili naturam stellarum accurate speculanti, nihil forsan qvod de illis sentiret aptius occurre-*

re

(24) D. S. Schmid Colleg. Bibl. prior. p. 67. (25) l. de Relig. Gent. c. 8. p. 49. ed. Amstel. 1663.

re potuisse judicat, *qvam ut stellas fixas, Dei legem librumque sempiternum; erraticas ejus propheticum librum dixerit*: qvæ si suo robore valeant ipsum sane, naturæ lumen, qvod in nostris æque cordibus ac gentium resplendet, ad constituendam credendamque scripturam cælestem, facem præfert, atque adeo Deus occultam ætherei voluminis, litteris propheticis refestri scientiam nobis indidit. Ast hoc certe non est argumentis lectorem movere, sed cerebrosis eum commentis pa-tum a se dimittere. Noluit similem in nos dictaturam Helmontius excercere; itaque ne istud μέγα cæli βιβλίον sine ratione typis donasse videretur, eorum excogitandorum necessitatem sibi potissimum a præscientia Dæmonum imposi-tam esse passim prætendit, cujus liqvidam causam dari non posse credebat, nisi stellarum picturas admittas, in qvibus futura depingat Deus, & hosti infernali legenda committat. Ejusdem ipsius de stellis, Dæmonum in arte προγνωστικῇ magistris, jam diu Porphyrio & Origeni in mentem venerat. Ille enim, licet alias virulentissimo felli calamum, in Christianos scribens intingat, & extremum fermæ spirituum agenti idololatriæ mantis

qua

qua pote medicas commodet, Deos tamen ſuos, allato gemino fallentis Apollinis oraculo, docet (26) οὐδὲ ἐκ θείας δυνάμεως ἑαυτῶν μαντεύεσθαι, ἀλλ' ἐξ ἀστρων ἐπιτηρήσεως, κατὰ τοὺς μαθηματικῶν λόγους, ὡς μηδὲν ἐν τούτῳ διαφέρειν, ἀνθρώπων μηδέ τι κρεῖττον καὶ φύσεως θειοτέρας ἔργον ἐπιδείκνυσθαι, *non vi qvadam ſua, eaque divina ſed aſtrorum obſervatione Mathematicorum ad leges & præceptiones exacta vaticinari ſolitos ſuiſſe, nihil ut prorſus hoc in genere Deos inter & homines eſſet, nullumqne ipſi vel ſuperius, vel naturæ divinioris proprium opus exercerent.* Qvam ingenuam & Deos hominibus exæqvantem confeſſionem, ut propria & invicta veritatis vis extorſit; ita diligentius iſtæc oracula revolventi, Diabolica ſe fraus aperiet, aſtrorum motibus earum ſæpe rerum ſcientiam acceptam ferens, qvibus illæ vel nihil, vel perparum ſane debent. Nam qvod gravida fæminei ſexus prolem ideo enixura ſit, qvia tempore conceptus luna cum Venere

(26) περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, i. de exhauſta ex oraculis Philoſ. unde cum pluribus aliis iſta refert Euſeb. l. VI. præp. Evang. c. 1. p. 237. D. ed. Græco-Lat. Pariſ. anno. 1629.

Venere concurrerrit; qvam qvæso dilutum &apollinea sapientia indignum est? Aut fallor, aut jam sparsis per superstitiosas hominum mentes ἀςρολατρείας seminibus altiores radices figere Cacodæmon voluit, qvo stellis tanqvam causis rerum naturalium proximis, mature venerationem cultumque decentem adhibere convescerent. Ab hoc n. pestilenti germine omnis illa siderum ἀποθέωσις potissimum pullulavit. Porphyrii vero συγχρονος, eodemque simul ætate major Origenes (cujus qvippe mortem (27) in A. C. CCLIV incidentem, Porphyrii nativitas, uno & viginti annis si calculo Jonsii (28) fides est, antevertit) etsi vim ποιητικὴν astris gravi & erudita declamatione ademerit, pro συμαντικῇ tamen non pugnare tantum, sed etiam Dæmonum scientiam, æqve ut Helmontius ab hac origine repetere videtur. Ἀποσπασμάτιον istud ceu reliqvam ex naufragio Origenicorum in Genesin Commentariorum tabulam, non tantum idem, qvi

 Por-

(27) Juxta Labbeum in Addend. Tom. II. de Script. Ecclesiast. p. 772. (28) l. 3. de Script. Hist. Philos. C. 15. p. 286.

Porphyrianum Eusebius (29) sed & vene-randa antiqvitatis lumina, Basilius & Gregorius Nazianzenus (30) nobis serva-verunt. Cujus summa est, eo consilio contrarium erraticis ac fixis stellis mo-tum indultum esse, ut ex vario harum positu, signa eorum qvæ partim singulis partim in universum evenient, colligan-tur, non qvidem ab hominibus, qvo-rum vires, vera & certa futurorum ex astris intelligentia longe superat; sed An-gelis; ex qvibus mali, *in generis nostri per-niciem* (31) homines istam rem docuerint. Sed de Origine non adeo laborandum esse confeo, qvi qvod modo inconside-ratius & præfidentius de cælo effutiebat, id paulo post (32) timidiuscule satis ac ti-tubanter apocrypho Testamenti Jacobi (33) sacro item Esaiæ (34) testimonio con-firmat.

(29) l. VI. præp. Ev. C. XI p. 286. B. (30) l. Philocal. ex Var. Origenis Commentar. a se ex-cerpta. C. XXII. p. 342. 343. ed. Græco-Lat. Par. anno 1624. (31) Ita hæc Vigerianæ versiones verba, *generis in nostris perniciem*, vitio typothe-deformata, sine dubio locanda sunt, ut græca Origenis, ἐπι τῇ τȣ γένȣς ἡμῶν ἐπιτριβῇ, examussim reddant. (32) Apud Eusebium l. c. p. 292. B. in Philoc. p. 361. (33) de cujus νοθείᾳ v. Hottinger, Ennead. Differt. Philol. Th. Heidelb. p. 12. Bang. Cæl. Orient. Excerc. I. p. 2[illegible] (34) Esai. XXXIV. 4.

irmat; & qvam parum suæ sententiæ cerus sit, interjecta dubitandi particula ἄρα (35) significat. Eqvidem ex variis tellarum, qvos appellat Origenes, σχη- ατισμοῖς, futuros rerum naturalium, votqvot inde pendent, casus a Dæmoibus, qvæ incredibilis eorum sagacitas, c excellens siderum per Copernicos, Tyhones, Galiæos &c. peritia est, longe rospici, argutissima hariolatione conjii & prænunciari posse (36) non refragaiur; Ast futurorum contingentium, & libra voluntatis humanæ dispositione uentium præsagitionem vel astrorum irtutibus, qvod Porphyrio, vel eorum ositutis, qvod Origeni, vel denique orundem typis ac picturis, qvod Helnontio arridet, continere, atque hinc ransire in Dæmones, qvamdiu certiobus deficimur argumentis haud persvaeri nobis patiemur. Enim vero terninos hæc sententia (extremum nunc poissimum innuo) δαιμονικῇ προγνώσει

N 2 a

5) cujus emphasin in Eusebiana Vers. recte observavit Frid. Vigerus, Philocaliæ autem interpres Joh. Tarinus neglexit. (36) ex nostris Calov. Tom. I. system. Theol. C. 3. Sect. I. p. 296. Er. Francisci Neupolierter Geschicht- Kunst- und Sitten-spiegel ausländischer Völcker p. 24.

a ſcriptura S. præſtitutos refigit non ta-
tum & extendit, ſed inſimul Oraculoru
Hiſtoriam qvalem ab antiqvitate accep
mus infenſam experitur. Itaque canc
li, qvibus Dæmonum ſcientiam Deus ci
cumſcripſit, non permittunt, ut late
tes conſiliorum humanorum exitus, c
tera item omnia, qvæ ſeu proſpera ſe
infauſta, nos mortales toto vitæ curric
lo manent, denique ſeculi a ſeculo n
gerendas in cælo juxta ac ſi in Palimp
ſto litteris nunciis deſcriptas a Dæmo
bus legi, atque ſic præſciis ſemper e
rum animis anticipari credamus. E
qvippe prænotionem velut eximiam & ſi
gularem Divinum Numen ita ſibi vend
cat,utin ejus ſocietatem neminem alium a
mittere velit; qvinimo hoc ceu infallib
documento, qvid ſe inter & muſte
Gentilium Deaſtros interſit (39) oſtendi
Finge jam perpetuas cæleſtium typoru
leges; futura ſic delineantium, ut D
monum, in quos πολυθεία pagana ta
dem deſiit, intellectui, qvoties ad iſto
characteres reſpicere libuerit, paru
ſemper & aperta ſint; annon perſona
illi Dii habebunt, qvo ſe opponant vero
Deo

(39) Eſa. XLI. 22. 23. XLIV. 6.

Deo, & in geminæ prænotionis, etsi va gradus divina imperfectioris, communione insolenter glorientur? Prævideo fore, qvi objecto umbone hunc itum excepturi, operam me ludere contendant, qvod hæc futurorum cognitio, talis spiritibus non a natura, sicut Deo, insit, sed beneficio divino ex siderum pictura ab illis comparetur: qvapropter li non magis in divinæ gloriæ partem ocari qveant, ac Prophetæ, in qvos facultas μαντικὴ extraordinaria revelatione collata sit. Hæc aliqvo robore valitura fateor, si pro diabolis, per intervalla rophetarum vicem a Deo adhibitis, inruerentur. Nunc, cum hac qvoque fini stellas in æthere fulgere Helmontius adstruat, ut actiones omnium hominum, qvæ singulos vitæ annos exercebunt, velut in mappa designatas præfigurent; qvam Cacodæmones ex longo ævo multoqve rerum usu stellantes hosce characteres edocti, ubi commodum visum fuerit inspicere possint; apparet sane, nec futura Dæmones in Idoleis cultos lauisse, nec comparari eos cum Prophetis posse, qvi sanctis afflatus θεηλάτοις radiis, in eorum sese mentes saltem interdum insinuantibus, illuminati, non omnium

qvæ cuperent, futurorum, ætatis su tempus attingentium, sed qvorundam & eorum duntaxat, quæ Deus vellet scientiam, cæterorum omnium plane i gnari (38) conſ qvebantur. Qvod ſi ma lorum ſpirituum ἀγχίνοιαν impediri a Deo cenſeas & prohiberi, qvo minus omnia ſemper ex aſtris, & ubique prævideant, ut nec fatidici ſibyllarum libri Pontifi omni tempore patebant, non video ſane qvod operæ pretium ex picturæ cæleſti commento Helmontius relaturus ſit. Nam unius fortaſſis aut alterius futurorum manifeſtationis, a Deo interdum Dæmo nibus impertitæ, gratia tantum typo rum cæleſtium apparatum confingere ni hil erat neceſſe, nec etiam, ſi Philoſo phorum placita placeant, conveniens qvandoqvidem qvod ait Phorphyrius (39 γένυς ὄυλος, ὐ πάντως ἐςιν εἶδος. Sed ora culorum etiam, qvod recepimus, hi ſtoria libanda reſtat, qvibus iſtos typo confodiamus, tot ſpongias, qvibus har picturam inducamus, exhibet, qvot qve relis de obſcuris, incertis ac maxima

par

(38) Vid. ex Sanctio Danhauer. Ariſtot. ex Orco r divivus in Orcum recid. Dial. 1. p. 53. 54. (39 Iſagoge C. 8. p. m. 13.

partem vanis effatis Apollinem, etiam cum e tripode respondit, pulsat. Vt convectandis id genus scientiis immoremur, nihil opus est. Istas dæmonum præstigias, tortuosis ambiguæ significationis involucris suam ipsorum ignorantiam occultantium, ab ipsis eorum clientibus detectas esse, multis Eusebius 40) docuit. In latinis, qvid luculento Ciceronis testimonio antehabeam, non habeo. Sic autem ille succincte qvidem, sed oppido apposite: *Jam ad Te venio, o sancte Apollo! tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit, partim falsis, ut ego opinor, partim casu veris, ut fit in omni oratione sæpissime; partim flexiloqvis & obscuris, ut interpres egeat interprete, & sors ipsa ad sortes referenda sit; partim ambiguis, & qvæ ad Dialecticam referenda sint.* Pessime perfecto sub Λοξίε Apollinis nomine delitescens infernalis Απολλύων sibi consuluit, qvi famam ac existimationem sui nominis, qvod summum apud gentiles comparaverat, ita prodegit, ut tam irreverenter ejus oracula tractare auderent. Si futurorum præsensionem ex astris habuit

(40) Præpar. Evang. l. 4. c. 2. p. 135. & l. 5. c. 19.
(41) l. 2. de Divinat. C. 56. p. 1176. fin. Operum Amstel. anno 1661. editor.

buit, cur non apertiori ac veriori ore locutus est? si habuit eam & studiose suppressit, ipse sibi, cæteroqvin amplificandæ fovendæqve superstitionis occasionem omisit, & mycterismis prudentiorum se turpiter exposuit. Vnde non aliis qvam lacteis Christianei Ciceronis (42) verbis uti possumus: *Sciunt illi* (dæmones) *futura multa* (cum necessaria, tum etiam contingentia, qvoad a causa naturali non impedita proficiscuntur) *sed non omnia, qvippe qvibus penitus consilium Dei scire non licet, & ideo solent responsa in ambiguos exitus temperare.* Exempla diabolicarum prædictionum supersunt, qvæ lucem qvalemcunqve, circumfusura suæ sententiæ non sperat modo Helmontius; sed plane audacter confidit, cum illas *non aliunde, qvam ex astrorum depicto typo erutas per Cacodæmonem esse* firmissime (43) asseverat. Tres omnino, qvarum fide nititur, historiæ sunt, sed eo omnes statu, ut ubi propius illas introspexeris, mero igne fatuo illudi tibi sentias. Prima est: *Regnante Roderico IV. Gothorum Rege ultimo, castrum Toletanum, qvod jam*

(42) Lactantius l. 2. divin. Instit. C. 15. p. 165. Edit. Lugd. anno 1587. (43) n. 26. p. 121. b.

jam inde a Diebus Regis Bambæ clausum steterat, curiositate Roderici aperiebatur. In eo autem præter unicam arcam, nihil fuit repertum. In arca vero linteum bombacinum, obvolutum, Africanorum vestes & personas referens. Erat autem in eo sic scriptum. Qvando hoc castrum & arca reserabuntur, in Hispaniam irrumpet gens, hujus similitudinis & amictus & potietur victoria super Hispanos. *Erant autem depicti Mauri amictu qvalis infra annos 200 post futurus esset.* Qvocunque auctore (nam sine testibus hic egit, neqve nunc rerum Hispanicarum scriptores, qvos consulamus præsto sunt) ista retulerit Helmontius, posset sane qvispiam iis tantam auctoritatem tribuere, qvantam illis qvibus non credit. Namque satis exploratum nobis est, qvam soleat interdum Hispaniæ, forte qvod Africæ vicina est, fabularum monstra alere, in qvæ si incidisset Hercules, terdecimum sibi laborem venisse putasset. Talium certe ex Hispania cupediarum satias nostrum stomachum cepit, ex qvo magnum istum chronici a Flavio nempe Dextro compilati, novisque Maximi, Braulionis & Helecæ supplementis adaucti bolum, Calderone & Bivario magnificas istas dapes struentibus

bus deglutiendum nobis præbuit. Sed qvia nullam nobis hujus Hiſtoriæ veritas moleſtiam creat, peccemus ſane nimia credulitate, & indubitatum præſignificati futurorum eventus exemplum illa proponi concedamus. At Cacodæmoni magis, qvam Evdemoni iſtud præſagium deberi qvid me ut credam cogit? ſit vero a Diabolo. An id ex aſtris demum imbibere eum oportuit? Ergo cum per hunc abſcondita nobis retegere Deus decrevit, ſideribus ei internunciis utendum eſt? Annon autem abſqve cæli interventu, cum malis ſpiritibus itidem ut cum improbis hominibus agere poteſt? in qvos cum pro liberrima voluntate & abſoluto, qvo in res a ſe conditas pollet, jure vaticinandi virtutem conferre poſſe, Bileami (44) Caiphæ (45) ipſarumque adeo, qvæ Tanneri (46) communem Doctorum ſuorum ſententiam exprimentis opinio eſt, ſibyllarum exempla clamant. Huc certe collineaſſe Baſilius (49) videtur, cum τὰ ἀποφάσει θεῦ δημι-

(44) Numer. XXIII. 3. ſs. XXIV. 2. ſs. (45) Joh. XI. 51. (46) Tom. 1. Theol. Schol. Diſp. 4. q. 1. dub. 2. n. 14. (47) apud L. Allatium ſynt. de Engaſtrimytho C. XXI. (qvod totum materiæ de præſcientia Dæmonum impendit.) Col. 385. Tom. VIII. Critic. Anglic. edit. Lond. an. 1660.

ἀνυποστευθέντα Dæmones ſæpiuſcule denunciare ſcriberet. Nihilo ſolidiora ſunt, qvæ ſecundo & tertio (placet enim utrumqvæ qvia eodem labore, confici poſſunt, conjvngere) exemplo ſiſtuntur: *Dux Bironius læſæ majeſtatis ob crimen a ſuo Rege apprehenſus mox ſciſcitabatur, qva de gente oriundus eſſet tortor Pariſienſis: qvem cum intelligeret Burgundum, ingemuit pavens, dixitque eheu! perii; ſiqvidem ab augure qvandoqve ſciverat, ſibi cavendum a mortali ictu qvem Burgundus illi venturis diebus daturus eſſet. Comes De Lonigvii in duello prope Bruxellam cæſus, in Monomachias pruriens & audacior, qvod a ſortilegis ſciviſſet, a lupo mortaliter ſe vulneratum iri. Fuit autem adoleſcens Comiti de ſ. Amore ſocius duelli, cui cognomen loup. Qvi lethaliter punctus, Lonigvium transfodit.* Qvamvis n. diabolo Magiſtro futuros hos eventus ſortilegi didicerint; qvod ſtellæ tamen eos Satanæ præluxerint, & fatidicis typis præſignaverint, unde niſi ex præconcepto ingenii ſui figmento nos Helmontius edocebit? Qvid ſi occulto at juſtiſſimo judicio Deus in impiæ pruriginis & temerariæ futura fata ſciendi cupiditatis vindictam interdum eos, qvi cum Rege Saulo Pythoniſſæ Endoreæ liciniam venerantur, malignis, & inexi-

exitium noſtrum conjuratis dæmonibus illudendos, ipſisqve illis pœnis, qvarum formidinem poſita ſemper ob oculos triſtis augurii imago incuſſerat, ſubjiciendos committat? Iſtud certe & multo veri ſimilius, & cum auctoritate graviſſimi Patris Auguſtini (48) dixeris. Cui rei illuſtrandæ, cum planiſſima ſimul & appoſitiſſima præclari ex Pontificiis ſcripturarum interpretis (49) verba multum faciant, haud indigna viſa ſunt, qvæ exſignarem. *Dæmon ſubinde futuros eventus, v. g. morbos, mortes, neces per ſuos divinos, ſagas & magos prædicit, dicendo v. g. Illi; qvi eos de ſorte & morte ſibi eventura conſulit; Tu morieris aqva, tu igne, tu tali anno incides in febrim phthiſin, peſtem, tu tali anno tali modo morieris: qvia ſcilicet dæmon prædicit id qvod ipſe facturus eſt, nimirum qvod eis tali anno, talem morbum, vel mortem illaturus, aut procuraturus ſit. Deus enim eos qvi conſulunt Dæmonem illi ſubjicit, illique in eos poteſtatem dat, ad caſtigandum eorum a Deo apaſtaſiam.* Neqve vero etiam, qvia exitus oraculorum de Bironio & Lonigvio, veritatem comprobavit, idcirco futurorum præſcientia Diabolus immota gau-

(48) l. 2. de Doctr. Chriſt. C. 23. 14. Tom. III. Oper. Edit. Col. 1616. (49) Corn. a Lapide, Commen. in Ec.leſi. c. XXXIX. 33. p. 8186.

gaudet. Qvanto cautior hic præ Helmontio Christiano, Diogenianus (50) homo gentilis erat, qvi, qvod ex multis Deorum effatis unum vel alterum contingeret casu potius qvam consilio fieri ajebat, neqve dæmonibus ideo potius certam futurorum præsensionem adscribendam esse judicabat, qvam peritiam jaculandi sagittario, qvi scopum, a qvo sæpius aberravit, semel tangit; aut prudentiam sanandi medico, qvod ex multis, qvos interfecit, unum servet. Hisce non absimilia sunt, qvibus inflato artis suæ buccinatori Chaldæo Nicopompus, interprete politissimo Barclajo (51) os oppilat: *Vt insomnia, qvanqvam sine arte vel duce oberrantia, tamen interdum fortuitas rerum venturarum species, referunt; & coecus, si vim lapidum spargit, aliqvando imprudens tangit metam. Sic dum multum & passim Chaldæi, mentimini, nihil mirum est, si nonnunqvam fortuna vestram audaciam commendat; & miramini, vos vera dixisse.* Judicent nunc eruditi, utrum typi cælestes in officina Helmontiana cusi fusique, ætatem ferre possint, an vero in aerem & ventos abeant. II.

(50) Apud Euseb. l. 4. Præp. Evang. c. 3. p. 137. (51) Argen. l. 2. p. m. 188. Danhauerus Auctar. qvæst. moral. p. 539. ubi simile abiis, qvi assidue; jaciunt aleas, vel talos figunt, mutuatur.

II.

M. HENR. SCHARBAU

OBSERVATIONES BASNAGIANÆ *In Flavium Josephum.*

qvibus varia illustris Scriptoris loca illustrantur, vindicantur, emendantur.

Conspectus.

§. *I.) Generalia & Desiderata qvædam de Josepho. II.) Locum Josephi ex sibyllinis oraculis non esse supposititium contra Gallæum. III) Ephemeriæ Sacerdotum apud Josephum contra Spanhemium vindicatæ, illustratur Luc. II. 11. s. IV) Locus Josephi Antiq. L. XI. c. 4. emendatus. V) De ordine mensium Judaicorum tempore Asmonæorum contra Scaligerum. VI) Josephi de Patre Antipatri narratio contra Africanum vindicatur. VII) Mater Herodis κύπρος non κύπρις. IIX) Josephus in numero annorum Herodis emen-*

mendatus. IX) Hircanus Herodis κηδεστὴς *an gener an solus affinis? X) De tempore suscepti ab Herode regni Josephi chronologia emendata & contra Baronium vindicata. XI) Gelenii versio emendata. Chronologia obsidionis urbis Hierosolymitanæ. XII) De die expugnatæ urbis. Josephus contra Dionem & Norisium defensus. XIII) Vindiciæ quorumdam locorum Josephi sub initium libri XV. contra Cunæum, Diodorum, Plutarchum. XIV) Chronologia natalium Regni Herodis, unde incipiat? contra Baronium. XV) Calvisii error chronologicus & defensio Josephi contra Harduinum. XVI) Varus cum Varrone â Baronio confusus. XVII) Fines regni Herodis contra Harduinum. XIIX) De Templo in Panio extructo. Panium loci non templi nomen contra Harduinum. XIX) Consilium de extruendo templo ceptum anno 18 Herodis contra Capellum. XX) Matth. II, 5.* πτερύγιον *Templi ex Josepho declaratur. De numero Portarum Templi contra Capellum.*

XXI)

XXI) de tempore dedicationis Cæsareæ contra Calvisium. Herodes non bis sed ter Romam profectus contra Baronium. XXII) Volumnius Syriæ non Præses sed Procurator. XXIII) Geleniane versionis error in Historia de Syllæo, qvem nec Havercampius prorsus evitavit. XXIV.) Vari Successor Cyrenius, non Cyrenii Varus contra Baronium. Illustratur Matth. II. 22. βασιλεύειν *in Historia Archelai. XXV.) Chronologia van Till de sacris puerperii ex Josepho refutatur. Descriptio Augusti Luc. II. 1. ex Josepho illustrata. XXVI.) De Qvirinio viro* ὑπατικῷ. *XXVII.) De eodem contra Baronium, & de Epocha Josephi in numerandis Augusti annis. XXIIX.) Gelenii error in præfectura Valerii Grati. An tumultus Samaritanorum ap. Jos. L. XIIX. c. IV. n. 1. idem sit cum eo cujus mentio fit Luc. XIII. 1. XXIX) Allixii qvædam observatio de Pratura Pilati decennio contra Usserium. XXX.) De duplici Vitellii in urbem adventu contra Usserium. De tempore mortis Philippi tetrarchæ contra Harduinum.*

I.)

I.

FL. JOSEPHUS, Dei gratia nobis conservatus Scriptor, adeo splendide cura celeberrimi SIGEBERTI HAVERCAMPII A. 1726. prodiit, ut non ipse sibi solum gratulatus sit, qvod opus tantæ molis perfecerit perfectoq; gaudere possit; sed omnium qvoq; eruditorum, qvantum scio, calculum obtinuerit. *Respondit tandem*, ita Præfationem orditur, *votis nostris eventus; neqve conatus ille, visus qvibusdam audax & periculosæ opus aleæ, irritus fuit. Qvasi vero aut eqvum Sejanum agitaret is, qvi Flavii operibus edendis incumberet, aut Fulviam, fatalem maritis suis uxorem domum duceret; Sic omnes Josephum edere cogitantes, idem manere fatum notissima inter eruditos vagabatur fabula.* Vix superesse aliqvid videbitur, qvod attentionem & curam Havercampii & virorum maximorum, qvorum labores tam in notis qvam ad calcem exhibet, effugerit, fuere tamen, qvi teruncium tantis thesauris adjicere non sunt veriti. JOH. CLERICUS *in bibliotheqve ancienne & moderne* T. XXVI. P. 1. ubi hanc editionem recenset, monet, Josephum qvidem hebraice, at non prout in Bibliis occurrit sed corruptæ per Chaldaismos & Syrismos

lingvæ fuisse peritum; Idqve exempl
docet male a Josepho intellectis. Disqvi
sitionem hæc sententia uberiorem mere
tur, tetigere eam alii, qvos adducit cel
J. A. FABRICIVS *Bibliothec. Græcæ* L. IV
c. VI. §. 2. & in editione Havercampi
operum Josephi p. 58. in not. lit. p. Cl. I
C. COLERVS *Anthologiæ fascic.* v. p. 319
s. exhibet emendationes qvasdam MSCta
Josephi Scaligeri manu ad oram editio-
nis græcæ Frobenianæ A. 1544. exara-
tas. Liber ad *F. Gomarum* pervenerat po-
stea, hinc ad *Gv. Goesium*; inde ad *Schurtz-
fleischium*, tandem in Bibliothecam Vi-
nariensem translatus fuit. Merentur u-
beriorem disqvisitionem Josephi Theo-
logia, singulares item hypotheses ejus-
dem in exponendis sacri codicis dictis, Hi-
storiis, miraculis. Exemplum hic dedit
PETRVS BRINCK Danus *in examine chro-
nologiæ & Historiæ Josephi* inprimis L. II.
c. I. sq. c. V. VI. edit. Haverc. p. 300.
s. Illustrationes item qvas stilus Josephi &
ejus dictio sacræ scripturæ afferre potest, cu-
jus rei specimen dedit cl. F. WOKENI-
VS in diss. *de usu Josephi in V. & N. T.* qvæ
A. 1720. Sedini prodiit. Ego cum ante
biennium vastissimum opus *annalium Poli-
tico-Ecclesiasticorum* perlegerem, qvod ma-
xima

cimæ eruditionis vir SAMVEL BASNAGIVS confecit & A 1706. & sq. edidit tribus voluminibus in folio, ea qvæ ad Josephum ejusque illustrationem faciunt in proprios usus annotavi. Observavi deinceps, *Havercampium* & *Hudsonum* Basnagii has observationes dignas habuisse, ad qvas in notis provocarent, qvasque aliis annotatis immiscerent, sed ter solum aut qvater nomen & opus Basnagii legitur. Neqve tamen reliqvæ minoris aut conditionis aut elegantiæ sunt. Has igitur benevolo Lectori collectas jam offero, ipsis plerumqve ejus verbis retentis, nisi ubi nimium excrescerent. Parum hic mihi vindico, nisi aliqvid laboris, qvem in eo posui, ut olim margini Josephi hæc adscripserim, jam vero numeros editionis Gelenii, qva Basnagius usus est, non sine tædio cum numeris Havercampianis mutaverim.

II. *Antiqv.* L. I. cap. IV. n. 3. p. 16. ex editione SIGEBERTI HAVERCAMPII, (ad qvam semper deinceps provocabo) Josephus de turri Babylonica scribens Sibyllæ testimonium affert. Consilium scilicet homines qvosdam cepisse de turri altissima ædificanda; qvasi in coelum per eam scansuros, pergit: οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον καὶ

O 2 ἰδίαν

ἰδίαν ἑκάςῳ φωνὴν ἔδωκαν. At Dii, ventis emissis, turrim hanc evertêre, & suam cuique lingvam attribuêre. Disputat hac occasione BASNAGIUS contra GALLÆUM, qvi in *de sibyllinis oraculis* p. 459. hæc verba Josepho addita esse qvemadmodum & alia ipsi attributa, putat. Scribit: Ætate Josephi jam oracula sibyllina ferebantur, qvorum in suis Archæologiis meminit. Neque *Gallæo* assentimur, eo propendenti, qvod verba hæc Josepho addita sint. Non ita profecto est, qvod ullum Josephi exhibeatur exemplar, in qvo adductus locus desideretur. Neqve â Judæorum indole piæ fraudes abhorrebant, qvo morbo, vel Apostolicam ætatem laborasse, miramur atqve dolemus. Qvod si Josepho ea inserta fuissent, qvæ apud illum leguntur, â Christianis utiqve inseri debuissent. Qvid igitur causæ est, qvod tantum discriminis sit Josephum inter & carmina sibyllina. L. III. 7.

Αἰπεινοτ' ἐπηπείλησε βροτοῖς οἱ πύργον ἔτευξαν.

Qvæ mortalibus minatus est, qvi turrim ædificarunt. Qvantum hæc â Josepho discrepant? Insuper Josephi verba non Dei unius sed complurium Deorum mentionem faciunt. οἱ δὲ θεοὶ &c. Hæc cine

Chri-

Christianus addidisset. -- Est igitur verisimillimum, Judæos multa Sibyllis rius affinxisse qvam Christus oriretur. BASNAG. *Annal.* T. I. p. 154. b. f. §. XVI.

III. L. VII. c. XV. n. 7. p. 408. *Josephus* agit de divisione sacerdotum in certas classes â Davide factâ, additqve διέμειν ἔτος ὁ μερισμὸς ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. Hæc divisio mansit in hodiernum diem. SPANHEMIVS *dub. Evang.* XV. n. II. p. 11. Ephemerias sacerdotum parvi facit. *Opponitur*, ait: *Ephemeriam Joarib, primam restituto Dei cultu sacris operatam. At, qvid illa legali pollutione contaminata: qvid si denuo forte inqvisitum â Juda? qvid si aliqva ex 24 familiis interciderat?* Opponit hæc iis, qvi apparitionem Angeli Gabrielis Zachariæ vice sua in Templo thus adolenti factam *Luc.* I. 11. illustrant, & ex eadem tempus, qvando hæc apparitio contigerit, venantur, *Kepplero*, & aliis, qvi eum seqvuntur. Non existimamus tamen ita *Spanhemio* respondet BASNAGIVS, p. 81. b. §. VII, instantiis ejusmodi argumentationis ex Ephemeriis petitæ, nervos incidi posse. Nullam ex familiis 24 intercidisse monuit nos Josephus l. c. Nulla igitur classium sacerdotalium vigin-

ἰδίαν ἑκάςῳ Φωνὴν ἔδωκαν. At Dii, ventis emissis, turrim hanc evertêre, & suam cuique lingvam attribuêre. Disputat hac occasione BASNAGIVS contra GALLÆVM, qvi in *de sibyllinis oraculis* p. 459. hæc verba Josepho addita esse qvemadmodum & alia ipsi attributa, putat. Scribit: Ætate Josephi jam oracula sibyllina ferebantur, qvorum in suis Archæologiis meminit. Neque *Gallæo* assentimur, eo propendenti, qvod verba hæc Josepho addita sint. Non ita profecto est, qvod ullum Josephi exhibeatur exemplar, in qvo adductus locus desideretur. Neqve â Judæorum indole piæ fraudes abhorrebant, qvo morbo, vel Apostolicam ætatem laborasse, miramur atqve dolemus. - Qvod si Josepho ea inserta fuissent, qvæ apud illum leguntur, â Christianis utiqve inseri debuissent. Qvid igitur causæ est, qvod tantum discriminis sit Josephum inter & carmina sibyllina. L. III. 7.

Αἰποτ᾽ ἐπηπέιλησε βροτοῖς οἱ πύργον
ἔτευξαν.

Qvæ mortalibus minatus est, qvi turrim ædificarunt. Qvantum hæc â Joseph[o] discrepant? Insuper Josephi verba no[n] Dei unius sed complurium Deorum men[]tionem faciunt. *ο ι δὲ θεοὶ* &c. Hæc ci[]

Chr[]

Chriſtianus addidiſſet. - - Eſt igitur veroſimillimum, Judæos multa Sibyllis prius affinxiſſe qvam Chriſtus oriretur. BASNAG. *Annal.* T. I. p, 154. b. f. §. XVI.

III. L. VII. c. XV. n. 7. p. 408. *Joſephus* agit de diviſione ſacerdotum in certas Claſſes â Davide factâ, additqve *διέμει-ιν ἄτος ὁ μερισμὸς ἄχρι τῆς σήμερον ημέρας.* Hæc diviſio manſit in hodiernum diem. PANHEMIVS *dub. Evang.* XV. n. II. p. 21. Ephemerias ſacerdotum parvi facit. *pponitur*, ait: *Ephemeriam Joarib, primam reſtituto Dei cultu ſacris operatam. At, qvid illa legali pollutione contaminata: qvid ſi nuo ſorte inqviſitum â Juda? qvid ſi aliqva ex familiis interciderat?* Opponit hæc iis, vi apparitionem Angeli Gabrielis Zahariæ vice ſua in Templo thus adolenti ctam *Luc.* I. 11. illuſtrant, & ex eaem tempus, qvando hæc apparitio congerit, venantur, *Kepplero*, & aliis, qvi m ſeqvuntur. Non exiſtimamus tamen a *Spanhemio* reſpondet BASNAGIVS, p. . b. §. VII, inſtantiis ejusmodi argu-entationis ex Ephemeriis petitæ, ner-s incidi poſſe. Nullam ex familiis 24. tercidiſſe monuit nos Joſephus l. c. ulla igitur claſſium ſacerdotalium vigin-

 ti

ti qvatuor extincta fuerat ævo Zachariæ cum omnes adhuc vigerent Josephi temporibus, servato, qvem David instituerat, ordine. Neqve fingendum animo *denuo sorte inqvisitum à Juda fuisse.* Cui bono, cum antiqvus eniamnum vigeret ordo, consensu non modo Reipublicæ sed Numinis etiam conspiratione corroboratus. Audiatur *Josephus* in vita sua *Tom. II.* p. I. *Ego autem non solum ex genere Sacerdotali sum ortus, verum etiam ex prima classe, inter viginti qvatuor illas, qvas inter non tenue est discrimen.* Suum ergo locum honoremque pristinum classes retinuere, ideoqve ordine a Davide constituto, qvælibet sacris operata est. Ex his autem Josephi verbis minime seqvi, stante adhuc Templo, Antiqvitates ejus fuisse scriptas docet B. TH. ITTIGIVS in prolegomenis Josepho præmissis ex editione *Havercampii* p. 81. a. & D. I. A. FABRICIVS, ib. p. 59. b.

IV.) *Lib.* XI. c. IV. n. 7. p. 558. scribit Josephus: Sacerdotes ac Levitas cum reliqvis Israelitis hostias immolasse pro renovata pristina felicitate proqve recepto novo templo, anno regni Darii nono, vigesimo tertio die *μηνὸς ἑνδεκάτε ὃς κα-*

λεῖ-

λεῖται παρ' ἡμῖν Ἀδαρ, παρὰ δὲ Μακεδόσιν Δύςρος. *Basnagius* addit: Legendum δυοδεκάτε; Qvod ex seqventibus promptum est. *Havercampius*, qvæ nostri conjectura fuit ex optimis codicibus restituit, legitqve δυοδεκάτε. In editione optimæ notæ *Frobeniana* a. 1544. qvæ ad manus est, pariter legitur ἐνδεκάτε p. 326.

V.) *Ib.* n. 8. de reducibus ex captivitate Babylonica, ait: eos festum egisse, & victimam, qvam paschalem vocant, immolasse, instante Azymorum festo, mense primo μηνὶ τῷ πρώτῳ, κατὰ μὲν Μακεδόνας Ξανθικῷ λεγομένῳ, κατὰ δὲ ἡμᾶς Νίσαν. Hunc locum *Basnagius* producit, ut errorum SCALIGERI emendet, qvi *Emendat. Temp.* p. 450. dicit. *Josephus vocat* τρίτον μῆνα *Thammus, qvi erat qvartus a Nisan, sed tertius ab Ijar, unde putabant annos Hassamanæorum.* Sed nullis, opponit, exemplis deprehendi, initium Assamanæorum in mense Jiar â Josepho unqvam collocatum esse. Imo mensis Xanthicus, sive Nisan, primus ipsi dicitur. Qva etiam ratione, mensis Adar Josepho duodecimus est.

VI.) *Lib.* XIV. c. 5. n 3. p. 683. de An-

tipatro Patre Herodis magni ait: primum dicebatur Antipas, καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τοῦτ' ἦν τοὔνομα, *atqve Pater ipsius eodem vocabatur nomine*, &c. plane diversa est narratio *Africani in epistola ad Aristidem* apud EVSEBIVM *in Hist. Eccl.* L. I. c. VII. qvi eum nominat filium Herodis cujusdam Hieroduli, additqve: Latrones Idumæos, cum Ascaloni civitati supervenissent, ex delubro Apollinis eum, simul cum reliqva præda captivum duxisse. Basnagius observat: eandem opinionem & Patrum animos pervasisse, qvi Herodem pro *Ascalonita* & *Proselyto* habuerunt: Sed Africani hanc traditionem fabulis nutricum esse apponendam. Præterea, ita pergit: adversa fronte cum Josepho pugnat illa Africani traditio: Antipater ergo non Herodis sed Antipæ filius. Qvis porro Josephum & gravissimum historicum & Africano antiqviorem & illa narrantem, pvæ publicæ memoriæ insidebant, merito non anteferat, obscuræ ignotorum hominum traditioni, cui Africanus nimis credulus fuit? Neqve putat aut Josephum natalium Antipatri hospitem fuisse, aut deditâ operâ falsæ originis gloriâ Herodi honores accumulare voluisse. Probat testimonio *Nicolai Damasceni*

sceni, probat alio Josephi loco, qvo nobilissimis Idumæorum Antipater inseritur, sed Hieroduli ignobiles erant Templorum ministri, qvi Marti consecrabantur, *Martiales*, qvi Veneri, nuncupabantur *Venerei. Basnag.* p. 8. a. § XV. Havercampius ex Noldio observat: de Patre Antipatri Josepho potius qvam Evsebio fidem habendam.

VII.) Lib. XIV. c. VII. n. 3. p. 694. de eodem Antipatro *Josephus* narrat: magnæ eum antoritatis fuisse apud Idumæos, â qvibus etiam uxorem duxerit, ex nobili Arabiæ familia, nomine Κυπρον, qvatuor filiorum matrem, Phasaeli, Herodis, Josephi & Pheroræ & filiæ Salome. Qvosdam codices legere Κυπριν *Hudson* apud *Havercampium* animadvertit. Editio Frobeniana a. 1544. §. IV. citata habet Κύπρον, juxta veterem divisionem c. XIV. p. 427. Audiamus nostrum: p. 8. §. XVI. sq. Scribendum esse Cypron non Cyprin, nobis est certissimum, qvo nomine etiam vocata est Herodis & Mariamnes filia. Similiter Phaselo Cypros fuit, qvæ nupsit Agrippæ. *Cypros* qvidem non *Cypris*; est enim inter utrumqve nomen differentia. Κύπρος Hebraicum â כפר deductum, qvod in cantico

non semel legitur אשכל הכפר *botrus copher*. Cui arbori odor ineſt gratiſſimus, eoqve cum *nardis* conjunguntur כפרים *Cyperi*. Κύπρις vero Græcum eſt veneris nomen, qvod Judæorum nullus gerebat, qvia ab idolorum titulis appellationibusqve maxime abhorrebant. Herodis matrem *Cyprin* vocavit Evſebius, qvo forſan nomine, error de Antipatri & origine & religione adjutus eſt. Semel tamen apud Joſephum legitur Cypris de *B. I. L. I. c. VI.* Sed mendum eſſe videtur, niſi ab Ethnicis Romanisqve, qvibus *Cypros* peregrinum vocabulum, notiori nomine donata ſit Herodis mater, ut qvæ Judæis *Cypros*, ethnicis *Cypris* fuerit. Qvo caſu injuſta qvidem foret *Scaligerana* Euſebii cenſura hæc, *Animadv. 983. Matrem Herodis falſo* Κυπρίδα & Κύπριν *primus omnium vocavit Evſebius*. Κύπρος autem nomen eſt arboris. Cum ex Cypro præſtantiſſimum fiat ungventum, ex ea arbore Herodis matri fragrans delicatumqve nomen eſt inditum. Ex floribus arboribusqve odoratis mulierum nomina deſumebant. הדס Myrtus eſt. *Nehem.* VIII. 15. Hinc Eſther *Hadaſſa* nuncupata, ſic ancilla *Rhode*.

IIX.)

IIX.) *Ib.* c. IX. n. 2. p. 699. de Antipatro legitur: Eum Galilæam curandam commisisse Herodi etiam tum admodum Adolescenti: ιε γὰρ αὐτῷ ἐγεγόνει μονα ἔτη. *Nam qvindecim tantum annos natus erat. Basnagius* p. 158. a. §. VIII. Hunc locum mendo affici, ut alios optimo hoc in Scriptore innumeros, jam eruditi demonstrarunt, indubitanterqve scribendum, *annos natus tantum viginti sex.* Facilis qvippe mutatio est numeri KS in IE. Neqve emendationi repugnant verba hæc, νέῳ πάντάπασιν ὄντι, *cum esset penitus Juvenis.* Etenim Josephus vocem νέος *Juvenis* usurpare solet de illis, qvi annum decimum qvintum transcenderunt. De Domitiano (de B. I. L. VI. c. 23) νέος γὰρ ἦν ἔτι παντάπασιν *nam admodum adolescens erat.* Domitianus tamen annum XIX evaserat. Paulus annos plus qvam XXV. natus Lucæ vocatur νεανίας, (*Act.* VII. 58.) An credibile, provinciam ejusmodi qvindecim annorum puero fuisse creditam? In administrandâ qvidem Galilæâ, sapientia, magnanimitas, virtutes animi multæ & magnæ reqvirebantur, qvæ homini annorum viginti sex rarissime sunt ingenitæ, ut vel ea æ-

tate

tate, Herodes reſpectu ad onus ſibi impoſitum habito, pro admodum Adoleſcente non immerito haberetur.

IX,) *Ib.* c. X. n. 2. p. 703. ad decretum Cæſaris in gratiam Judæorum, vide infra ad *Lib.* XVII. C. XI. n. 2. p. 862. *Ib.* Lib. XIV. c. XIII. n. 1. p. 721. de Herode apud Antonium â Judæis accuſato ſcribit *Joſephus*, adfuiſſe etiam Hircanum ὃς κηδεστὴς ἐτύγχανεν ἤδη γενόμενος. GELENIVS vertit: *qvi jam ſocer factus erat.* *Basnagius*: Hic corrigenda *Gelenii* verſio. Etenim non niſi poſt qvadriennium, anno ſcilicet Juliano nono, qvo Herodis cum Mariamne celebratæ ſunt nuptiæ, ſoceri Hircanus titulum accepit. Vox Græca Κηδεστὴς *affinem* ſignificat. Video hic ab *Havercampio Hudſonum* allegari qvi â *Basnagio* diſſentit. *Malit Basnagius, qvod non niſi poſt qvadriennium Herodis cum Mariamne celebratæ fuerint nuptiæ. Verum, pace clarisſimi viri, æqvè potuit dici* ſocer *ac* affinis, *poſtqvam neptem jam ſuam Herodi deſponderat. Virgilius de Choroebo futuro Priami genero:*

Et gener auxilium Priamo Phrygibusqve ferebat.

X.)

X.) *Ib.* l. XIV. c. XIV. n. 5. p. 728. Tempus qvo Herodes regnum suscepit Olympiade centesima octogesima qvarta, Cajo Domitio Calvino iterum & Cajo Asinio Pollione Consulibus. Corrigendum hic esse Josephum *Basnagius* putat, qvod & observatum est in notis Havercampianis, librariorum enim vitio habere putat τῆς ρ καὶ π, καὶ δ Ολυμπιάδος & pro δ legendum esse, ε, olympiade CLXXXV. LANGIVM tamen *de annis Christi* l. 2. c. 18. p. 341. receptam Josephi lectionem defendere monet. Chronologiam *Josephi* hac occasione prolixe defendit *Basnagius* p. 16. b. s. §. XIV. XV. XVI. ubi regni Herodiani calculum conficit. Neqve Josephum hic inter & Evangelistam Matthæum esse dissidium, sed utrumque incredibili modo consentire. Prolixiora hæc sunt qvam ut hoc loco adscribi possint.

XI.) *Ib.* *Lib.* XIV. c. XV. n. 2. p. 729. de rixa Cæsareæ inter Judæos & Syros orta vide ad L. XX. c. IIX. n. 7. p. 973. *Ib.* c. XV. n. 14. p. 735. narrat: Herodem castra metatum esse prope Hierosolymam. Factum hoc esse ait: Ἀνήξαντος τοῦ χειμῶνος, *ubi biems desæviit*, pessime GELENIVS ubi *tempestas*. qvasi vero bidui aut

aut tridui procella belli fini fuisset impedimento. *Ib.* c. XVI. n. 4. p. 707. expugnationem urbis ab Herode factam esse scribit olympiade CLXXXV, τῷ τρίτῳ μηνὶ, τῇ ἑορτῇ νηστείας, ὥσπερ ἐκ περιτροπῆς τῆς γενομένης ἐπὶ Πομπηΐου τοῖς Ἰουδαίοις συμφορᾶς. *mense tertio, feriis, quibus solenne fuit jejunium, tanqvam recurrente in idem temporis momentum illata a Pompejo Judæis calamitate.* Hæc non minima difficultate afficiuntur, inqvit *Basnagius.* Tertius qvippe anni sacri mensis, ad mensem *Sivan*, non ad *Tammus* pertinet. Id qvidem verum, vigesimo tertio Sivan, ob Jeroboami & defectionem & idololatriam, jejunium â Judæis celebrari. Ac menses illi qvinqve, qvos Hierosolymitana consumpsit obsidio, ultra Judæorum Sivan porriguntur, præterea in Scriptura, solemnia Judæorum jejunia erant numero qvatuor. *Zach.* VIII. 19. ut eorum unum, â Josepho indicatum fuisse fiat probabilissimum. Non qvinti, non septimi, non decimi, ergo qvarti mensis jejunium. Scaliger ut supra monitum tertium mensem ab Ijar esse putat, â qvo annos Hassamonæorum putabant. Vide qvæ §. V. observata sunt, addit

il-

Basnagius: neqve fit nobis verisimile, ad designandam Hierosolymæ calamitatem, â Josepho computationem adhibitam fuisse, ab illa diversam, qvæ publica erat & notissima, qvalis ea est, qvæ in anno sacro non â Ijar sed a Nisan ducebat initium, p. 30. a. §. X.

XII.) Seqvitur apud Basnagium l. c. §. XI. de die expugnatæ urbis observatio contra DIONEM L. XLIX. p. 405. & qvi Dionem seqvitur, NORISIVM. Scaliger sic censet: *Hierosolyma capta XVI. Julii, feria tertiâ.* Qvæ si vera sunt, falsi dica scribenda est Dioni, id calamitatis septimæ feriæ assignanti. *Capti â Romanis priores illi, qvi pro Templo Dei sui pugnabant, post reliqvi etiam, Saturni die.* Nil ergo eruditissimo Norisio causæ fuit, cur Dionem Josepho anteponeret, Cujus narrationi fidem facit insignis ille character ex anno sabbatico ductus, qvi sperni, aut pro nihilo putari non potest, qvin hujus historiæ magna pars evanescat atqve diffluat. Objicit vir clarissimus: *Peccare Josephum in supputandis annis â captis Hierosolymis â Pompejo, usque ad eandem urbem iterum â Sosio oppugnatam, cum etiamsi dicatur capta sub Agrippæ & Caninii consulatu, anni tantum sex supra viginti inter utram-*

utramqve expugnationem numerentur. (Josephus: καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνου Πομπηΐου τῇ αὐτῇ ἑάλωσεν ἡμέρᾳ μετὰ ἔτη εἰκοσιεπτά,) Sed erroris absolvi Josephus qvam facillime potest, ita Basnagius: Qvippe phrasis μετὰ ἔτη κζ optime verti potest anno vigesimo septimo, qvomodo *Marci* VIII. 31. μετὰ τρεῖς ἡμέρας, significat tertia die qva Christus resurrexit. Sic apud Josephum (de B. I. L. I. c. 18.) μετὰ ἔτη δύο explicatur δευτέρῳ ἔτει *anno secundo.* Jam vero annus, qvo sub imperium Herodis cecidit Hierosolyma, ab illo incluso, qvo ditioni Pompejo permissa est, numero est vigesimus septimus. A. Pompejo capta est, anno urbis 691. Ab Herode expugnata fuit anno 717.

XIII.) *Lib.* XV. C. II. n. 2. p. 741. Josephus de Judæis Babylonem inhabitantibus ait: Hircanum ut Regem & Pontificem honorabant πᾶν τὸ μέχρις Εὐφράτου νεμόμενον Ἰουδαίων ἔθνος. Similia his loca occurrunt alibi, inprimis L. XII. c. XII. Hæc annotat contra CVNÆVM, qvi in Rep. ebr. L. I. c. X. negat: Tribus Israeliticas præter tribum Judæ Judæorum nomen participasse, idqve delirium

Eusebii

Eusebii appellat. *Ib.* c. IV. n. 2. p. 749. agrum Hierichuntinum laudat, qvod balsamum producat ὁ τιμιώτατον τῶν ἐκεῖ καὶ παρὰ μόνοις Φύεται, qvod ejus loci pretiosissimum est, nec ullibi alias provenit. *Diodorus* simile balsamum qvod in Arabiæ qvadam convalle nascitur laudat, qvem citat *Basnagius* atqve addit: Nobis Josephi qvam Diodori potior est autoritas p. 40. §. XIV. Denuo *Cap.* V. n. I. p. 751. Josephus de Herode scribit, cogitasse eum de subsidio Antonio contra Cæsarem ferendo cum pugna Actiaca expectaretur. Ἀντώνιος δὲ τῆς μὲν ἐκείνου συμμαχίας ὐδὲν ἔφη δεῖσθαι, Antonius vero ejus se subsidio egere negavit. Ex his liqvet deceptum fuisse PLUTARCHVM *in Antonio* p. 944. ait Noster, scribentem: *Antonio misit auxilia Herodes Judæus*; qvæ de militari subsidio sunt capienda. Nil autem armorum misisse certum nobis facit Josephus, cum jussu Antonii bello Arabico detineretur. p. 44. b. §. IX.

XIV.) *Lib. eodem*, c. VI. n. VII. p. 758. enarrat optimus Scriptor, qvomodo Cæsar diadema Herodi restituerit, eumqve monuerit, ut sibi non minus amicus esset

qvam Antonio, adeo ut ei Regnum a integro ex inſperato magis fuerit confir matum, qvamobrem etiam ſenatus con ſultum impetraverit. *Baronius* hic, qv *Basnagii* obſervatio eſt, faſtos perturba omnes, deſtruit, ædificat, miſcet qva drata rotundis. Contendit enim, *no licuiſſe Herodi illos regni ſui annos numerare qvibus regnavit, poſtqvam regnum ab Antonio accepit, ſed ab eo tempore, qvo ab Auguſto redditum fuit & Senatus conſulto confirmatum* at vero! longe diſcrepant confirmare alicui regnum & reſtituere. Ablatum reſtituitur, confirmatur retentum. *Confirmatam* Herodi dignitatem, Joſephus dixit, *reſtitutam* non dixit. Confirmat hæc teſtimonio TACITI, qvi ait L. V. c, 2. *Regnum ab Antonio Herodi datum victor Auguſtus ſanxit.* In ſeqventibus Chronologiam hanc Baronianam de natalibus regni Herodis uberius perſtringit. p. 50. b. §. XIII. Ubi in penultima linea, qvod Basnagius monet, pro μονάρχας legi debet μονομάχες. Aliis idem ſuboluit; Havercampius in textum poſuit.

XV.) Lib. XV. c. VII. n. 4. p. 761. agit de Mariamnes ingenio moroſiori & contemtu matris atqve ſororis Regis, unde

de orta suspicio, qvam dixit durasse integrum annum ἐνιαυτῦ μῆκος, donec Rex eam capite plecteret. CALVISIVS annuum hoc spatium à discessu Cæsaris ex Asia numerare incipit, sed ait *Basnagius*: a Josepho discere potuit, ab Herodis post deductum Antiochiam usqve Augustum reditu, initium spatii annui esse capiendum. Anno autem præcedente, Herodes a Cæsaris comitatu Hierosolymam reversus erat. *ib.* n. 9. p. 764. legitur: Herodes παραλαβὼν τὴν βασιλείαν regnum adeptus Costobarum Idumææ Gazæqve præfectum constituisse. Hic HARDVINO videtur Josephus sibi contradicere, collatus cum iis qvæ de præfectura Gazæ narrat n. 3. p. 761. Audiamus Nostrum: Nimis contumeliose Josephum lædit in scriptis suis Harduinus. Exemplo sint verba hæc: (*de numm. Her. p.* 23.) *Narrat L. XV. c. XI. p.* 531. *Herodem ubi primum cape sivit regni administrationem, Idumææ & Gazæ dedisse Costabaro præfecturam: hoc est, ipsius calculo anno V.C.* 714. *cum tamen idem asseveret, eodem illo cap. XI. p.* 529. *Gazam Herodi ipsi fuisse traditam à Cæsare, post decennium tantum anno* 724 *exeunte.* Verum enim vero tantæ contradictioni Josephus non est postulandus. Verba sunt:

Hiſtorici: Herodes βασιλείαν παραλαβὼν ubi accepit regnum videlicet à Cæſare - Anno urbis 714 Salome nondum connubio juncta erat Coſtobaro, qvem poſt Joſephi prioris viri obitum duxit. Eam adhibere phraſin eo facilius Joſephus potuit, qvod poſt Antonii mortem Auguſtus Herodi reddiderat, non modo regionis partem qvam Cleopatra prius occupaverat, ſed attribuerat etiam ejus imperio, Gadara, Hippon, Garam, Antedonem, Joppen, Stratonisqve turrim. Ut magna regno ejus fieret acceſſio. p. 35 a. §. X.

XVI.) *Ibid*. c. X. n. I. p. 774. dicitur de vicinis Zenodori qvi vexabantur: Οὐάρρωνος κατεβόων τοῦ τότε ἡγεμονεύοντος, adverſus Varronem, qvi tum præfectus erat vociferabantur, & ut Cæſari de Zenodori injuriis ſcriberet, flagitabant. Accuſat BARONIVS inconſtantiæ Joſephum (*App. n.* 84.) *Qvanta in Joſepho inconſtantia, dum anno decimo ſexto Herodis, Varum fuiſſe Præſidem Syriæ tradit, poſtea vero ait, eum ſucceſſiſſe Sentio Saturnino, anno ante ejus obitum*. At hîc nil in Joſepho inconſtantiæ eſt, verum in Baronio multum negligentiæ, qvi fontibus

 Græcis

Græcis omissis versioni Josephi credulus
uit. Varronem scripsit Josephus non
arum, qvi â Geleniana versione pessimè
nobis obtruditur. p. 157. b. §. VII.

XVII.) Ibid: *numerus* 3. p. 775. incipit:
ἤδη δ' αὐτοῦ τῆς βασιλείας ἑπτακαιδεκάτου πα-
ρελθόντος ἔτους, Καῖσαρ εἰς Συρίαν ἀφίκετο.
um autem jam annum decimum septimum in
gno egisset Herodes, venit Cæsar in Syriam.
GELENIVS vertit: *decimo septimo ejus*
nno. Versio non est accurara, debebat
cribere: cum regni Herodis annus XVII.
am præteriisset. A captis Hierosolymis
ucitur Epocha, ideoqve verosimillimum,
extili mense Cæsarem egisse in Syria.
bidem porro narrat, qva in gratia & a-
ud Cæsarem & Agrippam Herodes fue-
it, & qvam amplum ipsi Imperium sit
oncessum. Zenodoro enim mortuo, ejus
egionem, (qvæ non parva erat inrer
Trachonem & Galilæam,) Ulatham &
Paniadem & agrum finitimum ipsi dedit,
&c. HARDVINO hîc cum Josepho lis
st. *Ethnarchiam*, inqvit: (de numm.
Herod. p. 21.) *Herodis, regiamqve potestatem*
ad Judæam tantummodo cum Samaria pertinuis-
e hyperaspistæ assentimur. Sed, *Basnagius*
eponit, nobis a magno Historico disce-
lere, religio est. Neqve sit nobis veri-

simile. Josephum anno Domini septi mo & trigesimo natum ignorare potuiss regni Herodis fines, qvi Galilææ rusti cis erant probe noti. Qvin etiam ma gnus est in ea re Josephi, & cum Stra bone & cum Scripturâ consensus. (Ci tat hinc loca ex STRABONE L. XVI 529. & DIONE. L. LIV. 526) Ex Scrip tura etiam liqvet: Herodem Antipatr præfuisse Galilææ, Philippumqve Tetra rcham fuisse Trachonitidis regionis & I turææ. Tribus autem solum modis Phi lippus & frater ejus, suarum in Tetrar chiarum possessionem venire potuerunt. Donatione scilicet, usurpatione, succes sione. Ab Augusto Tetrarchias Herodis ma gni filiis datas fuisse nullus veterum dixit, usurpatas fuisse dictu absurdissimum, ne qve id passi Romani fuissent. Antipas igitur Philippusqve Tetrarchias habue runt suas jure successionis, qvo in pa tris sui locum suffecti sunt. Qvid ad hæc HARDVINVS? (l. c. p. 25.) Fin git: *Herodem Antipam & Philippum, post mortem Zenodoro fuisse suffectos, ob aliqvam cum Zenodoro affinitatem, in qvam illi callide se insinuassent, tametsi ea nunc sit obscura.* Qvid est abuti immoderate ingenio, si hoc non est? Scilicet *obscura* Philippi & Hero-

Herodis cum Zenodoro *affinitas* nullo antiqvitatis subnixa monumento, Dioni, Josepho, Straboni opponi debuit. Qvis porro eos suffecit Zenodoro, Zenodorus an Augustus? ille testamento hic arbitrio? Qvis autor, ubi testes? Hæc sane si commenta admittantur, actum est de historia, antiqvitate, ratione, p. 33. b. §. XIIX.

XIIX.) *Ib.* n. 3. p. 776. agit Josephus de Templo qvod Herodes Cæsari exstruxit ex candido saxo in Zenodori terra *πλησίον τῦ πανίυ καλυμένυ, prope eum locum, qvod Panium appellatur.* *Basnagius,* p. 35. a. §. XXI. Josephum autorem immerito repudiat HARDVINVS (*de numm. Herod.* p. 30.) Πανέιον *non montis nomen sed fani fuit, non Cæsari, ut vult Josephus sed Pani dicatum.* Primum omnium observandum, Germanam Panii lectionem non esse πανέιον sed Πάνιον absqve diphtongo. Documento est Josephus qvi semper πάνιον habet non πανέιον. Observat etiam VALESIVS (in Euseb. p. 134.) *in manuscriptis codicibus Maz. Medic. ac Funet.* Πανὶυ ὄρυς *scribitur, non per diphtongum, ut in codice Regio Eusebiano.* Qvis autem de loco Judææ Josephum sibi constantem

non omnibus anteponat? Itaqve STEPHANVS Πανίον retinet: Est qvoqve Panium spelunca Palæstinæ. Qvod si locus Πανεῖον dicitur, non igitur *propter fanum Pani dicatum*, id nominis adeptus est. Alioqvin scribendum fuit cum diphtongo πανεῖον uti Σεπαρεῖον. Neqve Panis fanum somniavit PLINIVS magnus autor Harduino (L. V. c. 15.) Jordanis amnis oritur ex fonte Paneade, qvi cognomen dedit Cæsareæ. Qvid multa? Eusebius Palæstinæ metropolitanus, nescit montem à Templo Panis habuisse nomen. Temerarium est Josephum postulare mendacii, qvod scripserit, Templum in Panio ab Herode fuisse conditum, qvod bis apud eum legitur. (add. de B. I. C. I. c. XVI.) Qvæ si antiqvis bonisqve autoribus maledicendi concedatur licentia actum est de Historia.

XIX.) *Ibid.* c. XI. n. I. p. 777. *Josephus* exponit Herodis consilium de templo in aliam formam mutando. Τότε γοῦν ἐκτωκαιδεκάτου τῆς Ἡρώδου βασιλείας γεγονότος ἐνιαυτοῦ ἔργον οὐ τὸ τυχὸν ἐπεβάλετο τὸν νεὼν τοῦ θεοῦ δι' αὐτοῦ κατασκευάσασθαι &c. Itaqve fallitur clariss. CAPELLVS, una cum pluribus eruditis, existimando, *Herodem*

·odem 18. *sui principatus anno sanctuarium e-*
·vertisse, cum ex Josepho constet, toto
ıdhuc biennio stetisse, donec necessaria
ædificationi materia omnis pararetur.
Consilii ergo de exstruendo novo Tem-
plo tempus, ab illo, susceptæ executionis
accuratissimè secerni debet. *Ib.* n. 3. p.
79. additur descriptio instaurati & ex-
tructi ab Herode templi, consentit cum
magnifica Josephi descriptione TACI-
TVS (L. V. c. 2) qvi *immensæ opulentiæ*
Templum appellat. *Basnagius* addit:
BEROALDVS qvidem atqve SERARIVS
de tam augusta Templi forma volunt Jo-
sephum esse mentitum, sed id non rectè
dicitur. Qvis enim credat Josephum de-
dita operâ & sibi illusisse & lectoribus?
Neqve fallere hîc potuit, cum nobilissimi
ædificii testis esset Hierosolyma, testis
Judæa, testis oriens, testis ipsi Roma-
ni. Neqve etiam falli potuit in Templi
magnificentiâ, qvam ipse non modo, sed
alii etiam prope innumeri Græci & Ju-
dæi oculis deprehenderant.

XX.) *Ibid.* c. XI. n. 5. p. 781. describit
frontem meridionalem Templi. Inter
alia ait: *Erat ibi spectaculum, si ullum aliud*
sub sole, memorabile. Nam cum vallis in

immenſum dehiſceret , ita ut caligarent deſpicientium oculi , deſuper extructa erat alta porticus, ὡς εἴ τις ἀπ' ἄκρȢ τȢ ταύτης τέγȢς (*Basnagius*: non accurate ſatis GELENIVS, *cujus tecto conſcenſo* , malumus vertere) *ut ſi qvis in angulo tecti ejus conſtitutus, utramqve altitudinem conjunctum contemplaretur , absqve vertigine id non poterat. &c.* Hunc ipſum angulum putat noſter fuiſſe πτερύγιον, ubi poſitus a tentatore Chriſtus. Vero proximum, Hebræam vocem כנף expreſſam fuiſſe ab Evangelio. (*Matth.* IV. 5.) *Canaph* eſt Græcorum πτέρον *ala*, unde πτερύγιον *alula*. Canaph autem non *alam* modo, ſed *angulum* etiam ſignificat, ut apud *Ezech.* VII. 2. כנפות הארץ anguli terræ. Nullus erat aptior præcipitio locus , ut cadenti opus foret miniſterio Angeli , atqve miraculo ad vitam retinendam. In Templi tecto collocari Chriſtus non poterat, qvod aureis verubus horrebat acutiſſimis, ne ab inſidentibus avibus pollueretur. Ib. n. 5. p. 781. de portis interioris ſepti ait : *fuiſſe a parte meridionali & ſeptentrionali tres continuas , æqvaliter inter ſe diſtantes & ab oriente magnam portam*; qva deſcriptione

non

non *novem* sed *septem* tantum portas numeravit. Alibi tamen, (de *B. Jud.* L. V. c. V. n. 3. p. 332. *Part.* II. *Haverc.*) novem portas numerat auro undiqve tectas. Tentavit conciliationem CAPELLVS (*hist. Jud.* p. 157.) *Basnagius* pergit: displicet clarissimi viri conciliatio. Adhibitis vero calculis, decem exurgunt Templi portæ. Nullam sane difficilis nodi solutionem invenimus, nisi hæc satisfaciat. Nempe in antiqvitatum libro 15 Josephum solas austrinas septentrionalesqve portas memorasse, qvæ viris propriæ erant, ut in conclave suum penetrarent. &c. Prolixiora sunt hæc qvam ut exscribi possint. p. 438. a. §. VII.

XXI.) Lib. XVI. Cap. V. n. I. p. 797. Narrat *Josephus* solennia dedicationis novæ urbis Cæsareæ post decennium absolutæ. Hæ magna celebritate institutis qvinqvennalibus gestæ sunt, *olympiade* ait: *centesimâ nonagesima secundâ.* CALVISIVS Josephum hîc errasse putat. *Dicit autem* (verba sunt Calvisii) *Cæsaream dedicatam olympiade 92 cum potius ad 93. pertineat.* Atqvi, ait noster: annus Herodis 28 qvo hæc dedicatio contigit, cum olympiade CXCIII. copulari neqvit. Nec satis æ-

qvum

qvum videtur, hîc Josephum erroris po stulare, cum & rem notissimam scripti mandarit, & solus tempus dedicatæ Cæsa reæ ab oblivione vindicarit. *Ib.* c. VIII n. 6. *in fine* p. 810. ait: *Herodes cum Alexandro & Pherora in gratiam rediit, simul convenit inter hos, ut Herodes Romam iret, qvandoqvidem de hoc negotio Cæsari scripserat;* Καὶ μέχρι Ἀντιοχείας ἐπὶ τὸ αὐτὸ παρῆλθεν. *Iverunt una Antiochiam usqve.* Ea profectione *Basnagius* observat *Baronii* (*Anna.* I. n. 49.) error coarguitur: *Herodes*, inqvit, *tempore regni sui bis Romam concessit.* Atqvi constat ex Josepho, Herodem post adeptum diadema ter Romam navigasse. Prima vice anno Juliano 30, ut filios inviseret. Secunda anno Jul. 35, ut filios accusaret. Tertiâ & ultimâ currente anno ut consilio Archelai obtemperaret.

XXII.) L. XVI. c. IX. n. I. p. 811 de Saturnino & Volumnio tanqvam τοῖς Καίσαρος ἡγεμόσιν loqvitur. GELENIUS vertit: *Præsidibus*, qvæ versio decepit BARONIUM. (*Appar. n.* 86.) Advertere debebat ab ipso Josepho Volumnium ἐπιτρόπου *procuratorem* nuncupari, (L. I. c. XVII. de B. I.) qvi præsidis non

est

eſt titulus & in filiorum Herodis judicio, poſt tres Saturnini filios, qvi patris ſui legati erant Volumnium ſententiam dixiſſe. (*Antiqv.* L. XVI. c. XVII) vid. Basnag. p. 108. a. §. XIII. *Ibid.* c. IX. n. 1. in fine iterum mentio fit Σατȣρνινȣ καὶ Ουολȣμνίȣ τῆς Συρίας Επιςατȣ́των. Saturnini & Volumnii, qvi tum Syriæ præerant. GELENIVS ſic vertit: Saturnini & Volumnii, Syriæ Præſidum. Baronium hoc fefellit inqvit Noſter: qvaſi Saturninus & Volumnius collegæ fuiſſent. Atqvi unus Provinciæ Præſes imponebatur, proindeqve præſidis officio Volumnius una cum Saturnino fungi non poterat. Qvid muneris in Syria gereret Volumnius, ex alio Joſephi loco ſciri facillime poteſt, ſcilicet loco citato qvo dicitur ἐπίτροπος *Procurator.* Ib. c. IX. n. 2. p. 812. minæ Auguſti occurrunt: ὅτι πάλαι, χρώμενος αὐτῷ Φίλῳ, νῦν ὑπηκόῳ χρήσεται. De qvibus deinceps ad L. XVII. C. XI. n. 2.

XXIII.) *Lib.* XVI. c. X. n. 9. p. 818. de Syllæo hactenus accuſato & capite jam plectendo ait: τὸ δὲ σύμπαν ὁ μὲν Σύλλαιος ἀνετίμπετο τὰς δίκας καὶ τὰ χρέα τοῖς

δεδα

ὀεδανεικόσιν ἀποδώσων, εἶτα ὅτω κολα-σθησόμενος. Josephi mentem non est as-secutus GELENIVS. *In summa, Augustu remisit Syllæum in provinciam, ut postqvam satisfecisset creditoribus, daret supplicium.* Græca sunt *ἀνεπέμπετο τὰς δίκας ad judicium ductus & postqvam creditoribus de pecunia satisfecit, deinde capite punitus est.* Consentit cum Josepho sic exposito STRABO (L. XVI. p. 572.) dum factâ mentione de Syllæi fraudibus, qvi in Arabica expeditione Ælium Gallum fefellerat, scribit: *At Sylæus hujus rei causâ Romæ pœnas dedit, qvanqvam Amicitiam simularet.* De missione Syllæi in provinciam ne verbum apud Josephum p. 83. a. §. III. *Havercampius* pariter Josephum non videtur esse assecutus, incisum cum *Spanheimio* ponit post *ἀνεπέμπετο* & vertit: *In summa, remittitur Syllæus, jure functurus & æs alienum soluturus, deinde afficiendus supplicio.*

XXIV.) *Libro* XVII. *Cap.* V. n. 2. p. 836. Josephus narrat: Qvintilium Varum Saturnino Successorem missum fuisse ad gubernandam Syriam. Varo deinceps Successorem datum Cyrenium sub initium L. XVIII. c. 1. docet. Notissimus hic est ille Varus, qvi in Germania cum Ro-

Romanis legionibus cæsus fuit. *Basnagius* p. 103. a §. III. Ea Vari præfectura etiam atqve etiam est observanda, ut insignis error detrahatur *Baronio* (*App.* n. 86.) qvi Cyrenium Varo decessisse tradit. *Qvirinius habuit successorem Qvintilium Varum.* At ex Josepho Tacitoqve liqvet, Varo successisse Cyrenium non Cyrenio Varum. Baronium de Varianæ Præfecturæ tempore, in errorem duxit portentosa de supremo Herodis anno Chronologia, qvem Domini *octavum* dixit. Cum enim sciret ex Josepho, Præside Syriæ *Varo*, ad fata venisse Herodem, tam hujus obitum, qvam illius administrationem anno æræ Dionysianæ octavo alligavit, ingenti lapsu, cui nihil excusationis afferri potest. Vari præfecturæ gloriam addidit & Joannis & Christi Nativitas. Citat *Havercampius* in notis *Basnagium*, ubi tamen loco p. 203. legendum p. 103. conf. etiam p. 108. a. §. XIII. *Ibid.* c. VIII. n. 4. p. 849. In oratione sua Archelaus post mortem Herodis, ait, abstinere se τῦ βασιλέως ὀνόματος, appellationis tamen honorem consecuturum, si Cæsar testamentum a Patre scriptum autoritate suâ confirmaverit. TILLIVS *in dissert. de ann. nat.*

Christi

Christi p. 187. verba *Matthæi* II. 22. audivit se Josephum Archelaum *regnare* in Judæa, exponit *de Archelai conatibus & parasitorum qvorundam elogio*, sed regerit *Basnagius*: Neqve ullum exemplum venit in mentem usurpati ab Evangelistis verbi βασιλεύειν, nisi ad significandum imperium legitimum cum jure regnandi conjunctum, qvod diu post soluta puerperii virginei sacra est Archelao tributum. Hactenus qvidem pro Herode non regnabat Archelaus, cui neqve jure, neqve facto regnum competebat. p. 117. b. §. XLVI.

XXV.) *Ibid.* cap. VII. & IIX. prolixa de morte Herodis Historia texitur, ex qva uberius disputat contra laudatum TILLIVM, qvi in novam de purificatione virginis Chronologiam descendit, qvam peregrinatione Ægyptiaca *Herodianoq; obitu* posteriorem esse statuit. Nativitatem Domini, Magorum adventum, profugorum Josephi & Mariæ in Ægyptum abitum & ex Ægypto in Judæam reditum qvadraginta diebus includit, contenditqve figmentum esse, qvod communis sententia, sacra puerperii inter, & reditum in urbem Nazaretham exilium Ægyp-

Ægyptiacum interjicit. Sed utut egregia sunt qvæ hâc occasione disputat Noster, & ad illustranda qvædam *Josephi* loca faciunt, amplitudo tamen prolixa impedit, qvo minus adscribi possint. v. p. 26. §. XLVI. f. *Ibid. cap.* XI. n. 2. p. 562. Judæorum legati in oratione ad Cæsarem, qva Herodis tyrannidem enarrant petunt ab eodem βασιλείας μὲν καὶ τοιῶνδε ἀρχῶν ἀπηλλάχθαι, προσθήκην δὲ Συρίας γεγονότας ὑποτάσσεσθαι τοῖς ἐκεῖσε πεμπομένοις στρατηγοῖς: *ut regno & hujusmodi Principatu liberati Syriæ attribuantur, prætorumqve Romanorum administrationi subjiciantur.* Ex hoc loco, collato L. XVI. c. IX. p. 812. &. XIV. c. X. n. . p. 703. concludit *Basnagius.* Regnante Herode magno Judæos non fuisse Romanis vectigales ut eis censum solverent. Simplicem enim descriptionem fuisse ab Augusto mandatam, cujus mentionem facit Luc. II. 1. non tributi alicujus pensionem. Qvid faciebat ad censum, ait, qvod Josephus & Maria, relicto habitationis suæ loco, in urbem, Bethlehemiticam se conferrent? Hoccine moris erat, ut dum census peragebantur, censiti huc & illuc vagarentur? longe aliter *Baronio* creditum,

ditum, qvi census meminit sæpius. Non inficiamur qvidem, eam sententiam Patrum autoritate fulciri. Verum enim vero errantium vestigia Patrum Baronius seqvi non debuit, multo minus scripturam adducere in suæ aberrationis præsidium. Nullus Rex Judææ imperabat, cum Domino ostensum est census Numisma (*Matth.* XXII. 19. f.) Ad plures abierat Herodes, regnoqve pulsus fuerat successor ejus Archelaus. Ex illo tempore Judæa in provinciam redacta censum solvebat. At regnante Herode res alio se modo habuit, qvia Iudæa regnum fuit, qvod nil census pendebat, provincia non fuit. Deinde offensi ad Herodem Augusti literæ satis ostendunt, regnum ejus vectigale non fuisse, qvibus hæc continebantur. (L. XVI. c: IX. p. 812.) *Se hactenus illo usum tanqvam amico, posthac habiturum eum pro subdito.* Qvod si tributa solvebat, fuisset utiqve vel ante offensionem Augusti vectigalis, hactenus tamen amicus dicebatur: ex amicis vero populo Romano Regibus nil tributi reqvirebatur. &c. p. 107. §. XI.

XXVI.) *Lib.* XVII. C. XII. n. 3. p. 867. dicitur missus â Cæsare Qvirinius *ἀνὴρ ὑπατικός vir consularis.* BARONIVS (*App.* n. 38.)

33.) mentionem fieri ait, tanqvam rei adinodum recentis. Sed *Basnagius* p. 157. p. §. VII. addit: Ex his qvidem constat, Qvirinium fuisse consularem, qvod vero nuper Consulatum Qvirinius exuerit, hoc non scripsit *Iosephus*. Qvi vel semel amplissimâ dignitate functi erant, viri *Consulares* dicebantur.

XXVII.) *Lib.* XIIX. C. I. n I. p. 869. *Iosephus* scribit. Qvirinius per omnes honorum gradus ad consulatum usqve provectus est. Josephum errare putat BARONIVS (l. c. §. anteced.) *Josephus meminit de Qvirinii consulatu qvasi de re admodum recenti. At Qvirinium unâ cum Æmiliano Collega, ante annos viginti duos consulatum gessisse, est exploratissimum*, verum cum larvis non cum Josepho Baronius pugnat. vid. l. c. *Ib. Cap.* II. n. 2. p. 872. legitur Annio Rufo Præside Augustum fato esse functum. Hunc secundum Romanorum Imperatorem fuisse atqve imperasse ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτη πρὸς δὲ μῆνες ἕξ, ἡμέραιν δυοῖν πλείονες. Annos LVII. sex mensibus amplius & diebus duobus. Hic tamen calculus juxta Nostrum, implicatur errore. Julius Cæsar occisus est Martii XV. ab illo die ad Augusti men-

ſis decimum nonum usqve, qvi Octavio mortem attulit, cum annis completis LVII. ſoli menſes qvinqve ac dies inſuper qvatuor numerantur; ut *triginta* diebus à veri veſtigiis abſit Joſephi chronologia. Cæterum hac occaſione de nobilioribus Auguſti epochis illuſtrem & prolixam controverſiam tractat. p. 2. §. II. III. IV.

XIIX.) *Ib.* c. II. n. 2. p. 873. de Valerio Grato Judæorum Præſide ſcribit qvo ordine & qvo tempore Præfecturam Judææ geſſerit. A Tiberio, ait: πέμπ]ες παρὴν Ἰουδαίοις ἔπαρχος διάδοχος Ἀννίῳ Ῥούφῳ Οὐαλέριος Γρᾶτος. GELENIUS vertit: *qvintus Judæorum Præſes miſſus eſt in Anni Rufi locum Valerius Gratus.* *Baſnagius* ait: Scrupulum nobis injiciunt verba Joſephi, *Gratum qvintum Judææ Præfectum* memorantis, cum Coponio incluſo qvartus certo certoqve deprehendatur. Primus *Coponius*, ſecundus *Ambivius*, tertius *Rufus*, qvartus *Valerius Gratus.* Qvî poteſt igitur qvinto loco collocari? Egregia eſt eruditiſſimi *Caſauboni* obſervatio: *Alios agentes decepit verbum anceps apud Joſephum, & male poſitus accentus. Ita enim editum καὶ πέμπ]ος ὑπ' αὐτοῦ παρὴν Ἰουδαίοις ἔπαρ-*

ζος,, sed legendum πεμπτὸς missus. Sic
Isidis sacerdos dicebat Paulinæ πεμπτὸς
ἥκειν ὑπὸ τοῦ Ανύβιδος, *venire se missum ab*
Anubide. Sic igitur vertendus Josephus:
Et missus à Tiberio Gratus, ut in Rufi locum
præesset Judæis. *Basnag.* p. 217. b. n. V.
Ibid, Cap. IV. n. 1. p. 879. Enarrat tu-
multum samaritanorum, qvi ab impostore
qvodam concitati consilium ceperunt de
vasis sacris effodiendis, qvæ â Mose (*Hud-*
son & *Relandus* loco Μωσέως legere ma-
lunt Οζίος. I. *chron.* VI. 6. II. *Macc.* II. 4.)
ibi reposita erant, sed magna clade affi-
ciebantur, vivi autem capti capite mul-
ctabantur. MALDONATVS, LUD.
CAPELLVS, aliiqve putarunt: Jose-
phum eam narrare historiam qvam me-
morat *Lucas* XIII. 1. ubi Christo nuntium
triste allatum dicit de Galilæis nuper â
Pilato occisis, qvorum sangvinem miscu-
erat cum sangvine pecudum, qvas immo-
labant in templo. *Basnagio* autem multis de
causis ea sententia displicet: 1.) Pugnat
cum chronologia. Clades hæc samari-
tanorum incidit in ultimum annum ad-
ministrationis Pilati & imperii Tiberiani,
ut ex Josepho manifestum. Atqvi non-
dum in crucem actus fuerat Christus,

cum Galilæi â Pilato interfecti sunt. 2.) Samaritanis nil commune fuit cum Galilæis, qvi Patria, Religione, appellatione ab illis discrepabant. Imo tantum Samaritanis in Galilæos odium fuit, ut Christum Galilæum noluerint recipere. Deniqve 3.) vel inter pugnandum occisi sunt Samaritani, uel post pugnam, certe carnificis manu perierunt, cum inter sacrificandum Galilæi mactati sunt. Qvibus luce clarius, ipsis oblatam fuisse mortem, in templo Hierosolymitano, ubi sacrificia sua perpetrabant.

XXIX.) *Ibid.* c. IV. n. 2. p. 880. Observationem P. ALLIXII notavi, qvam in Diatriba de anno & mense natali I. C. c. IX. p. 65. f. attulit, dignam qvæ hic legatur. Concernit ea decennium Præturæ Pilati, docetqve ex Josepho, decimum ejus annum mortuo Tiberio adhuc fuisse in cursu. VSSERIVS ad annum Christi 26. dixerat: *Hic annis qvatuor ac qvinqve mensium appendicula addenda fuisset, si non ille procellarum metu navigationem distulerit.* Nam priusqvam Romam pervenerit, vita excessisse Tiberium Josephus indicat L. XIIX. c. IV. Docet vero AL-

LIXIVS

LIXIVS: Ufferium hanc appendiculam contra Josephi mentem ingerere. Hæc sunt Josephi verba. καὶ Πιλᾶτος δέκα ἔτεσι διατρίψας ἐπὶ Ἰουδαίας εἰς Ῥώμην ἠπείγετο τοῖς Οὐιτελλίου ἐντολαῖς οὐκ ὂν (Allix, legit) ὧν ἀντείπειν. Galliæ Regis Codex notante Havercampio legit ἀντειπών. Annon enim solenne est omnibus scriptoribus & Josepho ipsi variis locis, novem annos cum aliqvot mensibus transactis decem annos cognominare. Absurdum est hanc Pilati in Judæa moram per 4 aut 5 menses admittere, cum de magistratu accusato, abjecto, & ad Imperatorem jusso ire, ut se purgaret, agitur. Omnino vim Josephi verbis infert Ufferius, cum talem moram & tam futiles propter causas admitit, ut decimum in Judæa completum annum Pilato tribuat. Qvo semel admisso series annorum aliqvot procuratorum Judææ scilicet Valerii Grati, Anni Rufi, Ambivii & Coponii turbatur &c.

XXX.) Ib. *num.* 6. p. 882. Josephus describit tempus mortis Philippi Tetrarchæ fratris Herodis, qvam scribit contigisse anno principatus Tiberii vigesimo, postqvam ipse præfuisset Trachonitidi &

Gaulanitidi anno trigesimo septimo. Ob servationem Basnagii contra *Calvisium Pagium, Suecurium*, ut obitum hunc ann 35. vindicet jam annotavit *Havercampius*. Contra HARDVINVM autem præterea addit. p. 446. a. §. v. Fastos de morte Philippi perturbat omnes Harduini chronologia. Philippo enim Tetrarchæ superstitem fuisse Iohannem Baptistam existimat. Argumento illi est (*chronol. restit.* p. 48. *vox illa Iohannis Baptistæ, non tibi licet habere uxorem Fratris tui, defuncti scilicet. Nam* γυναῖκα *Fratris, Levit.* XIX. 16. *dici in lege eam, qvæ non sit amplius viro subjecta, eruditi in sacris literis norunt, & e palatio atqve ipso toro regali, invitis maritis Regibus abduci principes foeminas, incredibile est.* Sed Basnagius hæc pro argutiis habet, contrarium vocis γυναικὸς usum ex *Matth.* I. 20. & *Eph.* V. 22. docet. Neqve deesse exempla uxorum monstrat, qvæ palatia maritorum deseruere, maritis libellum repudii misere. Vi abductum â Regio Philippi toro fuisse Herodiadem, non dixit Iosephus. Clancularium cum ea pactum iniit Herodes tetrarcha. Hæc Noster l. c. conf. p. p. 157. a. §. v. ubi mendum ex adducto Iosephi

osephi loco tollit, & triginta novem annos substituit XXXVII. annis, qvi apud Historicum leguntur, suamqve emendationem nummo *Rigardiano* firmat. Tandem (nam reliqva, ne nimium hæ observationes excrescant, alii volumini Bibliothecæ reservamus.) ib. n. 3. p. 881. coll. c. V. n. 2. p. 884. duplicem Vitellii in urbem Hierosolymarum adventum memorat. Primo adventu Josepho Pontifici cui etiam Caiphæ nomen fuit, sacerdotium abrogavit, secundo adventu Pontificatum à Jonatha in Theophilum transtulit. Qvos adventus geminos permiscere Usserium, Josephumqve Dioni & Svetonio præferendum esse eleganter & solide docet.

non dubitamus ab Ill. Vestra consilium & auxilium hac in re petere, quæ nobis silentibus, & conniventibus, exitium haud dubie videtur esse allatura. Qvippe, non jam, ut olim falso creditum est, templa tantummodo, domus scilicet lapideæ repetuntur, relicta sua cuiqve religionis libertate, sed potius interna templa impetuntur, & contra, qvam publica Confoederatio ac singularia Indulta manu Juramentoqve Regiis confirmata patiuntur, contra, qvam publicæ tranqvillitatis studium aliarumqve Provinciarum tristis facies hortatur, ipsissimum conscientiarum intolerabile Imperium attentatur. Ut enim taceamus Synodorum a Spiritualibus habitarum varia decreta, qvorum inter alia hic effectus deprehensus est, ut liberi Civium qvorundam, in Poloniam Linguæ discendæ causa missi, qvo ritibus Pontificiorum assvefierent, ab iisdem, invitis & reclamantibus parentibus, per vim retinerentur. Ut prætereantur Poloniæ & Lithuaniæ exempla Tragica, ubi etsi Templa omnia suis ritibus destinata haberent, in ædibus tamen privatis religioni vacare, reformatæ Ecclesiæ addictos, prohibuerunt.

runt. Illud saltem huc afferre liceat, qvod ad Exemplum Culmensium, qvibus in verba Pontificiorum jurandi, nisi Civitatem amittere maluissent, necessitas imposita fuit, per harum Terrarum pagos, supra templorum & redituum occupationem, non solum Ministri Verbi non tolerantur, qvantumvis sint, qvi eos in ædibus privatim alere propriis sumptibus, instituerint, imò his ipsis, qvod tales aluerint, lites intentantur, verum etiam inqvisitio in conscientias jam pridem coepta, ut alii post curiam Episcopalem, propter intentandam de hæresi actionem evocati, alii aut Pontificios ritus agnoscere, & contra conscientiam probare, aut beneficio alimentorum in Xenodochiis, nempe una cum templis occupatis, sese abdicare coacti sint, haud dissimili instituto, ab eo, qvo demortui religionis nostræ asse&ctores, usqve adeò infestantur, ut his solum, qvibus obtegantur, non tantum in templis & cæmeteriis, sed in universo Pontificiorum Territorio satis inhumaniter denegetur. Manu item geri res coepta jam est, cum qvidam Verbi Minister in corpore periclitatus fuerit, missis, qvi com-

comprehensum abducerent, insidiatoribus. Nonnullis porro templo suo exutis, sacram sibi ædem proprio sumptu constituere, interdicitur. Qvidam etiam in privatis ædibus ad exercitia Religionis convenire, obtentu mandatorum Regiorum recens prohibentur, piorumqve coetus, odioso nomine Conventicula appellantur. Vel nuper lata contra Mariæburgenses & Kristburgenses decreta, quam luculento testimonio sunt, templi possessionem aversam, minimam consiliorum partem fuisse. Hoc enim jam deoccupato, gravissimæ aliæ actiones de appertinentiis, de vadiis, de expensis excogitantur, eoqve prætextu non solum facultates Civitatum impetuntur, sed & omnia Privilegia, & regesta publica evolvendi facultas, Spiritualibus sumitur, qvæ res præsentissima est, ad civitates nullo negotio de statu prorsus deturbandas. Supra hæc omnia, ne Juventuti in Literis & pietate instituendæ locus relinquatur, vel saltem, ut adhibita adversariorum disciplina, Parentum Religio paulatim aboleatur, pontificia verò statim a pueritia instilletur, Scholæ, quantumvis Civitatum illarum sumptu extructæ, per decre-

decretum adimuntur. Tacemus conscientias insolitis Juramentis adstrictas, in discrimen adduci, & pleraqve alia exigi, qvæ bono & Christiano Magistratui admittere minime fas est. Qvæ omnia manifesto ostendunt, Christi nomine insignitorum causam, blasphemorum Judæorum longe deteriorem esse His enim & synagogæ suæ permittuntur, & de cætero etiam facultates, qvæqve ad politicum ordinem spectant alia, perpetuò defenduntur: Illis omnia attrectantur, & ut rem verbo complectamur, focis & aris interdicitur. Profecto nihil prorsus Confœderationi publicæ adversum est, si hæc non sunt, qvæ commemoravimus. Jam vero rebus ita comparatis, qvid de Decreto Elbingensi dicendum supersit, magis in aperto est, qvam ut longa explanatione res indigeat. Qvippe, postqvam facere Elbingenses, qvod per conscientiam non licet, jussi sunt, bannitio decernitur, hoc ubi incurrerint, nec tamen decreto taliter comparato parere potuerint, sed sub Templi restituendi prætextu, seqve posterosqve suos ab agnita DEI veritate abstrahi passi non fuerint, nihil aliud superesse videri potest, qvam ut, instigante Clero, res manu geratur, & in pro-

propria viſcera, hoc eſt unius Reipublicæ membra, gladius educatur. Aſt iſtud eſt, qvod per Confœderationem ſano & ſalutari conſilio cautum eſt, his ferme verbis: *Pollicemur invicem pro Nobis & ſucceſſoribus Noſtris, in perpetuum ſub vinculo juramenti, fide, honore & conſcientiis noſtris, qvod qvi diſſidentes in religione ſumus, pacem mutuam ſervabimus, nec propter diverſitatem religionis, aut mutationem Eccleſiarum ſanguinem profundemus, nec pœnis mulctabimus, confiſcatione bonorum, infamiis, carceribus, exilio, etc. Nulli etiam Magiſtratui ſeu officio, ad hujuscemodi progreſſum operam noſtram accommodabimus, ſed multo magis, qvi auſus fuerit ſanguinem profundere, ex iſta cauſa, omnes tenebimur huic Nos opponere, etiamſi ſub prætextu Decreti aut judicialis progreſſus, tale qvid fuiſſet attentatum.* Hæc ut diximus, Confœderationis verba ſunt, qvibus ad hæc noſtra tempora nihil concipi potuit accommodatius. Eo vero amplius de eodem religionis & Templorum libero uſu per peculiaria indulta Regia, jure jurando confirmata, diſertiſſimè cautum nobis eſt in hæc verba: *Nos qui ipſi in hoc ipſo Conventu Coronationis Noſtræ, atque prius in Monaſterio Olivenſi, Juramentum ut*

*eligione servanda præstitimus, ut iterata pro-
nissione nostra ita petenti Civitati nostræ, de-
nuò etiam promittamus & concedamus, ut Re-
gionis Augustanæ Confessionis, tam in Civitate
Elbingensi, qvam extra muros in ejus districtu,
t sub adventum Nostrum in Regnum utebantur,
& in ejus possessione fuerant, pacificè & qviete
bera professio fiat, neve cuiqvam religionis er-
gò molestia vel negotium exhibeatur, omnes-
ve in libero usu Religionis Augustanæ Confessio-
is conservabimus, manutenebimus & tuebimur,
qvemadmodum id tam in Monasterio Olivensi,
qvam postea etiam hic Cracoviæ jurejurando
Regio affirmavimus, nec volumus, ut in templis
itus ceremoniarum ullo pacto immutetur;* In
hunc itaqve modum Elbingensibus aliis-
qve Civitatibus cautum est. Qvod si pa-
cta conventa cum Turcis, Tartaris, aliis-
qve, religiose servantur, multò magis,
qvæ nobis promissa, scripta, obsignata
& jurata sunt, firma rataqve esse oporte-
bant. Alioqvi qvid juramentum à Regia
Majestate in Monasterio Olivensi & in
Conventu Coronationis Cracoviensi præ-
stitum, Constitutionibus publicis, typis
expressis, insertum contineat, Ill. Ve-
stræ non potest esse non exploratissimum.
Interim verò talia non fiunt, qvæ fieri

Juribus hujus Regni publicis privatisqve disertè prohibentur. Qvam rectè, Ill. Vestræ Judicio relinqvimus, nec circa hanc partem plura addimus de decretis ab iis, qvorum hæc controversia est; nihil porrò dicimus de rebus per sententiam definitis, qvæ in controversiam nunqvam deducta fuerant antea, nimirum de actis civilibus & regestis &c. Mariæburgensium, & Kristburgensium exhibendis, nihil de aliis, sed in eo acqviescimus, talia hic Decreta lata esse, ad qvorum executionem prohibendam omnes Regni Ordines & Vestra etiam Illustritas inter primos jurejurando sese adstrinxerunt. Non autem externis, sed Elbingensibus & Mariæburgensibus, nobis etiam & aliis Prussiæ Civitatibus hæc præstanda opera est, qvi in Libertate religionis conservanda cum Ill. Vestra & cæteris Regni Proceribus sumus confoederati, qvicqvid igitur hic fecerint, nobis facient, mutua Confoederatorum fide adoeqvatis. Calcar autem non minimum addere debet summa rei præsentis æqvitas optimaqꝫ juris ratio, cui innititur. Qvi enim libertatem religionis deberi nobis concesserit, idem usum qvoque Templorum,

ad cultum DEO præstandum extructorum, iniqve detrectabit. Nec aliena qvidem, Spiritualium nempe Templa, qvævis Civitas sibi vindicat, sed sua, à Majoribus suis in usum proprium posterorumqve, propriis sumptibus ædificata. Qvod Pontificii Juris in iis prætendunt, omne in hoc continetur, qvasi a Pontificiis extructa templa, a Pontificiis Jure repetantur. Eadem hac ratiocinatione gentiles profani, ut literis proditum est, qvondam usi, idolis suis consecrata templa, a Christianis revocare annisi sunt, & anniti etiamnum possent, sed qvod olim pro gentilibus non valuit, haud poterit post intervallum pro Pontificiis invalescere. Porro, cum constet Majorum nostrorum institutum fuisse unicè, ut vero DEO suus cultus in templis haberetur, si eundem nos qvoqve, illorum successores, ex præscripto Verbi Divini, colimus, qvid attinet, qvod in verba Pontificis jurare religionem esse ducimus? DEO acceptum ferimus, qvi ad sanitatem doctrinæ Evangelicæ redeundi gratiam, pro sua bonitate & misericordia, nobis fecerit. In hoc si nobis cum aliis non convenit, Pontificumqve Decreta

ſimplicitatem hanc & veritatem non admittunt, imò potius nos tanqvam diſſentientes damnant atqve execrant, nihil morari debemus in nos ſtatuentium auctoritatem, qvorum! Imperium & Jurisdictionem diu jam non agnovimus, qvique Confoederationis publicæ virtute, ab eadem iterum exempti ſumus. Interim verò, ſi qvis inferat, qvod nos a Sede Romana deſciverimus, id ad templa inde abſtrahenda, cauſam ſatis juſtam non adferre, huic nihil amplius reſpondemus, qvam ſiqvidem non alio, qvam Pontificio Jure Templa qvævis Romanæ Eccleſiæ asſeruntur, nos autem non magis decretorum Pontificum, qvam Presbyteri Joannis edictis, obligamur, ideò Templa noſtra non magis ad Sedem Romanam, qvam ad Imperium Presbyteri pertinere. Non minor autem æqvitas, nec levius Jus etiam in eo verſatur, qvod ſuæ religioni propagandæ, Pontificii adeò intenti ac ſolliciti ſint, ut ſuos a converſione etiam noſtratium abſtineant, cohabitationem prohibeant, libros inferri legive capitale habeant. Qvod ſi in Libertate religionis & uſu illis exæqvari debemus, qvo ore noſtris coetibus ſeſe ingerere, imo

no templa noſtra occupare, & deſue-
os & ex animis hominum abolitos ritus
'ontificios reducere ac reſtaurare, cum
candalo noſtrorum coetuum & periculo
itagunt? ſi illi à juſto zelo proficiſci
onſilia factaqve ſua putaverint, qvomo-
o nos, qvi item conſcientia movemur,
oarguent temeritatis? nempe videt Ill.
'eſtra, qvantis æqvitatis, qvantisqve
iris rationibus cauſa noſtra innitatur.
am verò id, qvod fieri ab Ill. Veſtra
iobis cupimus, & condecens & perne-
eſſarium eſt, qvippe Illi, & cæteris hu-
us inclyti Regni Senatoribus, Reipubl.
utela, tranqvillitatis conſervandæ, cre-
lita eſt, haud levis etiam ad Ill. Veſtram
enſus pervenire poteſt, ſi membrum ali-
qvod univerſitatis affectum fuerit. Ac-
cedit, qvod unam Reip. partem neglige-
e, cum cæteræ magna cura & ſollicitu-
line foveantur, inæqvalitatem, inæ-
qvalitas injuſtitiam, injuſtitia præter glo-
riæ & honoris diminutionem, plerumqve
etiam exitium afferat. Omnium autem
maxime jurisjurandi religio, qva ad ſe-
curitatem omnibus tuendam, univerſi &
ſinguli, per confoederationem genera-
lem adſtringuntur, ad votum noſtrum
obtinendum, potens & efficax eſt.

Necessitatis deniqve vinculum est qvo ad operam hanc nobis præstandam, omnes Reipubl. Proceres arctè adeo adstringi videmus, ut nihil dubitemus, qvin Ill. Vestra & libenter & serio, causæ hujus nostræ defensionem sit suscepturа. Aliter enim Confoederatio, qvæ omnia Reipublicæ membra indistincte complectitur, qvæqve hactenus unicum in hoc Regno pacis & tranqvillitatis publicæ fuit firmamentum, per patientiam & conniventiam eorum, qvorum causa, illa prodita est labefactaretur; propter aras enim & focos, nihil est, qvod homines non ferant & faciant, qvæ qvandoqvidem in discrimen adducta jam esse docuimus, nisi Ill. Vestra aliiq; ejus similes obstiterint, prope est, ut inclytum hoc Regnum, solis Spiritualium conatibus, periclitetur.

Nam, qvod tetra harum rerum facie deterritos, cessuros nos sibi potius, qvam extrema illa subituros, Reverendissimi Domini Episcopi existiment, miramur, cur confidant, omnia potius nos ultro amittere, ac salutem etiam animarum in discrimen adducere, qvam spe servandi ea retenta, dubium rei exitum, salvis conscientiis, expectare velle. Qvare verbis

bis qvam posſumus diligentisſimis, ea, qva par eſt reverentia, rogamus, dignetur Ill. Veſtra, digna Chriſtiano nomine & Senatorio ordine ſedulitate, in ſalutem Elbingenſium & Mariæburgenſium, noſtræ, & aliarum qvoqve Civitatum, tum verò in pacem & tranqvillitatem publicam incumbere, proindeqve, auctoritate ſua, apud S. R. Majeſtatem, Dominum Noſtrum Clementiſſimum, interpoſita, prudentisſimè facere, ut nobis cum aliis omnibus, Libertate religionis, paceqve & tranqvillitate Confoederationis, cum uſu templorum priſtino impoſterum etiam frui permittatur, Decretorum autem in contrarium, eo, qvo diximus modo latorum executio ſuperſedeatur, & neqve deinceps nobis hoc nomine moleſtia denuò exhibeatur, maturè & candidè caveatur. Nos porro hac qviete & commoditate perfruentes, DEO grata, Reipubl. ſalutaria facere, de Veſtra autem Illuſt. qvam optime mereri, omnium maximo beneficio affecti, magis, magisqve incitabimur.

IV.

E. A. T. A.

Obſervationes Philologicæ

Succinctæ,

in Cenſuram Petrinam

ἐμπλοκῆς τριχῶν

I. Epiſt. III. v. 3.

Conſpectus.

§. I.) Locus Petrinus collatus cum I. Tim. III. 19. II.) Oppoſitio ornatus interni & externi etiam apud Profanos. III.) Crinium contortio utrique populo communis erat quibus perſcripta eſt Epiſtola. IV.) De vanitate in hoc genere Judæorum. V.) Romanæ inprimis gentis. VI.) Aliorum quoque populorum adeo etiam Germanorum. VII.) Juſta eſt Petri reprehenſio.

§. I.)

§. I.

INter monita salutaria, qvæ Petrus piis foeminis præscribit, qvædam eorum ornatum concernunt, monet, ne istum ornatum tanti esse putent, qvi externus est, qvanti solet plerumqve fieri. Censuram exercet inprimis in ἐμπλοκὴν τριχῶν qvam primo loco nominat, *contortionem capillorum*. I. *Epist.* III. 3. cumqve Paulus qvoqve I. *Timoth.* III. 9. idem vitium eandem vanitatem castiget, apparet, justas habuisse causas sanctos hosce duumviros invehendi in morem foeminarum, qvo nimium moliuntur & comuntur.

II.) Istud qvidem primo omnium observationem meretur: divum Apostolum eleganti oppositione interna cordis animiqve ornamenta, versiculo qvarto opponere ornamento externo. Negligitur hæc Apostoli regula ferme ubiqve & omni tempore, invertitur, uterqve sexus hic impingit, sed sexus seqvior ad lapsum atqve errorem magis est pronus. Observavit LAMB: BOS *in exercitationibus philologicis* ad locum Pauli citatum oppositionem non dissimilem, qvam PLUTAR-

CHVS instituit *Præcept. conjug.* p. 141. (Κωσμωτέραν) ποιεῖ δὲ ταύτην (γυναῖκα) ἐ χρύσος, ὔτε σμάραγδος ὔτε Κόκκος, ἀλλ᾽ ὅσα σεμνότητος, ἐυταξίας, αἰδῦς ἔμφασιν περιτίθησιν. Addo his cogitata MENANDRI in *reliqviis* ejusdem ab H. GROTIO & J. CLERICO collectis & illustratis. Idem enim ornatum internum externo præponit, in *fragmentis incertarum comoediarum* num. 232. p. 269.

Θεῷ δὲ θύε διὰ τέλυς δίκαιος ὤν
Μὴ λαμπρὸς ὢν ταῖς χλαμύσιν, ὡς τῇ καρδίᾳ.

Deo vero sacra facito dum justus es ad finem usqve. Non splendidus chlamydibus, qvemadmodum animo. Et iterum. l. c. n. 233.

Ἔιτις — — κατασκευάσματα
Χρυσᾶς ποιήσας χλαμύδος ἤτοι πορφυρᾶς,
Ἢ δὲ ἐλέφαντος, ἢ σμαράγδυ ζώδια,
Εὔνυν νομίζει τὸν θεὸν καθιστάναι,
Πλανᾶτ᾽ ἐκεῖνος καὶ φρένας κύφας ἔχει.
Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον πεφυκέναι.
κ. τ. λ.

Si qvis Apparatum Aureæ faciens chlamydis,

mydis, vel purpureæ, Aut ebore vel ſmaragdo ornatorum ſigillorum, Errat ille & animum levem habet. Oportet enim virum beneficum esſe. Vides hic apparatum atqve ornatum externum interno oppoſitum.

III.) Sed cauſæ omnino ſubesſe debuerunt, qvare Apoſtolus uterqve adeò contra nodos capillorum pugnet, ut ipſis in catalogo luxuriantium ornamentorum primas tribuant. Dominabatur iſte luxus muliebris inter Judæos æqve ac gentiles. Comunni igitur hac reprehenſione vitia utriusqve populi exponuntur. Nobilis alias eſt controverſia, qvibus hæc Petri Epiſtola perſcripta fuerit Judæis an gentilibus? Alii illud, contra alii hoc ſtatuunt. Utrisqve ſine dubio misſa fuit; quod aliis qvoqve Apoſtolorum Epiſtolis factum esſe pro certo habeo. Advenæ diſperſionis, qvibus Jacobus etiam ſuam Epiſtolam inſcribit ſunt diſperſi in omnem terram Judæi. Sed gentilibus qvoqve perſcriptam fuisſe Epiſtolam id indicio eſt qvod ſcribit *Cap.* II. v. 10. *qvi qvondam non eratis populus nunc eſtis populus Dei.* IV. 9. *qvi inceſſerant in nefariis idolorum cultibus.*

IV.)

IV.) Magno ſane in pretio apud Judæos fuit ornatus & luxus capillorum. Conſtat ex *Jeſ.* III. 24. jam tum iſtum in luxu & ſumtu capillis impenſo exceſſum juſtam indignationem & reprehenſionem divini vatis incurriſſe, loqvitur ibi Propheta de ornamentis capillorum tam naturalibus qvam adoptivis. Qvinimo exemplo Abſolomi edocemur: Principem hunc Regium cæſariem aluiſſe & ornaſſe, ut eo perfectiorem pulchritudinem referret. II. *Sam.* XIV. 26. qvam materiam uberius pertractavit H. G. MASIVS *in Diſſertationibus Academicis* P. II. *Diſ. exeget. 2da de Capillo Abſalomi*, inpr. C. II. §. 19. p. 53. Conferri merentur qvæ occaſione nominis Magdalenæ (qvod aliqvi non â nomine loci *Magdala* ſed â voce Chaldaica מגדלא, qvæ *plicatricem capillorum muliebrium* infert, derivant,) diſputantur â LAMIO *in Diſ. de unica Magdalena*, §. 3. & aliis. Add. *Judith.* x. 3. *Judic.* XVI. 13. *Cant.* IV. 1. & 3. VI. 7. Et qvæ ad illuſtrationem tam horum locorum qvam vocum חלף, מחלפות רהטים טורים ut & moris Ebræorum affert Cl. IOAN. ARNZENIVS diſſert. dein citanda C. IV. §. XI. p. 81. ſq.

V.)

V.) De reliqvis populis id dudum pariter evicerunt diligentes illi antiqvitatum ruspatores. Integrum caput in suo de *coma commentario* habet HADRIANVS IVNIVS de crispatura & contortione capillorum, qvod octavum est, p. 559. sq. Eleganter & multa cum eruditione de vanitate & varietate veterum in ornandis capillis agit STEPHANVS CHAMILLART in dissertationibus gallicâ lingvâ consignatis *sur plusieurs Medailles & Pierres gravées de son cabinet & autres monumens d'antiqvité*. Parisiis, A. 1711 in 4to editis, dissertatione sive Epistola XVI. Exponit lapidem apud Avaricos seu Bituricenses, ex Fundamento seminarii istius loci erutum cum inscriptione & figura. Figuram lapidi insculptam refert ad tempora Antonini. Nam Paulina qvæ in hac figura conspicitur & in inscriptione nominatur, eodem ornatu apparet, qvo Faustina in nummis exhibetur conjux citati Imperatoris. Hac occasione CHAMILLART observat continuam varietatem & vanitatem simul foeninarum inprimis Principum & Illustrium, adeo ut idem ornatus comarum vix ætatem duodecim aut qvindecim annorum tulerit. Audiamus

Autó-

Autores *du Journal des ſcavans* A. 1711. Maj. qvi eruditi Patris obſervationes exhibent in compendio. p. 564. ſq. „Le P. Chamillart fait à ce propos qvelqves obſervations curieuſes, ſur le changemens freqvens, qvi ſont arrivez à la coëffure des Imperatrices Romaines; & l' on eſt agreablement ſurpris de trouver parmi elles ſur ce point, la meme inconſtance, qvi regne parmi les Dames Francoiſes; de maniere qve chez ces Princesſes une meme mode de coëffure ne paroit pas s' etre ſontenuë plus de douze ou qvinze ans de ſuite. *Antonia* par exemple & les deux *Agrippines* portoient les cheveux unis ſur la tete, tortillez ſur les cotez, noüez negligemment par derriere avec une eſpece de ruban, & flottans un peu ſur les epaules. *Domitille* avoit la chevelure friſée par devant, tortillée ſur le haut de la tete, & treſſée par derriere. *Julie*, fille de Tite etoit friſée ſur le front, avoit le reſte de la tete natté, & ſes cheveux relevez de la racine, formoient en arriere comme un bourelet. *Plotine* & *Marciana* ſa belle ſoeur, auſſi bien qve *Matidia* ſa niéce, ramasſerent tous leurs cheveux ſur le haut de la tete,

„&

& les entrelacerent ſur le front par deux"
ornemens, qvi s' elevoient au deſſus du"
reſte de la coëffure, ſe terminoient en"
pointe, s' elargisſoient ſur les cotez, &"
etoient placez l' un derriere l' autre,"
enſorte, qve le dernier ſurpasſoit celui"
qvi etoit plus proche du front. *Sabine* "
eſt qvelqve fois coëffeè a la maniere de"
Matidia ſa mere; qvelqvefois en treſſes"
flottantes ſur les epaules, avec une e-"
ſpece de pointe, qvi s' eleve un peu au"
deſſus du front. *Fauſtine* a une coëffure"
ronde & en marron, les cheveux cou-"
chez ſur le front, tortillez ſur la tete,"
& comme une petite couronne ſur le"
ſommet, formée de cheveux entrelacez"
de perles. Le P. Chamillart a fait gra-"
ver ici des Medailles de ces Imperatrices,"
qvi mettent ſous les yeux du Lecteur"
ces differentes coëffures." Ad hunc mo-
rem ſe compoſuerunt foeminæ ſortis eti-
am non primæ, atqve ex palatio Impe-
ratorum ad ædes privatorum, ſi non pre-
tium certe forma iſtius ornatus tranſiit.
Omnis vero ſortis & conditionis attende-
re debebant monita Apoſtolica; prout
enim ſalutationes ita etiam regulæ â ſacris
ſcriptoribus propoſitæ, perſcriptæ erant
etiam

etiam iis, qvi erant ἐκ τῆς ΚΑΙΣΑΡΟΣ οἰκίας *Phil.* IV. 22.

VI.) Sed mittamus Ebræos cum Romanis, habuere etiam Athenienses inter Græcos teste HESYCHIO festum ἐμπλοκίας, qvo plexis crinibus incedebant foeminæ. Sed inter alias etiam gentes, qvas inter corporis & ingenii cultura ad id qvidem fastigium non pervenerat, ut in hactenus laudatis, foeminæ tamen crinibus modo hac modo alia ratione contortis ornare sese solebant. HADRIANVS IVNIVS, qvi otium nobis hic fecit seqventia habet l. c. p. 563. *Seneca libro de ira tertio, crinem in nodum coactum Germanis tribuit. Tacitus libello de Germanorum moribus insigne ait fuisse Svevorum gentis, obliqvare crinem nodoqve substringere, qvæ nota eos à reliqvis Germanis & ingenuorum conditionem à servili separabat. Martialis de Sicambris Germaniæ populis subactis idem testatur: Crinibus, inqviens, in nodum tortis venere Sicambri.* &c. Sed plura de hoc crinium ornatu majorum nostrorum alii tradidere post *Junium.* vid. HACHENBERGIVS *in germania media* dissert. XI. qvæ est *de re vestiaria Germanorum* §. II. s. p. 374. s. Conf. T. ARNKIEL *cimbrisch. Heidn. Religion.* C. XXXII.

XXXII. §. 13. l. p. 271. A. A. RHODEN *Cimbr. Holst. Antiqvit. Remarqv.* p. 184. Inprimis Cl. GOTTL. S. TREVERVS *in anastasi veteris germani germanæq; foeminæ.* §. XIII. p. 17. addita icuncula, qvam ex orichalco fusam & in Marchia ad Bostampium repertam ante paucos annos æri incisam exhibet. Laudi tamen cedit priscis Germanis, qvod Tacitus de iisdem referat, non ut ament, aut amentur ornatos eos fuisse. Confer. MASIVS l. c. p. 34. 39.

VII.) Merebatur igitur vanitas fastusve utriusqve gentis, utriusq; sexus, inprimis foeminei, divinam Petri censuram. Nam etsi natura cæsariem capiti pro ornamento dederit & non minima pulchritudinis pars sit elegans coma, (Confer IOH ARNZENII dissertat. *de Colore & tinctura comarum*, *Traj. ad Rhen.* 1725. in 8. edit. inprimis ab initio c. 1. §. 1. ubi de Etymo κόμης & Comæ agit) unde notissimum illud Heroum Homericorum epitheton καρηκομόωντων, abesse tamen debet ab iis, qvorum animi sincero Domini timore imbuti sunt (vid. *vers.* 2. capitis nostri) luxus, vanitas, prodigalitas. Cupit Apostolus

lus avocare conversos, ab ornatu inani, qvi multis erat in pretio, ad ornatum istum; qvi verus est, & mortales vere ornat. Nihili est CAIETANI conjectura: temporarium hoc esse primitivæ Ecclesiæ præceptum. Æternam hæc lex reqvirit observantiam, præscripta est omni conditioni, omni sexui, omni seculo. TERTVLLIANI hæc vox fuit suo tempore: *Qvid crinibus vestris qviescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis? aliæ gestiunt in cincinnis coërceri, aliæ ut vagi & volucres elabantur non bona simplicitate. Affigitis præterea nescio qvas enormitates futilium atqve textilium capillamentorum, nunc in galeri modum qvasi vaginam capitis & operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. Mirum, qvod contra Domini præcepta contenditur.* De cultu foeminarum cap. IV. p. 515. Et p. 514 (*edit Froben. in fol.* 1562.) *Video qvasdam & capillum croco vertere. Pudet eas etiam nationis suæ, qvod non Germanæ aut Gallæ sint procreatæ, ita Patriam capillo transferunt, &c.* Confer qvæ CONR. TIB. RANGO in *de capillamentis* passim habet, inprimis L. I. c. V. p. 71. I. B. THIERS *dans son histoire des Perruqves*, qvæ 1690. in 12. Paris. prodiit. Addatur IOACH. CA-

ME-

MERARIVS *in commentariis utriusqve linguæ, in voce τρίχες, τριχίον.* p. 45. Inprimis meretur evolvi laudatus ARNZENIVS l. c. C. III. p. 36. sq. ubi de comæ ornatu Matronis castisqve virginibus proprio agit, ut & de ornatu & colore comarum meretricum, qvæ elegantiam istam affectabant, ut incautos ad libidinem incitarent.

V.

IO. HENR. a SEELEN
Relatio
de nuperis Motibus in Ecclesia Lutherana Neo-Eboracensi,
Historiam Lutheranismi in America
illustrans.

ACcepi ante paucos dies librum in his oris longe rarissimum, quem, veteris amicitiae, in Stadensi civitate olim cultae, nondum immemor, ex America, quo ipsum traxerunt fata, mihi transmisit vir doctissimus, WILHELMVS CHRISTOPHORVS BERKENMEYER, Luneburgensis, qui apud Neo-Eboracenses Pastoris Lutherani munere multa cum laude fungitur, nostramque religionem, cui sincere addictus est, in terris remotissimis praedicando valde studio tuetur. Integer

er libri titulus est: *Willem Christoffel Berkenmeyers, Bedienaars des Heyligen Evangeliums van de Nederduytsche Gemeente te Nieuw-Yorck, Albanie en daar ontrent, insgelyks der Parochye der Palatynen by Quassayk, e onveranderde A. C. toegedaan, Getrouwe Herder- en Wachter-Stem aan de Hoog en Neder-Duitsche Lutheriaanen in dese Gewesen, eenstemmig te zyn vertoont met twee Brieven en andere Redenen Luthersche Theologanten: aangaande 't Van Dierensche Beroep, en de Henckelsche Bevestiging. Te Nieuw-York, by J. Peter Zenger, A. C. MDCCXXVIII.* 4to. Alph. 1. Praefixa est Dedicatio, *Opdracht aan den Eerw. Kerken-Raad van de Hoog- en Neder-Duitsche Gemeenten- de onveranderde A. C. toegedaan*, te Nieuw-York *op* Mahanades; *in de Stad en County van* Albany; *Op* Hakkinsak *in* Nieuw-Jersey; *op de* Kamp; *op* Rhynbeck; *op* Newton *en* Teerbosch. Ope vero huius libri, in paucissimorum manibus versantis (pro quo dono pergrato Auctori clarissimo gratias decenter persoluo), bona fide dabo, praeter alia, notitiam motuum, quibus Ecclesia Lutherana Neo-Eboracensis haud ita pridem fuit turbata.

Fecit hoc potissimum IOANNES

BERNHARDVS *van* DIEREN, nonnun quam *van* DEVREN dictus, Regiomon tanus, Sartor, qui neque rite institutus (1) neque legitime examinatus, vocatus & ordinatus, sanctiori ordini sese ingerere & quae ad eum vnice pertinent, admi nistrare non est veritus. Ille quamuis iam ante turbas excitauerit (2), valde tamen occasione vocati Pastoris Neo-Ebo racensis, laudati BERKENMEYERI, eas adau-

(1) Crassae satis inscitiae specimen dedit, quando in Epistola quadam an. 1724. d. 29 Mart. scri ta se vocavit *P. EV. J. Luth.* & in alia, an 172 d. 12. Febr. exarata, *Pastor. Ecclse. Jesu Chris Et LutherO.* Vid. pag. 2. Conf. quae de igno rantia Diereniana leguntur p. 6. n. 19. p. 2 n. 42. p. 68. 95. (2) *Het is VVereld-kundig, da by ons Luthersch Israel VerVVard heeft, alleer i deese Landen gezsen, of te zien mogen, son ge dacht hebben,* scribit BERKENMEYERVS p. 1 & prouocat ad Antecessoris sui *BriefVVisseling met die Gemeentes op Skogary en op de Kam Van Anno 1721*; nec non p. 17. n. 40. ad *Acta gegen die Von* I. B. von Dieren *in der Gemeine zu* Skoghary *eingeführte Neuerungen, de dato 21. May*, 1721. Idem ex Epistola an. 1723. d. 4. Febr. scripta, docet, quod DIERENIVS a Sko gharyensibus fuerit accusatus neglecti circa S. Coenam ordinis, in Lutheranam Ecclesiam in troducti.

adauxit. Quod vt luculentius appareat, e scripto Berkenmeyeriano sequentia (3) hic etiam legi merentur : "Na dat ik *Anno* 1724. den 6. *October* , door 't Eerw." *Luthersch Consistorie* binnen *Amsterdam*," als de presidiale Kerken-gemeente, voor" Leeraar naar *Nieuw-York* beroepen was," volgens de *Nieuw-Yorkse* Commissie, de" *An.* 1723; door 't selve *Consistorie* ook 1725." den 24 *May geexamineert* , en den 25 *ditto*" in 't openbaar bevestigt of ingesegent :" Boven dat alreds den 16 *Junij* van *Am*-" *sterdam* vertrokken was; so hadden" voornz. *Consistorialen* die beloofde en" verwachte toestemming der *Albaniers* tot" myn Beroep de 15 *Mart.* 1725 ontfangen;" en met een en 't selfde schip eenen" Brief, de 27 *April* , 1725. uit naam van" de *Nieuw-Yorkse* Kerk-raad , dor 22 van" de Gemeente onderteekent, behelzen-" de een Waarschouwing, om niet in het" begeerte Beroep voort tegaan , *Indien*" (aldus luiden de woorden desSchryvers)" *Wy de Kerken-Raad onderteekent , en de Ge*-" *meente der* Augsborgse Confessie *te*" Nieuw-York , *te ontbieden en te beroepen*" *voor*-"

(3) Leguntur ea p. 15 sqq.

„*voorneemens zyn Mr.* Joh. Bernhard Van „Deuren, *gebooren tot* Koningsbergen, „*hebbende hier hooger op in 't Land gestaan,* „*op een Plaats genaamd* Schoggery, *een God-* „*vruchtig en bequaam Man, niet alleen gepro-* „*moveert, maar ook Orthodox en gesond in* „*Leeren en Leeven, vvelke met general Con-* „*sent en toestemming der Gemeente tot onsen* „*Predikant en Leeraar verkooren hebben.* Ad quam Epistolam varia monet BERKENMEYERVS, quibus illa, quae in eadem illegitima sunt & falsa, diluuntur. *Senatus Ecclesiastici* mentionem in ea factam, inanem interpretatur iactantiam (4). Inter eos, qui subscripserunt, multos, e plateis arreptos, coetui Lutherano Neo-Eboracensi ne cognitos quidem fuisse, demonstrat (5). Aliquos in animo habuisse, vocare DIERENIVM, haud diffitetur, sed non, nisi ea conditione, si, quem e Belgio exspectabant, Pastor consilium muta-

(4) p. 15. n. 35: *De Zaak is binnen* Nieuvv-York *bekender, dan te durven toonen, vvat onbeschoftde* Gasconade *dit zy, dat dese Brief uit Naam van de* Nieuvv-Yorkse *Kerk-raad vvas opgestelt.* (5) Ibid. n. 36: *Veele van die 22 Naamen vvaaren niet eens aan die van onse Gemeente bekent, en op syn best vvaren 'er sommige van op de Straat opgeraapt.*

mutaret (6). *Pietatem* DIERENII non genuinam esse, sed simulatam, e neglecto S. Coenae vsu, miris & fanaticum furorem spirantibus gestibus, deserto, quod didicerat, opificio, amicitia cum famosis *Fratribus*, qui se *Angelicos* nominant, & rebus aliis, euincit, eundemque idcirco non hominibus piis, sed Pietistis annumerandum esse, censet (7). *Promotionem*, vt vocant, siue ordinationem eius esse nullam, inde probat, quod, iussus literas, quibus vocatus sit, ostendere, ne vnico quidem fide digno documento comprobare potuerit, quod vel ab vna ecclesia, pluribus licet sese obtrudere non dubitauerit, verbi diuini minister legitime sit constitutus (8). De *orthodoxia* ipsius vehementer dubitat, siquidem religionem Lutheranam conuitiari & *falsam* dicere non sit veritus: mini-

(6) p. 16. n. 38: *Dat sommige van de Gemeente, als mede van die den Brief hebben onderteekent, dit van Zins zyn geweest, is VVaarheit; edoch niet anders, dan onder de voorwaarde van misgisse verwachting des Leraars uit* Holland *beroepen zynde. Daarom zyn de onderteekende van geheel verschillende Gedachten en Voornemen geweest met hem, die den Brief heeft doen opstellen, poogende het* Hollandsche *Beroep te doen verwaren en staken.* (7) p. 18 sqq. (8) p. 22. n. 47.

ſtros Lutheranos minus recte adminiſtrati S. Coenae Sacramenti, quod panem non frangant (qua adhibita ceremonia ipſe S. Coenam adminiſtrauit) incuſauerit, & alia dederit ἑτεροδοξίας indicia (9). *Generalem* denique *conſenſum* craſſiſſimum mendacium pronuntiat (10). Hanc Epiſtolam, bona fide deſcriptam, a Rev. Conſiſtorio, valde eam mirato, ſibi Amſtelodamo fuiſſe transmiſſam, ſeque eandem in *Covvs* accepiſſe, narrat BERKENMEYERVS, ſimulque ſibi fuiſſe demandatum, vt, quae ſit conditio DIERENII, cognoſcere ſtuderet; cognoviſſe autem, quod Tapaanenſium Eccleſiaſtes fieri voluerit, ordinationem a V. ANTONIDE, Eccl. in Midwouw, deſiderarit, oſtenſis Bibliis exclamans: *Dit is myn Commiſſie, volgens vvelke ik kan gaan alvvaar ik vvil, en niemand my hinderen*, ſed non impetrarit (11). Nullam vero ei factam eſſe iniuriam, recte putat BERKENMEYERVS, quod ille, qui non vocatus ſanctum ſibi arrogare vult officium, nulli ſacro Concilio doctrinae rationem reddidit, nulli-

(9) p. 22 ſqq. (10) p. 25. (11) p. 26.

nullique ſeſe Confeſſioni, aut libro Symbolico addixit, licet Codicem Sacrum habeat, cuius ſola poſſeſſio haud efficit miniſtrum ſacrum, non poſſit pro legitimo Eccleſiaſte Lutherano haberi (12). Calculum BERKENMEYERO dedit Rev. Conſiſtorium Amſtelodamenſe, cuius Epiſtolam, poſtquam obſeruauit, quod DIERENIVS infantem illegitime natum in *Hackinſack* ſacro lauacro tingere recuſauerit, copioſis annotationibus illuſtratam exhibet BERKENMEYERVS (13), e cuius libro eam hic iuuat repetere. His autem concepta eſt verbis: *De onluſten door* van Duuren *veroorſaakt, hoopen vvy dat V E. ſullen te boven gekomen zyn. Alſo vvy Vvv' voorſichtig gedrag pryſen, vvyl gy belet hebt, dat ſulk een ongeleerd, en uit alle omſtandigheeden blykende een onbequaam Man, die geen grond van Religie verſtaat, en die het even veel is, vvat vvaar, en by vvien hy predikt, by V. E. den Predikdienſt niet heeft vvaargenomen, en ook belet moet vvorden, om in abſentie van den Heer* Berkenmeyer *ſulks te doen. VVyl een Man, die niet vvettig beroepen, niet vvettig bevonden in de Leer, en niet vvettig beveſtigt is, geen Predikant zyn kan*

(12) p. 27 ſqq. (13) p. 34 ſqq.

kan, noch de Sacramenten bedienen. Sulk een is een Looper, en geen gesondene, Jer. XXIII. 21. en by gevolg van sulker Menschen Prediking is niets goets te vvachten. En niemand moet sich de Eer aanneemen, dan die van God daartoe geroepen vvord (verstaa hedendags middelbaar), Heb. V. 4. En derhalven doen V Eervv. voorsichtig sich van dien Man te ontbouden, en ook te vveeren, als hy sich op eenige vvyse by V Eervv. intedringen zoude soeken. Post varia deinceps a DIERENIO apud *Remperuchenses*, quibus alio, quam in Lutherana Ecclesia vsitato, modo S. Coenam exhibuit, *Albanenses*, apud quos, inuito legitimo Pastore, BERKENMEYERO, concionari voluit, *Loonenborgenses* atque *Klinkenbergenses* illegitime acta & tentata, Loonenborgenses tandem a Concilio Ecclesiastico Hakkinsakensi petierunt, vt DIERENIVM in officio contineret, & a se arceret, quoniam Ecclesia Albanensis (cuius membra, ni fallor, sunt Loonenborgenses) BERKENMEYERVM legitime vocatum Pastorem acceperit, & Consistorium Amstelodamense, vt a DIERENIO siue cauerent, monuerit (14): simulque declararunt, *Consistorium Suecicum*, quod habet *Philadelphia*, de

(14) p. 46 sqq.

de hoc ab vna ad aliam Ecclesiam transfugiente homine posse ferre iudicium. Hinc ab officio tantisper abstinere iussus est DIERENIVS, donec coram Concilio Sacro Suecico causam suam egerit (15). Re itaque ad Suecicum Consistorium, quod est in *Pensyluania*, delata, & ab eodem expensa, DIERENIO petita ordinatio fuit denegata, isque sacro officio indignus declaratus. Integrum *Responsum*, lingua Anglicana Philadelphiae an. 1727. d. 31 Octob. datum ab iis, quorum nomina in fine (16) sic apparent; IONAS" LIDMAN, Pastour & Provost at *VVica-*" *coe*. SAMVEL HESSELIVS, Minister" of the Gospel at *Christiana*. PETRVS" TRANBERG, Minister at *Racoon*. AN-" DREAS WINDRVFWA, Minister at" *Pensneck*, cum variis annotationibus" BERKENMEYERVS exhibuit (17). Atque inde, DIERENIVM esse illegitimum ministrum, concluditur. A BERKENMEYERO idcirco transfuga & mercena-

(15) p. 53: *De Kerk raad op* Hakkingsak, *en de Gemeente heeft het Besluit genomen*, van Dieren, *dus lang de Predikstoel en Kerk te verbieden tot dat hy had syn Baantje schoon gemaakt voor de Oogen van 't Eerw.* Svvedsche *Consistorie*. (16) p. 91 (17) p. 70 sqq.

cenarius (*Looper en Huurling*) appellatur, obseruaturque, quod non solum Lutheranis Skögkaiiensibus, Neo-Eboracensibus, Hakkingsakensibus & Albanensibus, sed Reformatis (18) etiam sese obtrudere studuerit. Qua re sine dubio nituntur, quae de indifferentismo religionis Diereniano postea (19) occurrunt. Candide itaque BERKENMEYERVS a proposito dehortatur DIERENII assěclas, hoc capientes consilium: *So Van Dieren niet gepromoveert vvas, sy vvilden hem aan de Noord laaten promoveeren* (20). Qua occasione BERKENMEYERVS de *duabus Novae Angliae Academiis* notabilia haec & repetitu „digna scripsit verba (21): In *Noord-* of „*Nieuvv-Engeland* zyn twee *Presbyteriaansche* „Hoogeschoolen, als d' een te *Nieuvv-* „*Haven*, in 't Graasschaft van deselve „Naam, onder de vereenigde Colonie „van *Connecticut*. Doch dese Academie is „nu ontrent twee of vier en twintig Jaa- „ren geleden te stand gebracht, en be- „gint nu eerst besaamt te worden. De „tweede Hoogeschool is dat Collegium „te *Neuvv-Tovvn*, naaderhand om die re- „dens

(18) p. 92. (19) p. 95. (20) p. 96. (21) a. 122. p. 96. 97.

dens Wil *Cambridge* geheeten, acht En-"
gelse Mylen van *Boston*, in 't Graffchaft"
Middelsex. Hier toe is 't Begin gemaakt"
Anno 1630. Hoewel de vast stelling door"
Gouvernour en Counsel 1640 geschied"
is. Een daarvan is genaamt het *Har-*"
vardsche, het ander *Stoughtonhall*, mis-"
schien voor de Indiaanen, dewelke hier"
den Gradus van *Baccalaureus* en *Magister*"
annoemen. Van 1700 aan is men besig"
geweest, een Boekfaal, en Medicinisch"
Tooneel aan te leggen. Eindelyk heeft"
dit *Collegium* een *Diploma* verkregen voor"
Doctors te maaken. En hoewel in Mr."
Vischers Gros Britannisches America (1710."
8) daarvan ik my bedient heb (22), p."
173 aangemerkt word, dat buytens Mr."
Increase Mather niemand tot Doctor"
gepromoveert zy: So is uyt 't *Catalogus*"
eorum, qui in Collegio Harvardino, *quod*"
est Cantabrigiae Novanglorum, *ab Ann.*"
1642. *ad Ann.* 1727. *alicuius gradus laurea do-*"
nati sunt, toonbaar, dat dese D. *Mather*,"
die *Crescentius Mather*, *Socius*, *Rector*"
&

(22) Vsus est hoc libro, cuius versionem etiam censuit, ita, vt varia in eo correxerit, quae in annexa Citatione Auctorum, *Aanwysinge der Auteurs*, p. 145 legi possunt.

„*&* *Praeses* genoemd word, *Anno* 1656
„*Doctor* gepromoveert zy; maar voor
„hem en *Anno* 1642 hebben alreeds *Ben-*
„*jamin Woodbridge*, en naa hem *Anno*
„1678 een ander *Cottonus Mather*, insge-
„lyks *Anno* 1700 *Timotheus Cutler* dese
„Eer genooten. En is 't Getal der gene,
„die alhier gepromoveert zyn, begroot
„op 993. Sed haec obiter modo anno-
tauit BERKENMEYERVS, data porro
opera sese opponens HENKELIO (23) cui-
dam, a quo, licet ipsius etiam ordina-
tio non sit omnino certa, DIERENIVS
ordinatus perhibetur, atque ostendit,
quam male, si vera fabula, & iniuste
hoc factum sit ab eodem iure ordinandi
destituto, id tamen modo plane extra-
ordinario exercere auso in viro, neque
vocato, neque testimoniis instructo; a
Consistorio potius Suecico reiecto (24).
Cumque HENKELIVS libello, *Schrift-
liche Ableyhnung* dicto, (post quem spar-
sum *ex equo*, retineo verba Berkenmey-
eriana (25), *cadens, vitam finiisse certo
perhibetur*) se defendere studuerit, BER-
KENMEYERVS in Appendice, siue, vt
vocatur,

(23) *HINKLERVM* eum etiam interdum vocatum
reperio. (24) p. 93, 100 sqq. (25) p. 150.

vocatur, *Post-Scripto*, istum ita examinat, vt, causam suam strenue agens, varia afferat in medium, quae eius rerum sacrarum peritiam non minus, quam candidum erga Lutheranam religionem animum demonstrant. DIERENIO sane ad laudem non valent, quae, inter alia, in hoc Post-Scripto de actu baptismali incongrua ratione peracto leguntur (26) his verbis: *Van Dieren, so my geloofvvardig verhaalt is, eer dat hy met 't Manatavvnsche Olie gesalfd vvierde, heeft op Skoghary, t'samen met den Voorleeser, en Kind gedoopt, dese 't VVater gietende, hy 't Formulier leesende, of een ander Hocus bocus buiten Boeks hermaakende.* Ipsum opus finit BERKENMEYERVS seria adhortatione ad Lutheranos in America degentes, & praesertim Auditores suos, directa, vt peruersum, corruptum, illiteratum, &, vt vno verbo dicam, illegitimum praeconem, aliis sese obtrudentem, nec paucorum animos occupantem, fugiant, eundemque non recipiant.

Adiecit libro huic BERKENMEYERVS copiosas (27) citationes & annotationes, quam doctum, quamue ortho-

(26) p. 5. (27) p. 113 -- 150.

doxum in eodem habeant Neo-Eboracenses Pastorem, luculentissime demonstrantes. Idem comprobant variae notatu dignae *Obseruationes*, in hoc libro occurrentes, eundemque exornantes, de Literis Pastoralibus (28): de Catechisatione praecipuo ministri sacri officio (29): de Variata Augustana Confessione nomine A. C. indigna (30): de Originali Salui Conductus, LVTHERO dati & manu Caroli V notati, apud Regimontanos (31): de nomine *Lutheranorum* iniuste spreto (32): de Libris variarum Ecclesiarum Symbolicis (33): de legitimae Vocationis atque Ordinationis necessitate, & genuinis notis (34): de criteriis orthodoxi A. C. socii (35): de impositione manus (36): de criteriis falsi & minus recte confirmati (onwettig bevestigt zynde) ministri (37): de efficacia verbi ab irregenito praedicati (38): de legitima Sacramentorum administratione (39): de fractione panis non ab omnibus Reformatis pro necessaria habita (40): de Scriptis LVTHERI ab heterodoxis minus recte adhibitis (41): de

(28) p. 6. (29) p. 11. (30) p. 15. (31) p. 17. (32) p. 27 sqq. (33) p. 29 sqq. (34) p. 31 sqq. 72 sqq. (35) p. 37 sq. (36) p. 38 sqq. (37) p. 41 sq. (38) p. 42 sq. (39) p. 44. (40) p. 47 sq. (41) p. 58 sq.

e ANTON. WILH. BOEHMIO (42): e suspectis libris ac scriptis male diuulatis, & in remotissimas terras missis (43): e Cantionali Halensi (44): de sacerdoio opificibus collato (45): de Syncretisio in S. Coenae administratione fugieno (46): de odio Fanaticorum in Oraonem Dominicam & alias precum forulas (47): de fractione panis iuxta ientem Scripturae S. recte intelligena (48): de adiaphoris (49): de discriiine inter sacerdotium spirituale & minieriale (50): de incommodis ab illegitiio ministro sacro ad ecclesiam redunantibus (51), & plures, quibus relatio e hymnis Lutheranis, qui in Ecclesiis mericanis canuntur, & modi eos canndi defensio (52) vtique meretur annunerari.

Crabrones autem irritasse BERKENMEYERVM, quis mirabitur? DIERENIVS sane eo progressus est audaciae & npietatis, vt eundem peculatus ecclesiaici reum dicere non sit veritus. Quam niuriam sibi factam animo imperterrito

T 2 &

(42) p. 62 sq. (43) p. 63 sqq. (44) p. 65 sq. (45) p. 67 sq. (46) p. 68 sq. (47) p. 76 sqq. (48) p. 79 sqq. 87. (49) p. 86 sqq. (50) p. 94 (51) p. 102 sqq. (52) p. 97 sqq.

& recenset & refutat (53). Causam ce-
teroquin, qua impulsus animum ad scri-
bendum adiecerit calamumq; arripuerit,
non leuem adducit hoc modo (54): *Va*
Dieren mag sich ook daarmede geensins vleyen,
dat ik naar densleur der Geleerden hem hand.
vvant hy zou de eer niet gehad hebben, van
VVoorden als Papier jegens hem tespillen; ha
ik anders kans gesien, onder myne gemeente
bekent te maken, 't geen hen verborgen te zyn
niet oorbar u. Seruet Deus Lutheranis in
America viuentibus hunc fidelem docto-
rem, intrepidamque eius mentem magis
semper magisque roboret ac firmet, vt
verborum, quae ipse scripsit (55): *God*
dank! die in myn amt, vvaarin ik menigerly
droefnis, vvedervvaardigheit en tegenspoet ont-
moet heb, noch nooit my heft verlegen zyn
laten van vertrosting, om in staat te vvezen,
vvat voorby is te belachen, te verkroppen vvat
niet uittevvyken staat, noch te schroomen voor
het geen komen kan te gebeuren, nunquam
immemor, diuinam porro praedicandi
gratiam causas habeat grauissimas, perq;
ipsum, omni, quam vota complecti pos-
sunt, felicitate abundantem, Lutheranis-
mus apud Americanos peroptata capiat
incrementa! VI.

(53) p. 7 sqq. (54) p. 9. (55) p. 3.

VI.
Recensiones Librorum.
I.
Nicolai Staphorst,

Past. zu S. Joh. in Hamburg / *Historia Hamburgensis Diplomatica*, das ist: Hamburgische Kirchen-Geschichte / aus glaubwürdigen und mehrentheils noch ungedruckten Urkunden / so wol Kaiserlichen / Königlichen / Fürstlichen / Gräflichen / ꝛc. als auch Päbstlichen / Erz-Bischöflichen / Bischöflichen und andrer beider geistlicher als weltlicher Personen respective Gnaden-Freiheits-und Bestätigungs-Briefen / Concessionen / Indulten / Stifftungen / Vermächtnüssen / Verordnungen / Statuten / Verträgen / Contracten / Vergleichungen und andern dergleichen vielfältigen Schrifften / gesammlet / beschrieben und in Ordnung gebracht. Des

Andern Theils Erster Band / in welchem die Geschichten der Reformation von An. 1521 bis 1531 darg stellet werden / wobei am Ende d Jährliche Gestalt des hiesigen G Predigamts / die Formula co mittendi, und die Bekäntnüsse d Hamburgischen Kirche gefüget ist. Hamb. 1729. 4. Alph. IV. pl. 7½ Fig. aen. 5.

NOn sine insigni voluptate recensitis in nostra Bibliotheca Voluminibus Historicis Staphorstianis hoc Volumen eo lubentius addimus, quo maiori cum delectatione hoc anno Iubilaeo eos peruoluimus libros, qui aliqui habent, quod ad sacrorum emendatorum historiam pertineat. Nobis itaque eo minus ingrata esse possunt, quae in Reformationis Hamburgensis historia sunt maxime memorabilia (plura enim breuis recensio, solum delectum exhibitura, non capiet), quo maius ac frequentius Lubecam inter & Hamburgum, sorores ac vicinas vrbes, intercedit commercium.

Sisti

Sistit autem hoc Volumen primam reformationis Hamburgensis Periodum, in tria capita diuisam. Primum an. 1521 incipit, atque ea recenset, quae ante ipsam Reformationem contigerunt. Annum vero 1521 commemorabilem facit M. ORDO STEMMEL, dictus etiam STIEFEL, Pastor Catharinianus ac Vicarius, qui labem & doctrinae & vitae adspersam agnouit, agnitam pro virili emendare studuit, atque dogmata puriora vsque ad annum 1524 (non 1526, vt habet ARNOLDVS, a STAPHORSTIO p. 2 correctus) candide & intrepide proposuit. Eandem ob causam HENRICVS HARTZWICH & MARCVS ALDAG p. 3 collaudantur. Anno 1522 rigidum Papistam, HENNINGVM KISTENBRÜGGE, Iur. Canon. D., Canonicum Hamburgensem & Slesuicensem, Pastorem Nicolaitanum, veritati Euangelicae locum dedisse, refert Noster, & ad P. I. Vol. III. p. 561 sqq, vbi fusius de eo commentatus est, nos ablegat. Anno 1523 Hamburgum auspicato venit Rostochio STEPHANVS KEMPIVS, Monachus Franciscanus, qui cum non indulgentias, non fabulas, sed Dei verbum pro concione magno exponeret candore, abiturus d. 4 Iun., vt Ham-

burgi maneret, rogatus eſt, cui etiam petito annuit, atque deinceps magno cum fructu Hamburgenſes diuinam veritatem docuit. Anno 1524, vna cum ſequentibus, incorruptae religionis doctorem habuit Hamburgum in SERVATIO EGGERDES, Symmyſta Iacobeo, quem idcirco iure praedicar STAPHORSTIVS p. 7 ſq. Anno 1525 magno ardore aduerſus Papatum verba facere coepit IOACHIMVS FISCHBECK, Paſtor Catharinianus; ſed coepit: praebenda enim, vt vocant, a Capitulo donatus, a zelo mox remiſit, priſtinamque ſuperſtitionem defendit. Conſtantiorem veritatis praeconem hoc ipſo anno ad ſe vocarunt quidam Hamburgenſes, IOANNEM BVGENHAGIVM, cuius tamen aduentui nonnulla, p. 9 commemorata, fuerunt impedimento. Annus 1526 notatu dignus eſt; tum propter alia, tum inprimis propter IOANNEM ZEGENHAGEN, qui vti Magdeburgi, vnde arceſſitus erat Hamburgum, veritatem animo imperterrito docuerat, ita, conſtitutus Eccleſiaſtes Hamburgenſis Catharinianus, ſtrenue in ſaluberrimo hoc labore pergebat, aduerſariisque maſcule obuiam ibat, varia licet idirco perpeſſus duriora, quae dili-

diligenter enarrata sunt p. 11 sqq. Anno sequenti 1527 NICOLAS BVSTORPIVS, Canonicus, Lector Secundarius & Ecclesiastes Cathedralis, turbas mouit, purioribusque sacris sese valde inimicum praebuit, quod probant *Theses ac Literae Bustorpianae* p. 14 sqq exhibitae, quas p. 31 sqq excipit relatio de opera a Senatu, ac aliis, BVSTORPIO ad mentem saniorem perducendo, nauata.

Capite secundo de ipsa agitur Reformatione, atque p. 128 sqq exponitur instituta an. 1728 a Senatu conuocatio Ministrorum sacrorum in Curiam, vt doctrinae redderent rationem, atque ii, qui fouerent dogmata, e Scriptura S. non probanda, praeconibus, ea vnice nitentibus, cederent. Congregatos allocutus est Consul praesidis fungens munere, DIETERICVS HOHVSEN; quo facto, praelecta sunt erronea dogmata, pro concione dicta, eo fine, vt vnusquisque verba sua interpretaretur, ac mentem candide aperiret. In meliorem sententiam locuti sunt alii: alii in erroribus perseuerarunt. Ciues itaque, videntes, hac etiam ratione nondum pacari posse Ciuitatem & Ecclesiam, petierunt a Se-

natu, vt, si aliter ab iis, qui ipsos hactenus indulgentiis, purgatorio, & his similibus, deceperint, liberari non possent, vrbe eosdem eiicerent; quamobrem a Senatu etiam BVSTORPIVS, FISCHBECKIVS, & plures, abire iussi sunt.

Capitis tertii initium declarat Capituli & Clericorum a Senatu Populoque Hamburgensi, nomen suum inter Euangelicos professo, dissensum, adeo, vt multi Hamburgum relinquere, quam Euangelicam doctrinam accipere, satius duxerint. Qui Papicolarum abitus doctrinae meliori apud Hamburgenses propagandae, amplificandae & confirmandae valde profuit. Abeuntibus itaque, excedentibus, euadentibus, erumpentibus sacrorum a MARTINO LVTHERO emendatorum hostibus, incrementa eadem capiebant felicissima. Quo autem cuncta in Hamburgensi Ecclesia κατὰ τάξιν καὶ εὐσχημοσύνην peragerentur, Wittenberga an. 1528 arcessebatur IOANNES BVGENHAGIVS, qui vti d. 9 Octob. aduentans humanissime excipiebatur, ita, rerum Hamburgensium, eccle-

clesiasticarum potissimum, acquisita notitia, conficiebat *Ordinationem Ecclesiasticam*, quae vnanimi S. P. Q. H. consensu an. 1529, sancto Pentecostes tempore accepta & confirmata, publica auctoritate fuit introducta, & idcirco festo SS. Trinitatis die Hymnus, Ambrosio vulgo tributus: *Te Deum laudamus*, in omnibus Templis cantatus. De qua solennitate, ipsis Agendis Ecclesiasticis, eorum auctore, eiusdemque meritis in Ecclesiam Hamburgensem multa lectu ac scitu dignissima p. 139 sqq obseruantur. Creuit itaque Hamburgi opera virorum meritissimorum, BVGENHAGII, IO. AEPINI, nuper electi Pastoris Petrini, a quo an. 1530. m. Mai. *Pinacidion de Romanae Ecclesiae imposturis & Papisticis sutelis, aduersus impudentem Hamburgensium Canonicorum autonomiam*, euulgatum, KEMPII, ZEGENHAGENII (qui, an. 1531. d. 17 Ian. defunctus, a STAPHORSTIO p. 152 perhonorifico *Hamburgensis Euangelistae elogio* insignitur), & aliorum, Euangelivm, quod vt nunquam in amplissima hac & nobilissima Ciuitate decrescat, sed eandem, velut ornamentum maximum, ad finem vsque mundi exornet, quis ex animo nollet optare? Histo-

Historiam vero Reformationis Hamburgensis candide expositam STAPHORSTIVS pereximiis Documentis (Beilagen), vnicuique capiti adhaerentibus, roborauit ita, vt de fide eius plane non sit dubitandum. In his sunt STEPHANI KEMPEN Warhafftiger Bericht, wo der Papen Messe, Predige, und andere Kercken-Geprånge, alhier tho Hamburgk geandert, und de jegenwardige Predige, Messe und Ceremonien upgekamen und angenamen 2c. pag. 39 sqq: Doct. JOHANN MOLLERS Nachricht von der Religions-Verånderung in Hamburg, pag. 70 sqq: JOHANN BVGENHAGENS Brief von seinem Beruf zum Pastorat zu St. Nicolai in Hamburg. pag. 91 sq: Up des Abbates van Sunte Michael tho Lûneborch, und sines Prôue Esels Prôue-Bock, Antworth STEPHANI KEMPEN, Predigers des Evangelii Christi tho Hamborch. Sampt einer Vôrrede JOHANN BVGENHAGEN, Pomer. 1531, pag. 172 sqq: JOHANNIS ANGELI ARCIMBOLDI *Literae, quibus Henricum Bantschow, Canonicum & Scholasticum Hamburgensem, in Acoluthum Papae recipit. Hamburgi An. 1516. Kal. Septemb.* p. 283 sqq, ex quibus literis Noster recte euincit, in historiarum monumentis alias

non

non obſeruatum, quod ARCIMBOLDVS, IO. TETZELII ſocius, Indulgentiarum nundinator, memorato anno non Lubecae ſolum, teſte HERM. BONNO, ſed Hamburgi etiam fuerit, ibidemque irreligioſum ac ſordidum quaeſtum fecerit.

Nonnulla documenta ad Hiſtoriam, & potisſimum Cathedralem, Lubecenſem ſpectantia, pag. 314 ſqq occurrunt, quae malumus ibi legi, quam hic prolixe recenſere.

Vt vero conſtet, per quos purior doctrina in Ciuitate Hamburgenſi ſit multa cum laude propoſita atque asſerta, hodieque ſimili ratione proponatur & asſeratur, STAPHORSTIVS magno ſtudio conſignauit & huic volumini apte adiecit Jährliche Geſtalt des Hamburgiſchen Predig-Ampts / das iſt / Deutliche Fürſtellung / was vom Anfange der Religions-Verbeſſerung bis auf gegenwärtige Zeiten für Männer nach vorhergehender Wahl / Beruffung / auch angeſtellter Unterſuchung ihrer Lehr und Lebens in das Ehrwürdige Lehr-Ampt aufgenommen worden / und darin bis an ihres Lebens-Ende / oder anderwärtiger Ver-

Veränderung / gestanden haben / cui ad an. 1728 pertingenti addidit *Formular*, nach welchem / in den Kirchen zu Hamburg / gelehrte junge Leute zum Predig-Ampt ordiniret / oder auch sonst Andere / so schon im Ministerio gelebet / daselbst eingeführet werden / pag. 111 sqq.

His concinnandis & euulgandis impensus labor vti egregius est ac vtilis, ita non minus venit praedicandus ille, quo *Confessiones Ecclesiae Hamburgensis* denuo editae, & cum Reformationis Hamburgensis Historia sunt coniunctae. Annexuit enim STAPHORSTIVS Die Bekenntnüß der Kirchen zu Hamburg / in welcher enthalten: I. Der dreien Städte / Lübeck / Hamburg und Lüneburg Bekenntnisse und Erklärung auf das INTERIM. II. EE. MINISTERII zu Hamburg Lateinis. Brief an die THEOLOGOS zu Wittenberg von denen Mitteldingen. III. Derer Prediger zu Hamburg und Lüneburg Antwort auf D. ANDREAE OSIANDERS Bekenntnüß von dem Mittler JEsu Christo und der Rechtfertigung des Glaubens in Lateinischer Sprache gestellet. IV. Derer Prediger zu Lübeck / Hamburg / Lüneburg und Magdeburg Erklärung wider D. GE-

ORG.

ORG. MAIOREM in der Lehre von der Rechtfertigung. Und V. EE. MINISTERII zu Hamburg schlechte und rechte bekänntnüß von dem Hochwürdigen Sacrament des Leibes und Blutes unsers lieben HErrn JESU CHRISTI / nebst einer treuen Vermahnung an die Christliche Gemeine. Wobei zu mehrerer Erläuterung gefüget ist M. JOACHIMI WESTPHALI Ubersetzung des oben gedachten Lateinischen Briefes / nebst der auf damahlige Zeiten gedeuteter Historie vom Güldden Kalbe / nicht weniger der Wittenberger THEOLOGEN Antwort auf den an sie abgelassenen Brief derer Prediger zu Hamburg. Zum Preise GOttes / und rühmlichen Andencken unser Vorfahren zusammen gesucht / und mit vorgesetzter kurtzen Historie dieser Schrifften heraus gegeben. Quae concisa quidem, concinna tamen harum Confessionum, Scriptorumque Historia non solum, sed & additus rerum memorabilium Index hanc editionem Staphorstianam commendant.

Quemadmodum autem hoc Volumen effigiebus magnorum Theologorum, STEPH. KEMPII, IO. BVGENHAGII &

& IO. AEPINI, aeri eleganter incisis, valde condecorauit STAPHORSTIVS, ita, sub PATRVM PATRIAE, Ecclesiae tutorum ac nutritorum laudatissimorum, praesidio, Ipse, vna cum omnibus honoratissimis Collegis, diutissime condecoret Hamburgensem Ecclesiam, vt Venerabilis Ordinis Sacri, omni semper prosperitate a Deo benignissimo ornati, cura, prudentia, ardore, veritatis coelestis studio, inclytum *Hamburgum* retineat splendidissimum titulum, quo appellatur *Euangelico - Lutheranum!*

II.

II.

Io. Burchardi Maii,

Eloqvent. & Hist. Prof. qvondam celeberrimi, *de Romani Pontificis Electione, Cæsarumqve circa eam jure, Commentatio. Accessit ejusdem Disqvisitio de* FRIDERICO *I. Ænobarbo Imperatore ab Alexandro III. Pontifice pede non conculcato. Cum triplici Indice. Edidit, & Dissertationem præmisit de variis Pontificum, iisqve iniqvissimis, adversus Cæsares, Reges ac Principes, molitionibus, & ab Christi Vicariis, qvales se jactant, longe alienissimis,* D. HENR. MVHLIVS, Theologus in Ecclesia & Academia Holsatica primarius, hujusqve Pro-Cancellarius. Kiliæ, 1729. 4to. 1. A. 10½ pl.

ERudita hæc, firmisqve innixa documentis, Commentatio B. JOH. BVRCH. MAII(*) hoc nostro inprimis tempore meretur attendi, qvo BENE-

 DICTVS

(*) De vita ejus vid. *Volum* V. p. 193. sq.

DICTVS XIII. Papa die XXI. Februarii hujus anni Romanam Ecclesiam morte sua reliqvit ἀκέφαλον, & Purpurati Patres undiqve confluunt, novum ecclesiæ suæ caput constituturi. Sicut enim multa ad Romani Pontificis electionem ejusqve ritus facientia harum rerum cupido eadem exponit: ita qvoqve jura Imperatoris circa hanc electionem opportuno tempore renovat, qvorum vindiciæ, ut vel hac occasione dignis modis suscipiantur, optare omnino fas est.

Majus eidem pretium accedit præfatione amplissima Summe Vener. Dn. EDITORIS, qvæ *de variis Pontificum adversus Cæsares, Reges ac Principes molitionibus* p. 1. - 96. agit, rebusqve scitu dignissimis est referta. Postqvam enim, qvæ de honore universalis in Ecclesia Præsulis inter orientis & occidentis Episcopos disceptata sunt, & qvali ratione insecutis temporibus, qvi tum sacris præerant, Romani *Pompifices* magis, qvam *Pontifices*, ut *Berengarius* eos vocat, hanc dignitatem sibi arrogarint, narratum est, molitiones ipsæ Pontificum adducuntur, qvas versutissimi isti homines alias tegere potius, qvam aperte prodere malunt. Inter

ter has primo loco numeratur divi Petri nomen, cujus se locum tenere falso Pontifices gloriantur, velut in causæ suæ palladium firmissimumqve præsidium advocandum, ut adeo cuncta, qvæ sibi raperent, ad Petrum referrent, ejusqve ascito nomine commodis suis procurandis permagnum afferrent momentum, uti ex eorum bullis, decretis, literis, aliisqve documentis, *jus Petri*, *honorem Petri*, *Petri reverentiam*, *subjectionem Petro debitam*, *missam à B. Petro legationem*, *data & donata Petro*; *Patrimonium Petri*, *regalia S. Petri*, *Petri annulum*, *Petri sedem*, *claves Petri*, *ecclesiam Petri*, *Petri denarios*, aliaqve hujus notæ plura memorantibus, patet. Deinde huc refertur persuasio de animæ salute, qvam Reges ac Principes se largis donationibus in sedem Romanam conseqvi posse, qva tunc erant credulitate, existimabant. Vnde formulas: *Pro remedio animæ nostræ*, *ob salutem animæ meæ*, *pro redemtione animarum suarum*, *pro salute animæ, & omnium antecessorum*, *in salutis propriæ remedium & progenitorum nostrorum*; similesqve in veterum donationum tabulis passim legere licet. Qvod & a celeberr. *Editore* in Cænobii Bordesholmensis historia paulo fusius traditum est, *Diss. Histo-*

 rice

rico-Theolog. p. 515. sq. & p. 520. sq. Tum qvoqve religio ipsa superstitione undiqve oppleta ad inserviendum Pontificis & cleri commodis inflectebatur, dum non modo auctoritas Pontificis primum ac præcipuum dogma constituebatur, sed & cætera omnia ad qvæstum lucrumqve captandum comparabantur, uti missarum solemnia, purgatorii ignis commentum, indulgentiarum nundinationes, operumqve merita satis superqve comprobant. Exqvisitissimi itidem tituli in papalis dominatus fulcrum ac columen arcessebantur, non modo Papæ appellatio, qvæ plerisqve olim Episcopis communis fuit, sed & *Vicarii B. Petri*, *Vicarii Christi*, *Sanctissimi Patris*, imo & *Vice-DEi* atqve *DEi* ipsius nomen, quod sibi proprium facere, aut ab aliis attribui, nulla fronte verebantur. Si qvi ex Principibus obseqvium detrectabant, acerbissimis animadversionibus, minis, diris, fulminibusqve à Jove Capitolino percellebantur, cujus immanis instituti Papa *Gregorius* VII. turbandis regnis ferendisqve dissidiis cumprimis natus, pessimus auctor incentorqve merito habetur. Nec interdicti tantum ecclesiastici poena in repugnantes promulgabatur, qvæ cum principe subjectos pariter

cives affligeret, sed & regna ipsa justis possessoribus eripiebantur, lege beneficiaria aliis addicebantur, aut pro nutu arbitrioqve disponebantur, aliisque modis imperantium jura infringebantur. Inprimis clavis ligantis & solventis potestatem dictatoria qvadam auctoritate sibi solis vindicabant Pontifices, unde magna illa & varia indulgentiarum copia enata est, & speciali sæpius permissu venia futurorum etiam criminum, & in ipso mortis articulo petendi & obtinendi facultas, concessa. Qvam in rem rarissimum ejusmodi Diploma nondum editum, MAGNO Sveciæ & Norwegiæ Regi, a *Johanne* Pontifice ann. 1331. impertitum hic ex autographo p. 34. sq. exhibetur. (*) Eodem consilio bellum sacrum excitabatur, non tam honori Romani imperii exaltando, qvam tot Principibus, terris, regionibus, robore suo denudandis, Pontificumqve divitiis augendis conducens.

 In-

(*) Privatæ qvoqve sortis hominibus eadem concessio haud denegabatur, uti ex documento authentico *Volum.* VI. hujus *Bibliothecæ* p. 253. sq. à nobis allato patet, cui simile est qvod in *Continuata Veterum & Novorum Theol. collectione* ad ann. 1728. P. II. p. 145. sq. legitur.

Insuper legislatoriam tam circa sacra qvam profana potestatem Pontifices sibi adserebant, effictis Pseudo-decretalibus epistolis, & coacervato jure Canonico; conciliorum & convocandorum & moderandorum arbitrium soli postulabant; jus conferendi pallium occupabant; jurisjurandi formulam à Cæsaribus, dum Romæ inaugurabantur, exigebant; ipsumqve Pontifices eligendi jus Imperatoribus aufferebant. Hæc & alia plura interjectis observationibus doctissimis, uberius enarrantur, nec vel ad præsentia usqve tempora vafrum infestumqve erga Cæsares & Principes animum Pontifices immutasse, recentissimis exemplis declaratur, qvantumqve hæc molimina a Christi disciplina & Petri ac aliorum Apostolorum consuetudine recedant, solide docetur.

Ipsam B. MAII Commentationem quod attinet, præmissa ad Lectorem Præfatione scriptores, qvi de Pontificum Romanorum electione, Cæsarumque circa eam jure, egerunt, recensentur, (*) addito singulis

(*) Annumerari his meretur FRANC. BELLISOMO, Abbas S. Mariæ ad Perticas & Curiæ Romanæ Prælatus, in libro, quem inscripsit: *Dell' autorità degl' Imperatori nel Governo esteriore degli Affari Ecclesiastici*, Jen. 1728. 8vo.

gulis judicio, inprimisqve ad noſcendas artes verſutiasque ambientium ſic dicta *Conclavia* commendantur, ſeu narrationes rerum in comitiis electioni Papæ deſtinatis geſtarum, qvæ arcana Romanæ curiæ pandunt, & vendi alias ſine periculo haud poterant, jam vero paſſim editæ proſtant, qvorſum pertinent *Levinus Nic. Moltkenius* in Conclavi Fabii Chiſii, ſive Alexandri VII. Slesvici 1656. *Hermannus Conringius* in Hiſtoria electionis ejusdem Alexandri VII. itemque Urbani VIII. & Innocentii X. Helmſtad. 1651. & 57. & *Joh. Georgius Fueslinus* in conclavibus Romanis reſeratis Tiguri 1692. excuſis, nec non Commentarii, hujus notæ plures hiſtoriam electionis à Clemente V. usqve ad Clementem IX. tradentes, uno volumine collecti, atque italico ſermone Genevæ 1677. 4to. publicati, qvibus poſtea Clementis X. Innocentii XI. & Innocentii XII. conclavia acceſſerunt. Hanc deinde tractationis viam Auctor tenet, ut ſæculi cujusque indolem ac ſtatum, Pontificumqve ſive probos ſive corruptos mores vivis depingat coloribus, eorumque ſubinde enarret adminicula aſcendendi ad id faſtigii nunc per ambitum largitionesqve, nunc per vim aut ſeditio-

nem, nunc per justam electionem. Inter qvæ omnia sedulo attingit, qvæ Cæsarum in his jura vel labefactaverint interdum, vel confirmaverint, ubivis vero æqvalium optimorumqve scriptorum injicit mentionem, ex qvibus plenior hauriri notitia, & rerum, qvæ suis temporum intervallis observata est, varietas exactiori definiri judicio possit. Agitur hoc inprimis in annotationibus egregiis, larga manu ubiqve additis, ac memorabilia multa complectentibus, è qvibus hic instantis electionis ergo commemorare juvat *Gregorii* X. leges XII. de creatione Pontificis Romani in concilio Lugdunensi 1274. latas, qvibus Conclave Cardinalium eligentium formam suam debet, qvam adhuc hodie servat, licet subsecutis temporibus in ista eligendi ratione haud pauca fuerint immutata. Integræ hæ leges ex *Onuphrii Panvinii* notatis ad Platinam hic p. 51. sq. exhibentur, qvarum summa eo tendit: I. Ut novi Pontificis comitia habeantur loco idoneo ubi pontifex præcedens mortuus fuerit. II. Ut mortuo pontifice comitia non habeantur, nisi ad minus decem dierum spacio interjecto. III. Ut Cardinales omnes qvavis ratione à conclavi absentes

nullum ferendorum suffragiorum jus habere possint. IV. Ut non solum Cardinales absentes, sed & omnes cujusvis ordinis & conditionis homines in Romanum pontificem creari possint. V. Ut finitis novemdialibus omnes Cardinales, qvi adsunt, loco tuto, qvod Conclave vocant, recludantur, cum duobus tantum vel tribus aut qvatuor famulis. VI. Ut locus & portæ conclavis diligentissime custodiantur. VII. Ut Cardinales conclave egredi nulla ratione possint, nisi Romano pontifice creato, qvod si re infecta egressi fuerint, ab his, qvi conclavis custodiæ præsunt, iterum ingredi cogi debent. VIII. Ut Cardinalibus venientibus post ingressum conclavis & ante papæ creationem potestas sit conclave ingredi & cum cæteris suffragia ferre. IX. Ut post triduum ingressus conclavis, nisi pontifex renuntiatus fuerit, episcopi, Reguli Romani, & qvi conclavis custodiæ præsunt, maximam in epulis & cibis, qvæ Cardinalibus inferuntur, rationem habeant, & illis non nisi ferculum unum inferri permittant. X. Ut in comitiis habendis sub anathematis poena nulli fas sit, aut largitione uti, aut qvicqvam polliceri, aut prensare, sive am-

biendo animos cardinalium sibi in nova creatione devincere. XI. Ut nemo Romanus pontifex renuntiari possit, nisi duarum partium ex tribus cardinalium in conclavi præsentibus integra suffragia tulerit. XII. Ut mortuo Romano pontifice omnes ecclesiastici magistratus & officia statim cessent, atqve à muneribus suis vacent, præter poenitentiarium majorem minoresq;, & camerarium S. R. E. qvorum munera etiam mortuo papa perdurant. Referri qvoqve inter memorabiliora in notis occurrentia meretur *Joh. Fabricii*, Theologi Helmstadiensis, epistola, ad Illustrem *Eybenium*, Consiliarium olim status Ducis Slesvici & Holsatiæ, deinde primarium aulæ Ministrum, & Consiliarium Sanctiorem Episcopi Osnabrugensis, Helmstadio d. 29. Febr. 1704. perscripta de conciliatione protestantium cum ecclesia pontificia p. 99. sq. ut & singularis adlocutio ad Papam *Benedictum* XIII. directa, p. 109. sq.

Qvæ subjungitur Disqvitio, de *Imperatore* FRIDERICO I. *Ænobarbo ab Alexandro III. Pontifice pede non conculcato*, Kilonii jam olim ann. 1710. ventilata, tria complectitur capita, qvorum I. inscribitur *Caput*

put proponendi, historiam ipsam, prouti narratur, exponens; II. *Caput conferendi*, auctores ab utraque parte vel affirmativam, vel negativam tuentes sententiam, exhibens; ac III. *Caput decidendi*, falsam effictamque esse hanc historiam concludens 1. a *fide suspecta Italorum* antiqvorum pariter ac recentiorum; 2. a *dubiæ narrationis notis*: FERTVR, DICITVR, ADDVNT, TRADVNT ALII; qvales deprehenduntur in vetustissimo omnium, qvem reperire licuit, Obbone Ravennate & Petro Justiniano, Senatore Veneto; 3 a *Silentio scriptorum æqvalium*, Godefridi Viterbiensis, Guntheri, Conradi Vrspergensis, aliorumqve; 4. a *discrepantia adversarum partium* in loci, temporis, modique designatione; 5. ab *ingenio Friderici*, Imperatoris summe magnanimi, suæqve dignitatis in utraque fortuna tenacissimi; 6. a *studio Germaniæ procerum in Imperatorem*, qvi permissuri non fuissent, in ipsa Italia indigne adeo violari caput suum; 7. ab *inconvenienti*, cum omni lite composita Imperator jam per aliqvod tempus amice cum Pontifice versatus fuerit; 8. a *multitudine mendaciorum*, qvibus historiam ejus ævi, & Friderici inpris

primis, contaminatam esse, satis patet. (*)

Non poterat sane meliori ac digniori ratione memoria celeberrimi MAII, egregiis in rem literariam meritis dudum inclyti, instaurari, qvam hac ipsa operum illius limatissimorum evulgatione, optandumque omnino est, ut Orationes ejusdem, Epistolæ, Dissertationes, Programmata, multa cura expolita, & qvæ reliqvit alia opuscula, a Summ. Ven. Dn. EDITORE in lucem usumqve publicum proferantur; cui consilio, qvod cepit, exequendo, ut firmum ætatis robur, crescensqve magis oculorum vigor annuente Numine faveat, libenti animo eidem adprecamur.

(*) Conf. qvæ de hoc argumento monet Dn. Editor in præmissa *Diss.* p. 84. sq.

III,

III.

CHRISTIANI NETTELBLADT, J. U. D. & Prof. Jur. ord. Reg. Gryph. *Fasciculus rerum Curlandicarum Primus*, *continens* *1. Formulam Regiminis Curlandiæ de A. 1614.* *2.* Curländische *Statuta.* *3.* Die Scheidungen und Grän-tzen zwischen dem Stifft *Curland* und dem Teutschen Orden. *4. Privilegia Nobilitati à Duce Gotthardo 1578 concessa, confirmata 1581.* *5. Formulam* des Vertrages zwischen Dennemarck und Pohlen das *Cur*ische Bisthum betreffend. *6. Nonnulla Diplomata Curlandica.* *7.* Kurtze und wahrhaffte Vorstellung der Hertzogen von *Curland* ihres Sitzes und der dazukommenden Hoheit. *Cum Præfatione de Jure Sveo Gothorum in Curlandiam pervetusto. Nunc primum ex MSCT. in lucem editus.* Rostoch, A. 1729 Alph. I. pl. 1. in 4.

Con-

CONsultissimus Fasciculi hujus Editor sæpius merito nobis laudatus, cujus indefessum de Republica literaria bene merendi studium multis editis documentis abunde innotuit, cum monumenta aliqvot historica MSCta, res Ducatus Curlandiæ non parum illustrantia, fato venditionis sub hasta coemisset, consultum esse judicavit, in eorum gratiam, qvi hoc literarum genere delectantur, eadem publici juris facere. Utqve constet, qvanti æstimanda sint & qvantam iisdem fidem tribuere liceat, docet, ea olim ad Consiliarium Legationis Curlandicum in aula Svecica degentem pertinuisse, eoqve defuncto publice esse uendita. Justum igitur istis cimeliis pretium esse statuendum qvilibet agnoscet, cum conservata fuerint à ministro qvi publica negotia gesserit. Accedit, qvod qvædam ipsa sint originalia, qvæ vero descripta sunt ex originalibus, testimonia habeant Notariorum publicorum.

Contenta hujus Libri vel ex inspectione tituli videri possunt. Qvamvis vero *Formulæ Regiminis* pars posterior cum *statutis Curlandicis* eadem fere sit, utrumqve tamen monumentum hic impressum legitur

gitur, quoniam alterum alteri lumen affert & ex posteriori loca quædam prioris, qvæ depravata videntur, restitui possunt.

Formula Regiminis qvæ primo loco conspicitur, proposita est â commissariis Sigismundi III. Poloniæ Regis A. 1614. & â Rege ac Nobilitate confirmata A. 1617. Principali Commissario Culmensi Episcopo in latina formula nomen est Johannes *Cosibutzki*; mauult tamen cl. Editor juxta versionem Germanicam nomen *Kutzborki*. Complectitur hæc formula leges varias qvas recensere superfluum esset. Occurrunt in eadem locutiones non alias ubivis obviæ *de mundâ muliebri*; num 188. *de jure conjunctæ manus*; n. 189. Legesqve peculiares de matrimonio inter tutorem & pupillum vetito: n. 73. de præscriptione actionum criminalium post sexennium, n. 154. Famosorum libellorum autoribus lex statuitur n. 223. „Famosorum libellorum chartarumve scriptores, disseminatoresque infames pronuntientur, & si crimen capitale alicui in scriptis suis famosis objecerint, vel rebellionis causa scripta sua proposuerint, capite plectantur."

Qvod

Qvod num III. p. 115. sq. legitur Pactum inter capitulum Curlandiæ & ordinem Teutonicum veteri Teutonica lingua, qvæ A 1338. viguit, consignatum est. Complectitur præter notitiam limitum & finium utrinqve positorum vocabula quædam veteris linguæ partim obsoleta, partim ea illustrantia qvibus nostris in oris utimur. Ipsa supscriptio attentionem meretur To Holding an unsre Frue Dage der LEJSTEN. Ubi conferri merentur quæ cl. CHRISTIAN. GOTTLOB HALTAVSIVS in Calendario medii ævi præcipue Germanico p. 127. observat occasione vitæ S. Elisabethæ in Scriptor. Menken. T. II. p. 2073. in qva legitur: Es was unser lieben Frauen Tag der LESTE. &c.

Inter diplomata deniqve curlandica notabilis est copia compositionis Pacis cum Curonibus Ethnicis ratione tributi annui A. 1230. sub tribus Sigillis. Specimen hic exhibetur conventus inter Christianos conversos & convertendos, qvalis cum raro occurrat, meretur, ut cum brevior sit hic legatur. „Conventus S. Mariæ in „Riga, Fratres militiæ Christi, Rath„manni cæteriqve Burgenses, Rigenses, „universis Christi fidelibus, ad qvos præsens

ſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in ve-"
ro ſalutari. Notum ſit omnibus futu-"
ris & præſentibus, qvod cum Curoni-"
bus & locis, qvorum hæc ſunt nomina,"
Rende, *Calevvalle*, *Matekule*, *Pidevvale*, *VVa-*"
ne, *Puteligeſſe*, *Candovve*, *Anſes*, talem fe-"
cimus compoſitionem. Cum ſe offerrent"
ad ſubeundum jugum Chriſtianitatis, qvod"
videlicet ipſi & eorum ſucceſſores de qvo-"
libet unco ſolverent nobis annuatim di-"
midium navale talentum ſiliginis, & de"
erpica, qvæ vulgari noſtro *ergede* dici-"
tur ſoluerent ſimiliter dimidium talen-"
tum ſiliginis; ſi vero aliqvis uno eqvo la-"
borat in unco & erpica non ſolvet niſi"
tantum dimidium talentum ſiliginis. In-"
ſuper ſacerdotibus ſuis, qvos de Riga"
advocabunt, qvantocius poterunt abs-"
qve periculo neceſſaria vitæ perſolvent,"
& ab eis obedienter Baptiſmum reci-"
pient, & legem Chriſtianam, ſalvis ſibi"
poſſeſsionibus & proprietatibus agrorum"
ceterarumqve rerum ſine conditione cu-"
juslibet poteſtatis. Præterea iidem Cu-"
rones nobiſcum impugnabunt inimicos"
Chriſti. Ne ergo qvæ geſta ſunt a nobis"
proceſſu temporis evaneſcant & in irri"
tum deducantur, niſi forte Curones in-"
fregerint rebellando Chriſtianos, fir-"

„mandum duximus & obſervandum, unde & literis noſtris ea perennari fecimus „& ſigillis noſtris roborari: Subarratis „teſtibus, qvorum hæc ſunt nomina. „*Mauritius* Prior S. Mariæ in Riga, *Hedenricus* Celerarius, *Heinricus* Camerarius, „*Volqvinus* Magiſter militiæ fratrum, *Rudolphus de Caſſele*, *Gerefridus VVirdic*, *Mariæ VVardus de Thuringia* Fratres ejusdem „militiæ; de Rathmannis *VVernerus Fridericus de VVenden*, *Albertus Vtnordius*, *VVolderitus*. Peregrini *Juſtavius de Dut*, *Alexander de Yechte*, *Thomas de Hunefelde*, „*Dodo de Travenimine*. Burgenſes Lubecenſes, *Mariævvardus de Hagen*, *Sifridus* „*de Hoſenberge*, *Heinricus Clenebur*, & alii „qvam plures. Actum publice in „Riga. Anno Dominicæ Incarnationis „MCCXXX.“

In Diſſertatione de Jure Sveo Gothorum in Curlandiam qvæ Præfationis loco præmiſſa eſt, diſſeritur de nomine Curlandiæ, qvod ut fieri ſolet in nominibus Regionum aut urbium, qvæ ætatem ferunt, a diverſis diverſimode exponitur. Primas autem tribuit ſententiæ Ill. Hermelini, qvi Curoniam a *Kauras* qvod veteribus Livoniæ Boruſſiæqve incolis *planitiem*

nitiem denotavit, appellatam existimat. Originem gentis ê Finnlandia deducit §. II. Antiqva nomina Scyrorum & Hirrorum illustrat & an Curonibus tribui possint disqvirit. De Antiqva regiminis forma inter Curlandos disserit §. IV. sunt enim qvi Curonibus, Borussis & Livonis communem fuisse Imperantem putant, qvi simul veluti Papa qvidam & Idololatricæ superstitionis antistes supremus fuerit. Alii sunt, qvi certos Regulos eis imperasse putant: alii de hac regiminis forma nil constare putant, nisi qvod jam Svecis Gothisque, jam aliis populis tributum pependerint. Qvod vero jus Svecorum in Curlandiam concernit, judicat, incerta esse omnia qvæ traduntur, nec superesse belli inter Svecos Curonesqve cum finitimis gesti mentionem, priusqvam ad tempora Berici seu Mericonis fuerit ventum. Berico hic magno cum exercitu ê Svecia egressus Curlandiam finitimasque regiones sibi subjecit, qvod Livoniensium historici unanimi suffragio testantur. Qvo in statu ad Philimeri usqve tempora imo & diu postea permansere,

etsi interdum jugi Svecici pertæsi, aut de eo excutiendo aut cum alio permutando consilium ceperint. §. V - IIX. sequentibus temporibus quæ clariori historiæ luce perlustrantur Curlandia Sveciæ Regibus paruit. §. IX. Posteaqvam vero Germanorum armis occupata, & ad Christianismum perducta fuit Curlandia, Svecorum non amplius agnovisse Imperium docet. Qvo jure id factum sit, qvæve ab illo tempore Curlandiæ intuitu Svioniæ fuerint fata, in præfatione fasciculi secundi, qvem exspectare nos jubet celeb. Editor exponere uberius promittit.

VII.

VII.
NOVA LITERARIA.

ROSTOCHII.

D. JOH. JOACH. WEIDNERVS Lingua vernacula edidit Christ-Bescheidentliche Gegen-Erinnerungen, worinnen der Teufelischen Wirckungen halber umständliche Nachricht geschehen, und zugleich Herrn Jacobi Brunnemanni Icti, Assessoris des Königl. Preußischen Scabinats in Pommern und Land-Syndici Anmerckungen, mit gutem Grunde und nach GOttes Wort geprüfet und hingeleget seyn. Mit Censur und Approbation der Hoch-Ehrw. Theologischen Facultät daselbst publiciret. Rostock, A. 1730. in 4. pl. 19. ½.

D. FR. ALB. ÆPINVS dissertationem Theologico Symbolicam edidit *de Evangelio æterno ἀποκατάστασιν πάντων nunciante cum Ecclesiæ Lutheranæ symbolicis libris irreconciliabili*. A. 1729. d. 24. Sept. Resp. *Joh. Hieronymo Edzardo*, Hamburgensi. 13. pl.

D. ERN. JOH. FRID. MANTZEL dissertationem emisit in publicum *de crescente pecunia*, ob und wie weit ein Rechts-Gelahrter bemercken müsse, daß jetzt mehr

Geld in der Welt sey als vor diesem. Resp. *Simon Croll*, Ciza-Misn. pl. 4.

die 10. Sept. disputavit *de iis quæ pragmatica sunt in Historia Juris Justinianei.* Resp. *Magno Diet. de Pincier*, Lubecensi. p. 3. ½.

Id. edidit: Discours von der Einrichtung der Politischen studien, allen denen zur unvorgreiflichen Anleitung / die auf die Academie sich begeben Jura zu studiren / nach der bishero von ihm beliebten Gewohnheit abgefasset in 8. pl. 3. ½.

Id. nomine publico conscripsit Programma ad Jubilæum natalitium Serenissimi Principis ac Domini DN. CAROLI LEOPOLDI, natali qvinqvagesimo felicissime illucescente A. 1729. d. 26. Novemb. â Dn. *Christiano Taddelio* J. U. D. solenni oratione celebrandum, in qva *de insignibus Reipublicæ commodis ex firmata Principum ætate* verba cum applausu fecit pl. 2.

Id. ad diem 5 Novemb. Programmate indixit funus Dn. JOHANNIS JOACHIMI JORCKEN J. U. D. & Reip. Rostochiensis consulis atqve Syndici die 17. Octob. pie defuncti, in qvo candida & Theologica mortis Beati viri historia a summe Reverendo DN. D. WEIDNERO consignata legi meretur. pl 4.

Id.

Id. die 30. Decemb. annuntiavit publico programmate solennia exeqvialia Dn. MICHAELIS NIEMANNI Senatoris Rostochiensis, qvi d. 17. Decemb. vitam cum morte permutavit. pl. 2.

Idem denique ad rite celebrandos Christi natales cives Academicos exhortatus est programmate, in qvo *Mysterium nativitatis J. C. vim rationis transcendere & ingenia excedere docet* in 4. pl. 1½.

J. H. HASSE edidit *Manuductionem ad recte disponendos Pasukos codicis Hebræi.* pl. 1.

Mentio facta supra est Vol. IIX. p. 695. *Memoriæ virorum in Svecia eruditissimorum*, continuata hæc est, continetqve *Semi-Decas* II. orationes funebres in memoriam B. HAQVINI SPEGEL. Archi-Episcopi. II. In obitum B. JO. ARNDII BELLMANNI Prof. Regii ac Ordinarii. III. M. HERALDI VALERII Mathemat. Prof. IV. B. ERICI CASTOVII. Moral. P. P. V. In funus ERICI ODHELSTIERNII, Assess. in Reg. Metallicæ Rei collegio. Rostoch. & Lipsiæ. 1729. pl. 16. in 8. *Semi-Decas III.* complectitur orationes funebres I. in Memoriam B. BONDE HUMERI. Theol. Prof. Lundensis. II. In obitum B. HAQVINI STRIDSBERGII.

Th. Lund. III. M. THOMÆ IHRE Archi-Pr. Lincop. IV. B. JOHANNIS LVNNERSTEN Prof. Phil. Lund. V. in funus MATHIÆ STEVCHII Regii Secret. Lund. cum Præfatiuncula C. N. B. D. ib. pl. 11. in 8.

GVSTROVIÆ.

M. DAVID RICHTER, Rector, A. 1729. d. XII. Octob. octo solennioribus orationibus celebravit Festum Translationis Bibliorum Lutheri Germanicorum. Edidit hac occasione programma in qvo *Lutheri Versionem cum LXX. virali græca confert, ita, ut qvod nefas est in hac tentare, sine crimine qvoqve in Lutheri nemo audeat, & rursus, qvod laudi ducitur τοῖς LXX, ne oculus neqvam Luthero invideat,* plag. 1. in 4.

GRYPHISWALDIÆ.

D. J. H. BALTHASAR. edidit *Historiam Creationis Mosaicam capite I. Geneseos delineatam variisque observationibus illustratam*, defenderunt hanc *Phil. Petr. Lilienthal*, Qvitzov-Pomer. *Petrus Ahlwardt*, Gryphisw. Pomer. *Steph. Henr. Engelke*, Falckenwald-March. *Christ. Ambders*, Tundera-Sleswic. *Joh. Ulr. Schultz*, Berg-Rugianus. pl. 10. 4.

JERE-

JEREMIAS PAPKE, Mathes. Prof. ord. A. 1729. d. 12. August. ventilavit dissertationem Astronomicam. *Nonnulla phænomena corporis lunaris, nec non calculum binarum Eclipsium Lunæ totalium cum magna mora, uno anno 1729. ad diem 13. Febr. & diem 9. Aug. st. n. rarissimo spectaculo observatarum, ex diversis Tabb. supputatum & ad Meridianum nostrum reductum*, continentem 3 plag.

Sub initium Anni 1730. promulgata sunt Statuta von Anlegung und Erhaltung einer Casse, für die Greiffswaldischen Prediger Wittwen/ aufgesetzet und beliebet von den jetzo lebenden Greiffswaldischen Ministerio A. 1728. d. 10. Jan. mit beygefügter Gnädiger und Hochgeneigter Confirmation Seiner Hochgräflichen Excellence und der Königl. Hochpreißl. Regierung/ auch Schriftmäßiger Erörterung des merckwürdigen Spruchs Joh. IV. 37. dieser säet/ der andere schneidet. Von vorgedachtem Ministerio durch den Druck publiciret. 5. pl. in 4.

Ad finem vergente Anno 1729. d. 1. Dec. ex hâc vita ad meliorem migravit D. BRANDANVS HENRICVS GEBHARDI, Theologus de Ecclesia & Academia inprimis nostra meritissimus. Memoriam B. viri cum præsens non capiat seqventi reservamus volumini.

GEDANI.

Prodiit: Des Evangel. Lutherischen Ministerii in Dantzig abgefaßte und ausgefertigte Widerlegung einer ungedruckten fanatischen Schrifft / welche mit vielen greulichen Irrthümern angefüllet unter den Nahmen des Seufftzenden Verrhoensers / in gedachter Stadt zu grossem Ergerniß vieler frommer Christen hin und wieder ausgebreitet und verkaufft worden. Leipzig 1729. in 4. pl. 19½. Docetur in Præfatione occasio & historia hujus scripti â Reverendo Ministerio Gedanensi consignati. Circumferebatur in urbe scriptum aliqvod constans plagulis 96. non qvidem typis evulgatum, sed passim tamen pretio sex thalerorum venditum. Titulus erat: zur vernünfftigen Prüfung übergebene Ursachen / welche sich im Rechte der Natur / gesunden Vernunfft und in GOttes Wort gründen / warum man nicht zur Beicht gehen / auch nicht Beicht hören könne noch müsse / wobey zugleich des Gottseeligen Herrn D. Henrich Müllers vier stumme Tempel-Götzen in etwas erläutert / dabey die vornehmsten Controversien in der Theologia zwar kürtzlich doch deutlich erörtert werden vom Seufftzenden Verrhoenser. Latebat hoc sub nomine Juris Practicus *Salomon Bach* in territorio Gedanensi de-

X 3 gens,

gens, qvi nomen suum literis saltem initialibus prodere voluit. Scriptum hoc odio fanatico adversus puriorem doctrinam, inprimis de ministerio verbi plenum, sentinam errorum centies refutatorum merito dixeris. Suarum igitur partium esse putabant Ministri verbi divini, qvi in amplissima civitate animarum curam gerunt, non solum per Deputatos Reverendos duos ex eorum gremio viros, Dn. *Nathanaelem Grischau* & Dn. *Christianum Bernhardum Bucherum* cum perverso homine colloqvium in Curia instituere, cujus historia in præfamine texitur, sed & extantes in ejusdem scripto errores refellere. Solide & placide hoc fuisse factum, insimul & veritates plures nova qvasi luce circumfusas esse inspectio docere potest,

REGIOMONTI.

Scripti, qvod sub titulo des Preußischen Todes Tempels editur (de qvo vide Bibliothecæ hujus Volumen VIII. p. 689) continuatio duodecima eodem scribendi genere hactenus est exhibita.

M. MICHAEL LILIENTHAL cui elegantissimos labores des Erläuterten Preussens debemus, qvarto Tomo haud ita pridem

dem absolutos, promisit idem opus denuo aggredi & qvidem sub titulo: *Acta Prussica, Ecclesiastica Civilia & Literaria.* Expectamus merito optima qvævis a viro, in omni literarum elegantiorum genere, inprimis in historia Patriæ versatissimo. Initium facere sperat cum initio anni currentis.

HOLMIÆ.

Cum Gratia & Privilegio Regiæ Majestatis excusum legitur: Königl. Majestäts nådige Resolution Uppå Ricks-Rådets/ Præsidentens, Academiæ Canzlerns och Præsidis Illustris, wid den i Upsala inrättade SOCIETAS LITERARIA och SCIENTIARVM, wälborne Grefwe ARWID HORNS inlefwarerede underdånige Memorial. Gifwen Stockholm i Råd Cammaren den 11. Novembris 1728. Stockholm A. 1729. pl. 1. Concernit hæc Resolutio Erectionem SOCIETATIS LITERARIÆ & SCIENTIARVM inter Svecos, qvatuordecim articulis tam statuta qvam privilegia REGIA comprehendens. Articulo primo Gratiosa voluntate Regia, Societati tribuitur nomen SOCIETATIS REGIÆ LITERARIÆ ET SCIENTIARVM complectentis Præsidem Illustrem, Membra viginti & qvatuor, ut & Secretarium

um. Promittitur Eidem Tutela Regia, atqve Privilegium conceditur ad Regiam Majestatem immediate deferre res omnes, in qvibus gratiosa Regiæ Majestatis Resolutio reqviritur. Labores qvibus occupata esse debeat Regia hæc Societas enarrantur art. IV. Versari isti debent circa nova & inaudita in Re Literaria, Inventa, observationes & Experimenta in Matheſi & Physica. Inprimis circa Historiam Regni Svecici naturalem & ejus generis Experimenta Physica, qvæ ad amplificandam Agriculturæ, oeconomiæ, fodinarum scientiam, item augendas artes mechanicas &c. facere possunt: circa Geographiam Regni & situm locorum accurate determinandum, ut Exterorum desiderio satisfiat in iis qvæ de Terris septentrionalibus scire cupiunt: circa Antiqvitates Svecicas, Lingvam Svecicam, Botanicam, Historiam Animalium, Mineralia. &c. In reliqvis articulis decernitur de præsentibus Sociis, ut semel per septimanam conventum instituant; de absentibus & exteris, ut bis per annum specimina laboris exhibeant, de Actis qvæ qvovis trimestri spatio deinceps edentur qvibus titulus erit *Acta Literaria & scientiarum Sveciæ*: de officio Secretarii; de Directio-

ne

ne Societatis à Seniore absente Præside illustri, de erigendo Musæo, de subsidiis & Privilegiis gratiose Eidem concessis. Non possumus non gratiosum REGIVM in literas & scientias AFFECTVM maximis efferre laudibus, & Societati exoptatissimos laborum successus, atq; scientiarum & Literarum amplificationem ex animo vovere.

UPSALIÆ

D. OLAVUS CELSIVS Anno 1727. d. 19. Jun. specimen Academicum edidit de רמבם seu *R. Mose Maimonide*, Respondente *Jacobo Vnæo* Jac. Fil. Angerm. Pars prior continet pl. 5. in 8. In §. XXIII. p. 68. catalogum sistit illorum Rabbinorum, qvi ad Maimonidis opera illustranda suam qvisque symbolam contulere. In qvo occurrunt tam ii, qvorum nomina nota sunt, qvam anonymi, tam typis vulgati, qvam qvi in manuscriptis delitescunt.

Id. Anno 1728. d. 1 Martii dissertationem Philologicam edidit *de signo crucis sub veteri Testamento*, cujus partem priorem defendit *Georgius P. Tillæus*, Westmannus pl. 6. in 4.

LAURENTIVS ROBERG. Med. Doct. Theoret. & Pract. Prof. ordinarius An. 1728. mense Maji dissertationem Physico-

me-

medicam habuit, *de usu methodi mechanicæ in medicina*, Autore *Nicolao Rosén* Gothoburgensi. pl. 1. in 4.

Id. Physicam dissertationem ventilavit, anno eodem d. 22. Maji *de Lagopode Gallinacea & congeneribus*. Respondente *Martino Lithenio* W Gotho. pl. 2½. in 4.

LAVRENTIVS ARRHENIVS Hist. Prof. Reg. & Ordin. seqventes, qvas videre licuit Disputationes habuit.

A. 1728. d. 7. Maji *de Poesi Svecana hodierna*. Respondente *Jacobo Pratenio* Dalekarlo. pl. 2. 8.

d. 15 Maji, de qvæstione, *an latenter sit vivendum*. Resp. *Andrea Giers* W Gotho. 8. pl. 1½.

d. 26. Junii. *de Revolutione Hispanica novissima*. Resp. *Nicolao P. Bodin* Philipstadio-Vermelando. pl. 4. in 8.

d. 3. Julii, *de septem collibus Romæ*. Resp. *Zacharia Juringio*. O Gotho. pl. 2. 8.

d. 17. Decemb. *de præcipuis gradibus inferioribus ordinis sacri in Ecclesia primitiva*. Resp. *Andreâ VVadsten*. Joh. Fil. Westmanno pl. 2½. 8.

Anno 1729. d. 16. Maji. *de harmonia facultatum mentis*. Resp. *Laurentio Stierner* Nericio. pl. 2½. 8.

d. 12.

d. 12. Junii. *de primis Musicæ inventoribus*, Resp. *Johanne Christierno Duræo*. Ostro-Gotho. pl. 2½. 8.

d. 23. Junii, *de Donatione Constantini Magni*. Resp. *Johanne Hagman*. Stockholmiensi. pl. 3. 8.

d. 7. Julii. *de Coelibatu Clericorum in Papatu*. Resp. *Johanne Brunstedt*. Uplando. pl. 2½. 8.

FABIANI TÖRNER seqventes dissertationes nobis innotuerunt.

Anno 1728. d. 6. Aprilis disputationem habuit *de verbo Medeæ, video meliora proboqve: deteriora seqvor*. Resp. *Johanne E. Huss*. Medelpadio. pl. 2. 8.

d. 16. Maji. *de sepultura Romanorum*. Resp. *Joh. Benjamin Löfman*. Uplando. 2½. pl. 8.

d. 6. Junii. *de indole & efficacia circumstantiarum moralium* Resp. *Erico Waldio*. Eierdh. pl. 9 in 4.

d. 27. Junii. *de lege Dei æterna*. Resp. *Daniel Drangel Anderson*. O Gotho. pl. 2½. 8.

d. 20. Decemb. *de consensu & pacto tacito*. Resp. *Olao Omnberg*. Angermanno. pl. 2½. 8.

d. 26. Jun. *de tranqvillitate conscientiæ* Resp. *Johanne Meurling*. O Gotho. 2. pl. 8.

d. 30. Jun. *de Antiqvitate gentis Svio-Gothicæ*. Resp. *Johanne Jac. Vnæo*. Angermanno.

no. Scopum hujus laboris cernere licet ex ultimis dissertationis verbis. p. 62. *Nullam esse inter Christianos gentem, qvæ certiora habeat altioraqve suæ antiqvitatis documenta qvam habet natio Gothorum*. pl. 4½. 8.

d. 1 Julii de *M. Atilio Regulo* Resp. *Carolo Thurelio*. Westmanno. pl. 2½. 8.

ERICVS ALSTRIN. Logic. & Metaph. Prof. Reg. & ord. disputavit. A. 1728. d. 8. Maji. *de convenientia Creatoris & Creaturarum*. Resp. *Laur. Ækerstedt*, Medelpado. 2. pl. 8.

d. 25. Maj. *de Metaphysica vetere & nova*. Resp. *Petro Vllen*. Angermanno. 3½. pl. 8.

A. 1729. d. 3. Maji. *contra influxum physicum falsum*. Resp. *Carolo Clingenberg*. Stockholmiensi. pl. 1. 8.

d. 30. Maji *de Demonstratione*. Resp. *Erico, Magno VVallerio*, Erici Fil. Nericio. 2½. pl. 8.

JOHANNES HERMANSSON Eloqv. & Polit. Prof. Reg. & Skytt. disputationes exhibuit seqventes.

Anno 1727. d. 20 Dec. *de ordine Benedictino Monachorum Svio - Gothiæ*. Resp. *Petro Staaff*. Iemtio. Laudatur in præfamine *Andr. Rhyzelii* Archipræp. Lincopensis *Mo-*

nasterologia Svio-Gothica qvam per plures annos Variis obſervationibus locupletavit. 2½. pl. 8.

A. 1728. d. 21. Maji. *de exiſtentia mentis* Reſp. *Andrea Celſio*. Stipend. Stiegl. 1. pl. 8.

d. 21. Febr. *de Adulatore* Reſp. *Erico Lönnberg*. Angermanno. 3½. pl. 8.

d. 10. April. *de eſſentiis rerum*. Reſp. *Engelberto A. Halenio*. Helſingo *pl*. 3. 8.

d. 17 Maji. *an anima deſiderio posſit movere corpus?* Reſp. *Joh. Magelio*, Nericio. 2. pl. 8.

d. 27. Nov. *de Militia Clerico indigna*. Reſp. *Olao Vennerbom*. V. Gotho. 3 pl. 8.

ANDREAS GRÖNWALL Pract. Phil. Prof. Reg. &. Ordin. ſeqventia diligentiæ ſuæ ſpecimina, qvæ ad noſtras oras delata ſunt, edidit.

Anno 1728. diſſertatione graduali expoſuit *brevem conſpectum mechanicæ ferrariæ in Svecia*. Reſp. *Laurentio Böök*. Veſtmanno. 4. pl. 8.

d. 23. Dec. diſputavit *de nece voluntaria*. Reſp. *Jacobo Torslund*. Dalekarlo. 1½. pl. 8.

Anno 1729. d. 8. Mart. *de hominis in cetera*

tera Animalia Dominio. Resp. *Jacobo Moell.* Dalekarlo. pl. 2. 8.

d. 16. Junii. de *officiis humanitatis.* Resp. *Brynolpho Kymell.* V. Gotho. 1½. pl. 8.

ERICVS BVRMAN. Astron. Prof. Reg. & ordin. exposuit A. 1728. d. 19. Jun. exercitio Academico *Elementa Musices plana.* Resp. *Erico Brunnelio.* Fierdhundrensi. 3. pl. 8.

d. 20. Dec. *Mineræ ferreæ per Magnetem investigationem.* Resp. *Jona. El. Ask.* Westrobotniensi. 2. pl. 8.

MATTHIAS ASP Biblioth. Acad. Upsal. edidit A. 1727. d. 16. Dec. Tractatus Talmudici תמיד sive de sacrificio Jugi caput primum ex Mischna & Gemara Babylonica, latine redditum & notis illustratum. Respondentis vices egit *Joh. Silfverling.* O. Gothus. 7. plag. dimid:

LVNDINI SCANORVM.

ANDREAS RYDELIVS Philos. Theor. Prof. ord. dissertationem philosophicam vulgavit A. 1728. d. 18. Dec. *de quæstionibus abstrusis, subinde in Philosophia occurrentibus, quibus summæ imbecillitatis convincitur ratio hu-*

humana. Respond. *Johanne Risberg*, 4. pl. 4.

CAROLVS PAPKE, Eloqventiæ Prof. ord. & designatus Pastor in Ståsje & Lackalånge *de amplitudine Eloqventiæ Romanæ* dissertationem Academicam habuit A. 1729. d. 10 Maji. Resp. *Joh. Hielmero*, Smolando. pl. 2. 8.

DAVID MOLLER Juris Nat. & Gent. ut & Moralium Prof. ordinar. dissertationem Philosophicam edidit *de Damno, qvod accrescit Philosophiæ morali per politicam privatam, qvo certitudo moralis subinde impugnari solet.* A. 1729. d. 22. Martii. Resp. *Israel, Rogberg* Smolando, in 4. pl 3. Cap. I. agit de damno qvod accrescit Ethicæ per Politicam privatam, II.) de damno qvod accrescit Jurisprudentiæ naturali per Politicam privatam. III.) de Damno qvod accrescit Doctrinæ civili per Politicam privatam. IV.) de Abusibus & cautelis damni hujus.

Id. die 24 Mart. Exercitium Academicum instituit *de mentientibus sexum.* Resp. *Carolo B. Scherling* Grenna-Smolando. pl. 3. in 4.

HEN-

HENRICVS BENZELIVS LL. OO. & Græcæ Prof. ordin. d. 14. Junii. Specimen Academicum emisit *de Censu Augusti*, Resp. *Sante Bodino*, in. 4. pl. 2.

Id. d. 26 April. disputationem Philologicam eruditorum examini submiserat, *τȣ Schcol genuinam notionem sistentem*. Resp. *Petro L. Platino*, Wex. in 4. pl. 2.

HAFNIÆ.

Ut *Bibliothecæ Trinitatis* instructissimæ qvondam & in rotunda Turri conservatæ, fatali autem incendio consumtæ jactura qvodammodo resarciatur, Regio mandato jussum est, ut è Bibliotheca Regia libri qvorum duo exemplaria sunt, qvi numerum non exiguum conficiunt huc transferantur. Insigne qvoqve incrementum capiet ex amplissimo apparatu Bibliothecæ *Deichmannianæ*. Hunc enim inter Norwagos florentem optimeqve merentem Episcopum, libros pio legato ei donaturum esse, dicunt.

DN. LVDOV. HOLBERG Consistor. Assessor & Prof. Publ. lingva vernacula edidit A. 1729. Historiam Daniæ & Norwegiæ. Qvi liber cum solide & ele-

ganter ſcriptus ſit, totqve præterea ex hiſtoricis Danicis perierint, tam avide eſt coemtus, ut de nova editione paranda cl. Autor cogitet. Prodibit pariter translatio Hiſtoriæ hujus in lingvam Germanicam.

RIPIS.

Ferale incendium Hafnienſe Ripenſibus quoque rebus literariis inſigne damnum attulit. Abſumſit enim *Ripenſem Hiſtoriam*, magno ſtudio ac labore, multorum annorum ſpatio, a Viro doctisſimo, PETRO TERPAGRIO, Theologiae Lectore & Paſtore optime merito, Daniae, & Riparum inprimis, ornamento, elaboratam. En! quae ipſe an. 1729. d. 24. Iun. inter alia, ad me perſcripſit: *Quae prelum Hafniae exſpectabant*, RIPAE *noſtrae* CIMBRICAE, *quarum mentio in colloquio noſtro iniecta fuit*, *funeſto Hafnienſi incendio perierunt; at vero quam irreparabilem iacturam fecerunt Muſae noſtrae Hafnienſes*, *deperditis tot ſplendidis & ſumptuoſis Bibliothecis*, *priuatis & praecipue publicis*, *tanto librorum apparatu excuſorum & MScriptorum inſtructisſimis?* Vidi ante biennium, & qvod excurrit, cum Ripis humanisſime exciperer domo Terpagriana, inque eadem

cum

cum viro literatissimo non sine fructu colloqui mihi liceret, opus egregium ac multis documentis rarioribus instructum, idque peruolutans, magnam doctrinae copiam nec minorem iudicii vim facile in eodem animaduerti. Quare doleo vehementer eius iactarum, celeberrimoque Auctori, vt damnum hoc feliciter queat resarcire, vitam, vires, omnemque prosperitatem candide exopto! I. H. a S.

KILONII.

D. ERIED. GOTTL. STRUVE Consil. Duc. & Prof. P. edidit *positiones Juris canonici atque Ecclesiastici, juxta seriem decretalium & praxin Imperii ac Ecclesiarum Protestantium in usum Praelectionum suarum.* In 4. pl. 17.

ERN. LEOP. FRID. BEHMIVS Ecclesiae Hansühnensis in Holsatia in vicinia nostra Pastor, edidit *Interpretationem locorum qvorumdam, qvae in B. Luthero aliisqve Theologis saeculi Reformationis nonnullis difficultatem in articulo de Praedestinatione habere videntur.* Cum Praefatione JOH. LAVR. MOSHEMII. Prodiit Helmaestadii in 4. pl. 10.

LVBECÆ.

Die 11. Maj. A. 1729. Vitam cum morte permutavit Consultissimus vir DANIEL FRIDERICVS PAVLI, J. U. Doctor & Practicus celeberrimus, qvi Altonaviæ apud Westphalos A. 1650. d. 23. Febr. natus, Susatensibus dein & Hammonensibus Athenis imbutus, Academias Rintelensem Rostochiensem Francofurtensem viadrinam visitavit, earumqve Doctores magna cum diligentia freqventavit. Postea occasione data non Germaniæ solum aulas & civitates plerasq;, sed & Belgium foederatum, Brabantiam, Flandriam, Angliam, Galliam comes generosi Juvenis HENRICI BLVMII amplo itinere perlustravit. Postea, cum studiis & itineribus dirigendis daretur filio unico perillustris & maxime strenui Viri Dn. NIELS JVELSEN supremæ classis Regiæ Danicæ Præfecti, Belgium denuo adiit, atque Hagæ Comitum per integrum annum degit; Denuo etiam itineri accinctus fuit Gallico comes & moderator itineris generosi Juvenis CAP. à BVCHWALD. Accidit vero, ut comite hoc fatis apud Andegavenses A. 1681. mens. Apr. functo, in cursu novo impediretur & Cimbriæ adeo redderetur. J. U. D. in Academia Aurelianensi solenniter

ter renunciatus erat. Cum vero Lubecam noſtram inviſeret, hanc præ aliis elegit civitatem, ut ſedem ibi figeret. Vixit inter nos peritia Legum, induſtria, integritate clarus, vixit opum vitæqve ſatur. Nam vitam anno demum octogeſimo cujus tertium menſem attigerat finiit; atqve inter alia ad pias cauſas legata, lauto ſtipendio proſpexit Jure conſultis. Memoriam pie defuncti conſcripſit L. I. H. â SEELEN, Rector. pl. 2.

d. VII. Sept. L. I. H. â SEELEN Programma de JESU Homonymia, ſive de viris eodem, qvo Salvator nomine inſignitis, actui publico ab ADDE BERNARDO BVRCHARDI oratione, *de meritis clarorum Burchardorum in rem ſacram & literariam*, celebrando præmiſit. pl. 3.

d. 1. Novemb. placide obdormivit JOHANNES ALBERTVS WEISSE J. U. L. a. 1656. d. 29 Jun. Hollandiæ Boruſſorum natus, Patre M. *Cruſio Albino* ſive *VVeiſſe* Rectore primum, poſt memoratæ urbis Conſule. Poſt jacta in Patria ſtudiorum fundamenta, multa egregia iis ſuperſtruxit in Academia tam Regiomontana, qvam Roſtochienſi, in qva eruditionis non vulgaris ſpecimina exhibuit Diſputationibus, e diſciplina Politica *de Principiis Civilis Pru-*

den-

dentiæ, auſpiciis D. *Henr. Rud. Redecker*, ex fontibus Juris, *de famoſis Libellis* dirigente D. *G. Radovio* cum applauſu habitis. *De fructibus reſtituendis* inauguralem qvam vocant Diſputationem ventilavit. Poſt varia deinceps per omnem Germaniam, Belgium, Angliam, Galliam, Italiam inſtituta itinera tandem ſvaſore D. *Radovio* hîc nobiſcũ vitam deinceps ſvaviter tranſigere decrevit, & muneri publico *ab expeditionibus Gevvettæ* admotus, piam & honeſto viro dignam vitam geſſit, qvam cum die memorato cum laude finiret, memoriam Ipſius pro more programmate celebravit J. H. â SEELEN. pl. 1.

d. XI. Novemb. J. H. â SEELEN edidit *vindicias conjugii ſecundi adverſus Tertullianum Montaniſtam*, qvas cl. Dn. *Caſp. Henr. Starckio* Paſtori Siebenbaumenſi meritisſimo & ſæpius nobis laudato, ſecundas nuptias iſto die celebranti gratulabundus obtulit. pl. 2. in 4.

Eadem occaſione Amicus qvidam laudati *Starckii* ſub nomine A. S. BARVCH Epiſtolicam diſſertationem edidit, in qva *de Sororio conjugum titulo* diſſerit, & novo marito fauſta qvævis apprecatur. pl. 2. in 4.

Anni

Anni currentis die XXX. Martii J. H. à SEELEN Programma conſcripſit, in qvo *controverſias de Novo Teſtamento inter Deſiderium Eraſmum atqve Eduardum Leum agitatas conſiderat.* Præluſit iſto orationi publicæ, *de meritis Eraſmi in literas humaniores,* à *Chriſtophoro Antonio Eraſmi*, Lubec. habitæ. pl. 1.

Das A. 1729. florirende Schweden / oder vollenkommene Beſchreibung von der ſehr klugen und höchſt-rühmlichſten Verfaſſung / Einrichtung und Beſchaffenheit der Regierung im Reiche ꝛc. zu allgemeinen ſo wohl als beſondern Nutzen und Nachricht / mit vieler angewandten Mühe / und geführter weitläufftiger Correſpondence zuſammen gedruckt und verfaſſet; auch zum Druck befordert / von A. I. von HENEL, Major. Lübeck. in 4. Alph. 1. pl. 14.

Inter cives noſtros qvi apud exteros Studiorum & Eruditionis ſpecimina ediderunt, occurrit HENRICVS BROKES, qvi pro obtinendis ſummis in utroque Jure Honoribus d. XXI. Febr. hujus anni Wittebergæ ſub præſidio Dn. AVGVSTINI LEYSERI diſputavit, *de Juramento Perhorreſcentiæ ejusdemqve uſu practico.* pl. 7.

Et

Et qvi non ultimo loco nominandus erat MICH. GOTTLIEB VERMEHREN, cujus inauguralis Dissertatio, Helmstadii d. XX. Mart. sub Præsidio JO. PAVLLI KRESSII pro capessendis summis in utroque Jure Honoribus habita, agit, *de Jurisdictione omnimoda, formula*: **Richt und Ungericht** *in Feudum concessa*. pl. 8. Apprecamur Ei felicem qvem meditatur ad patrios lares reditum, & exoptatum KRESSIANORVM, MOSHEIMIANORVM, MVNDENIANORVM, HARDTIANORVM aliorumque votorum complementum.

BIBLIOTHECA LVBECENSIS.

Vol. XI.



LVBECAE

SVMTV IONAE SCHMIDII.

TYPIS KOOPIANIS, A. MDCCXXX.

Contenta.

I. SE-

I.
SEBASTIANI NIEMANNI, D.
Commentarii inediti in Acta Apostolorum (*) Specimen.

PROOEMIVM.

Quemadmodum qui librum Biblicum explicare volunt, ante omnia ſolent prooemium præmittere, in quo agunt de iis, quæ ad faciliorem intellectum iſtius libri faciunt; ita & nos ACTA APOSTOLORVM

(*) Hunc Commentarium, eleganter ſcriptum, tanquam cimelium, aſſeruat Filius, Vir nobiliſsimus, conſultisſimus & prudentisſimus, CHRISTIANVS ALBERTVS NIEMANNVS, I. V. D. & Reip. Lubec. Senator optime meritus, Fautor noſter longe honoratisſimus, cuius pace ac benevolentia hoc Specimen evulgamus, vt Lectores videant quam egregie & quam erudite ſit confectus totus Commentarius, quem nos quidem luce minime indignum putamus. Integrum vero Prooemium exhibemus, quoniam tractan-

RVM bono cum Deo interpretaturi, prooemium quoddam praemittemus, in quo de sequentibus octo capitibus, seu membris breviter acturi sumus, & Primo quidem de Libri titulo. Secundo, de illius Auctore. Tertio, de Eo, ad quem scriptus est hic liber. Quarto, de sermone, quo scriptus est. Quinto, de loco, Vbi. Sexto, de tempore, quo scriptus sit. Septimo, de contentis huius libri. Octavo, de eius auctoritate & dignitate.

Quod ad primum attinet, nempe ad *titulum libri*, variat ille pro varietate codicum. HIERONYMVS in Catalogo illustrium scriptorum c. 7. dicit, titulum huius libri esse Πράξεις Ἀποστόλων. In Opere Regio Antverpiensi titulus ita legi-

tractandi rationem luculenter declarat. De celeberrimo eius Auctore, Theologiae primum Professore & Antistite Ienensi, deinde Praesule supremo, Consiliario Ecclesiastico & Concionatore Aulico primario Slesvicensi, ac Praeposito Gottorpiensi, quae HENR. PIPPINGIVS in Memor. Theologor., IO. CASP. ZEVMERVS in Vitt. Theologg. Ienenss., & plures sunt commentati, non repetimus; Lubecae tamen nostrae, quam agnouit patriam, tantum virum merito gratulamur.

legitur: Αἱ πράξεις τῶν Ἀποςόλων τȣ̃ ἁγίȣ Λȣκᾶ τȣ̃ Εὐαγγελίςȣ. In aliis exemplaribus ita habet: Πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποςόλων. Interpretes, in primis Syrus, in sua versione Græcum vocabulum πράξεις retinent. Latinorum Interpretum aliqui vertunt: *Acta Apostolorum*, vt CYPRIANVS, HIERONYMVS in Catalogo c. 7. Vulgatus interpres & recentiores plurimi reddunt *Actus Apostolorum* in plurali numero, vt HIERONYMVS in Praefat. Venerabilis BEDA in Prologo, Glossa ordinaria, cuius auctor est STRABVS Fuldensis monachus, qui vixit sæculo nono post Christum natum, NICOLAVS LYRANVS, aliiq;. Nonnulli, sed pauci, *Actiones* reddunt. ERASMVS in Annotationibus suis super Acta Apostolorum notat, vocabulum *Actus* in masculino genere quidem reperiri, sed in carmine tantum, vt apud LVCANVM: *licet ingentes abruperit actus*; *Acta* autem magis vocari, quae iudiciis, testamentis, aut similibus modis transiguntur, ac proinde se *Gesta* malle, quam *Acta*. Num quid ERASMVS existimat, vocabulum *Actus* non reperiri, nisi apud Poëtas, in eo, quod pace magni viri dictum sit, fallitur; ipse

Z 2

ipſe enim CICERO L. 1. de LL. eo vtitur, quando inquit: *nec ſolum rectis, ſed etiam in pravis Actibus ingens eſt humani generis ſimilitudo.* Et alibi: *quod ſi de mea vita atq; Actibus huic convitiatori reſpondero, invidia gloriam perſequetur.* LAVRENTIVS VALLA quidem l. 4 de Elegant. Lat. Ling. c. 9 arbitratur, in poſteriori hoc CICERONIS loco eſſe legendum *Actus*, non *Actibus*. Addit tamen, *quod ſi ſcribi poteſt Actibus, vt eſt apud* LVCANVM: *licet ingentes abruperit Actus, minus miror, cur Actus Apoſtolorum magis, quam Acta dicamus.* Quod autem ſpectat ad vocabulum *Acta*, certum quidem eſt, quod monuit ERASMVS, nempe utplurimum eo indicari, quæ in publicas tabulas relata ſunt, interim tamen apud probatos ſcriptores nonnunquam commodius uſurpatur pro quibusvis rebus geſtis. Ita TACITVS in Germ. c. 34: *ſanctius & reverentius viſum de Actis Deorum credere, quam ſcire.* Vbi per *Acta Deorum* intelliguntur res a Diis geſtæ, etſi forte in publicas tabulas relatæ non ſint. In antecedentibus enim TACITVS egerat de columnis Herculis, quas ſupereſſe, famam vulgaſſe, ait. Perinde ergo erit, ſiue *Acta Apoſtolorum*, ſiue *Actus* dicas, modo utrobiq; intelligas res ab Apoſtolis geſtas.

gestas. Hodie quidem usitatius est, dicere *Acta*. Apud veteres autem reperimus, saepius *Actus Apostolorum* dici.

Secundum, de quo acturi eramus, fuit de *Auctore* libri. Est ille LVCAS, quemadmodum id apparet non solum e titulo, prout is extat in opere Regio, verum etiam ex initio Actorum Apostolorum. Statim enim Auctor huius libri ab initio v. 1. c. 1. meminit, se primum librum suum scripsisse ad THEOPHILVM, ad hunc autem Evangelium suum scripserat Lucas, vt patet ex eius Evangelio c. 1, v. 3. Lucas autem fuit natione Syrus, patria Antiochenus, artis professione Medicus, assiduus sectator Pauli, eiusq; in itinere comes, sicuti refert EVSEBIVS L. III. Hist. Eccl. c. 4, quem sequitur HIERONYMVS in Catal. c. 7. & ATHANASIVS in Synopsi. Creditur autem, Lucam hunc ad fidem Christianam conversum fuisse a Paulo, quando is Antiochiae docebat, & ab eo tempore comitem Pauli factum fuisse. Pleriq; veterum putant, hunc Lucam notari a Paulo ad Coloss. 4. v. 14: *salutat vos Lucas Medicus dilectus*, & in 2. Tim. 4. v. 11: *Lucas mecum est solus*, ut & 2. Cor. 8. v. 18: *misimus una*

cum illo fratrem eum, cuius laus est in Evangelio per omnes Ecclesias. EPIPHANIVS Haeref. 51, EVTHYMIVS Praefat. in Evang. Lucae & alii putant, Lucam fuisse unum e 72 discipulis. Verum hæc sententia probabilis non est, quia Lucas in Evangelio c. 1. ab initio indicat, se non fuisse conversatum cum Christo, sed quæ scripsit, accepisse ab iis, qui ab initio suis oculis viderant, ac pars aliqua fuerant eorum, quae narrabant. Si autem fuisset unus e 72 discipulis, utiq; conversatus fuisset cum Christo. Rectius ergo alii Patres eum non Domini, sed Apostolorum, & quidem Pauli sectatorem vocant. Ita IRENAEVS Lucam vocat discipulum & sectatorem Apostolorum, l. 1. adversus Hæref. c. 20. & l. 3. c. 11. TERTVLLIANVS l. 4. contra Marcionitas c. 2. eum non Apostolum, sed Apostolicum, & posterioris Apostoli, i. e. Pauli sectatorem vocat. CHRYSOSTOMO Homil. 1. in Acta audit discipulus Pauli. Praeterea sunt, qui dicunt, Lucam fuisse unum e duobus discipulis Emauntem euntibus, cum quibus Christus in ignota specie locutus fuit, & Lucam in Evangelio c. 24 suum ipsius nomen modestiæ causa reticuisse, & solius Cleophæ nomen expres-

presſiſſe, Huius ſententiæ meminit THEOPHYLACTVS & LYRANVS in Lucam, ut & PETRVS de NATALIBVS in Catalogo Sanctorum l. 9. c. 79. Verum & hoc incertum, imo improbabile eſt. Si enim Lucas fuisſet unus ex duobus illis diſcipulis, utique aliquando Chriſtum vidisſet. Sub initium autem Evangelii ſui non obſcure innuit, ſe Chriſtum nunquam vidisſe. NICEPHORVS Lucam Medicum ſimul & Pictorem egregium fuisſe ſcribit l. 2. Hiſt. Eccl. c. 43, quin & imagines Chriſti, B. Virginis & Apoſtolorum Petri & Pauli artificioſisſime pinxisſe dicit l. 6. H. E. c. 16. Sed cum NICEPHORVS hic deſtituatur auctoritate antiquorum ſcriptorum, eius ſolius teſtimonium tanti non eſt faciendum, vt ei fidem adhibeamus, cum in plurimis fabuloſus ſit. Interim tamen opinio hæc ita invaluit, præſertim ſub Papatu, ut etiamnum pasſim in templis & vetuſtis Bibliothecis monſtrentur imagines, quæ Lucæ manu pictæ dicuntur. Obiit in Bithynia cum esſet annorum 74, ut tradit HIERONYMVS Prolog. in Evangel. Lucæ. Idem tamen in Catalogo c. 7 ſcribit, Lucam fuisſe 84 annorum & 20 anno Imperatoris Conſtantii reliquias eius Con-

ſtantinopolim translatas fuisſe una cum reliquiis Andreæ Apoſtoli, quod poſterius etiam habet THEODORVS Anagnoſtes, ſive Lector l. 2. Collect. Hic ergo Lucas hiſtoriam ſacram complexus eſt duobus voluminibus, quorum prius dicitur *Evangelium*, poſterius *Acta Apoſtolorum*; & Evangelium quidem prius ſcripſit, quam Acta, unde ipſe *τὸν πρῶτον λόγον* vocat Act. 1. v. 1. Scripſit autem Evangelium ex traditione eorum, qui ipſi ſpectatores & miniſtri fuerunt eius doctrinæ, quam in Evangelio tradidit, ut patet ex initio Evangelii Lucæ. Quæ autem in Actis narrat, ipſe oculis ſuis uſurpavit, ut EVSEBIVS & HIERONYMVS ll. cc. teſtantur, & ex ipſis Actis elucet.

Tertium agit *de eo, ad quem Lucas hunc librum ſcripſit.* Is vocatur THEOPHILVS Act. 1. v. 1. eſtq; is ipſe, cui inſcripſit ſuum Evangelium, ut patet ex Luc. 1. v. 3. Quis autem fuerit hic Theophilus, quæritur? Sunt, qui putant, nomen Theophili h. l. esſe nomen appellativum & epitheton pii lectoris, adeoq; in genere ſignificare Dei amicum, ſeu quemlibet Chriſtianum. Ita BEDA in c. 1. Act. *Theophilus*, ait, *interpretatur* DEI *amator,*

mator, *vel a* DEO *amatus*. *Quicunque ergo* DEI *amator est*, *ad se scriptum credat*, *suæque hic animæ*, *quia Lucas Medicus scripsit*, *inveniet salutem*. Ad eundem modum Glossa ordinaria ad verba cap. 1 Act. *O Theophile*, ita habet : *DEI amicus*, *O DEI amator*, *quia si tu sis amicus DEI*, *tibi scribitur*. Eadem sententia verosimilis videtur HENRICO BVLLINGERO, IOH. CAMERONI, LVCAE & ANDREAE OSIANDRIS, ERASMO SARCERIO, aliisq;. Nonnulli dubitant, sitne nomen hoc h. l. nomen appellativum, an proprium? ut EPIPHANIVS Haeres. 51. IOH. BRENTIVS Homil. 1. in Acta. CONRADVS PELLICANVS. Nobis videtur maxime vero consentaneum, nomen Theophili esse nomen proprium certi cuiusdam viri. I. quia notum est, nomen Theophili esse alias nomen proprium viri. Merito ergo credimus, & h. l. esse nomen proprium, nisi obstet prægnans ratio, ob quam h. l. non possit esse nomen proprium, qualis ratio hactenus dari non potuit. II. quia Lucas in Evang. c. 1. v. 3. hunc Theophilum ita alloquitur : Κράτιστε Θεόφιλε. Κράτιστος autem in hac alloquendi formula plerumq; solet construi cum nominibus propriis, v. g. Act. 24, 3.

 Pau-

Paulus Præſidem Felicem alloquens ait: κράτιστε Φῆλιξ, & c. 26. v. 25 κράτιστε Φῆστε. Sicut autem Felix & Feſtus ſunt nomina propria, ita etiam nihil prohibet, quo minus credamus, nomen etiam Theophili eſſe nomen proprium, quando Lucas dicit: κράτιστε Θεόφιλε. III. quia non eſt uſitatum ſcriptoribus ſacris, ſub huiusmodi nomine, quale hic eſt nomen Theophili, omnibus Chriſtianis Evangelia aut Epiſtolas inſcribere. Ex adverſo autem haud inſolens eſt ſcribere ad certum aliquod individuum. Ita Paulus ſcripſit duas Epiſtolas ad Timotheum & unam ad Titum; Iohannes ſecundam electæ Dominæ & tertiam Cajo. Excipit quidem ad hanc rationem CAMERO: licet Epiſtolæ inſcribantur non ſolum certis Eccleſiis, ſed etiam certis hominibus, non tamen usq; adeo veriſimile videri ac eſſe, hiſtoriam Evangelicam uni cuidam homini inſcribi. Nam ſi firmis rationibus probatum fuerit, nomen Theophili h. l. eſſe nomen proprium, in fumum abit haec exceptio. IV. quia omnes, quos vidi, Interpretes nomen Theophili in verſionibus ſuis retinent, ut Syrus, Vulgatus, ERASMVS, BEZA & B. LVTHERVS. Si autem hi credidiſſent, nomen

men hoc esse appellativum, non proprium, in suis versionibus reddidissent: *O Amice DEI.* & B. LVTHERVS: O du GOttes-Freund. Accedit V. quod hanc nostram sententiam amplectuntur plurimi doctissimi viri, CHRYSOSTOMVS, THEOPHYLACTVS, OECVMENIVS, LYRANVS, DIONYSIVS CARTHVSIANVS, ERASMVS, BEZA, CALVINVS, CAMERARIVS, BARONIVS, ALPHONSVS SALMERO & CORNELIVS a LAPIDE. Stante ergo, Theophili nomen esse proprium certi cuiusdam Viri, porro quæri posset, quis ergo fuerit ille Theophilus? LYRANVS in Lucam & Acta Apostolorum putat, fuisse quendam Episcopum Asiæ. OECVMENIVS eum Ἡγεμόνα, Præfectum, vocat. In Recognitionibus CLEMENTIS l. 10. c. ult. mentio fit cuiusdam Theophili, nobilis civis Antiocheni, qui a Petro ad fidem Christianam conversus, domum suam usibus Christianorum mancipatam in Ecclesiam convertisse dicitur. BARONIVS ergo suspicatur, ad hunc civem suum scripsisse Lucam, qui itidem Antiochenus erat. Hanc coniecturam approbat CORNELIVS a LAPIDE. Sed hæ coniecturæ sunt, nec certo dici potest,

teſt, quis hic Theophilus fuerit. Interim tamen dicendum eſt, eum fuiſſe Virum honeſtiſſimum, & forſan ampliſſimæ dignitatis & familiæ, quoniam Lucas honeſtiſſimo illum titulo exornat, quando Κράτιςον eum vocat. Hoc enim epitheto in Scriptura S. non niſi Viri in ampliſſima dignitate conſtituti ſolent donari. Ita ſupra audivimus, Paulum duos illos Præſides, Felicem & Feſtum, ita allocutum fuiſſe: Κράτιςε Φῆλιξ, Κράτιςε Φῆςε, *praeſtantiſſime Feſte, optime Felix*, uti reddidit ERASMVS. BEZA autem utrobiq; *optimi* epitheton retinet. B. LVTHERVS: Allertheuerſter Felix &c. & mein theurer Feſte. Claudius Lyſias, tribunus militum, cum ſcriberet ad Felicem, inſcriptionem ita adornavit Act. 23. v. 26: τῷ κρατίςῳ ἡγεμόνι Φήλικι, i. e. *praeſtantiſſimo*, ut reddit illud ERASMVS, vel, ut LVTHERVS: Dem theuren Landpfleger Felix. Ita & h. l. Κράτιςε Θεόφιλε eſt, *præſtantiſſime Theophile*, ut vertit BEZA, ſive, *optime Theophile*, vt Vulgatus, ERASMVS & LVTHERVS habent. Syrus ponit nomen נציחא *victorioſiſſime*, vt reddit GVIDO FABRICIVS. Minime ergo ſequitur, Theophilum non fuiſſe virum honeſtiſſimæ famæ. Quar-

Quartum fuit, *quo idiomate, vel sermone hic liber fuerit conscriptus?* Resp. Sermone Græco, cuius insignem peritiam Lucæ tribuit HIERONYMVS in Catal. c. 7. Vnde sermo eius tam in Evangelio, quam in Actis Apostolorum comtior est, & sæcularium redolet eloquentiam, ut BEZA loquitur in Prolegomenis. Forsan autem tantam Græcæ linguæ peritiam hausit e scriptis Medicorum, quia Medicus fuit. Quanquam autem Lucas elegantius scribat, quam cœteri Evangelistæ, nonnunquam tamen Ebraismos quosdam immiscet. Romæ & eum versatum esse, ex Romanis quibusdam locutionibus patet.

Quintum de *loco*. HVGO GROTIVS Annotat. in Lucam dicit, Lucam Roma fuisse profectum in Achajam, ibique conscripsisse libros suos, quos habemus, nempe Evangelium & Acta Apostolorum, idq;, ait, HIERONYMVM memorasse. Locum quidem HIERONYMI non indicat vir doctissimus. Credo, ipsum digitum intendisse ad Præfationem HIERONYMI in Lucam. Verum ibi HIERONYMVS quidem dicit, Lucam Evangelium suum scripsisse in partibus Achajæ: quod autem Acta Apostolorum in Achaja scripserit, ibidem HIERONYMVS non meminit, imo

in

in Catal. c. 7 scribit, Romæ Lucam Acta composuisse. Verba sunt: *Aliud edidit volumen* (sc. Lucas), *quod titulo:* Πράξεις Ἀποςόλων *prænotatur, cuius historia usq; ad biennium Romæ commorantis Pauli pervenit, i.e. usque ad quartum Neronis annum, ex quo intelligimus, in eadem urbe librum esse compositum.* HIERONYMVM sequitur BEDA, Glossa ordinaria, & alii.

Sextum, *tempus.* Hoc quod attinet, quando scilicet Acta hæc scripta sint, de eo vix certi quid affirmari potest. BEDA quidem in Prologo in genere ait: *Eo tempore scripsisse Lucam, quo non solum ab Ecclesia CHRISTI, verum etiam ab ipsis adhuc in carne manentibus Apostolis probari potuit.* HIERONYMVS l. c. videtur velle, Lucam anno quarto Neronis Romæ conscripsisse hæc Acta. BARONIVS Tom. I Annal. ad ann. Christi 61. num. 6. putat, affirmari posse, Lucam in scribendo hanc rationem iniisse, ut interpolatis temporibus Acta conscripserit, quippe qui res, quibus præsens fuit, continuo scriptis commendarit, omniaq; sigillatim, ut gesta essent, distincte admodum fuerit prosecutus, cætera autem, quæ absente gesta fuissent, ea vel brevi compendio comprehensa summatim scri-

pserit,

pſerit, vel prorſus intacta reliquerit. Sed, ut dictum, vix certi quid de tempore affirmari poteſt. Id unum extra controverſiam eſt, Acta Apoſtolorum poſt Evangelium a Luca eſſe conſcripta.

Septimo *de contentis huius libri*; ea ipſe titulus indicat, nempe Acta, ſive res geſtæ Apoſtolorum in præſenti libro deſcribuntur. Apoſtoli quinam fuerint, ſatis notum eſt, eorumq; nomina Lucas ipſe recenſet Act. 1. v. 13. Per Acta autem, ſive πράξεις Apoſtolorum non ſolum intelliguntur ea, quæ egerunt Apoſtoli, ſed & quæ paſſi ſunt, vel quæ alias ipſis contigerunt, v. g. quod Spiritus S. in die Pentecoſtes in ipſos fuerint illapſus, quod Hieroſolymis in carcerem conjecti & cæſi fuerint. Deſcribuntur autem in præſenti libro non quævis Apoſtolorum Acta, ſed quæ ab iis geſta ſunt in plantatione Eccleſiæ, ab aſcenſione Chriſti usque ad 4. annum Neronis incluſive, i. e. usq; annum Chriſti 57. ſecundum æram vulgatam, ut ita in Actis Apoſtolorum tot propemodum annorum hiſtoria contineatur, quot ſcilicet libri illius capita, nempe 28. Evenerunt autem ea, quæ hic deſcribuntur, ſub imperio quatuor Imperatorum,

rum, Tiberii, Caligulæ, Claudii & Neronis.

Denique octavo, ut *de auctoritate & dignitate* huius libri aliquid etiam addamus, ea est sane maxima. Primo, quia hic liber est scriptum θεόπνευςον & indubitatæ prorsus fidei. Inter reliquos libros N. T. quidem occurrunt, de quorum θεοπνευςιά in primitiva Ecclesia a nonnullis fuit dubitatum, quales sunt Epistola ad Ebraeos, Jacobi, Judæ & Apocalypsis, verum de Actis Apostolorum nemo unquam Christianorum dubitavit, an sit divinæ auctoritatis, sed ab omnibus Christianis agnita fuerunt pro scripto Canonico. Quod enim Manichæi, pessimi illi hæretici, auctoritatem huius negarint, curandum non est. Secundo, quia argumentum huius libri rarum, & a nullo alio scriptore sacro literis mandatum est. Res quidem gestas Christi, præter Lucam, etiam tres reliqui Evangelistæ descripserunt, Epistolas scripserunt plurimi, Paulus, Petrus, Iacobus, Iohannes, Iudas; sed res gestas Apostolorum post ascensionem Christi in coelum nemo literis consignavit præter Lucam. Hunc enim solum Spiritus sanctus elegit, cuius calamo de-

deſcriberetur, quo apparatu Servator noſter aſcenderit in coelum, quo loco, quo tempore, quove modo promiſſus Spiritus S. venerit ſuper Apoſtolos, quænam fuerit Eccleſiæ Chriſtianæ infantia, quænam eius incrementa, qui apparatus, quive mores, quænam fuerit Apoſtolorum doctrina & fortuna, quæ ratio convertendi homines, qualia ſint mundi ſtudia, quænam ſint perſecutorum Eccleſiæ & falſorum doctorum ingenia, & quomodo Deus inter medias perſecutionum procellas Eeclefiæ ſuæ miſertus ſit, eamq; quaſi e faucibus infernalis draconis eripuerit, ac in tanto collocaverit præſidio. Hæc autem omnia ignoraremus, niſi a Luca esſent prodita memoriæ. Quantæ vero utilitatis ſit, ea ſcire, nemo eſt, qui non videat. Recte ergo HIERONYMVS Præfat. in Acta, *Actus Apoſtolorum*, ait, *nudam quidem videntur ſonare hiſtoriam & naſcentis Eccleſiæ infantiam texere, ſed ſi noverimus, ſcriptorem eorum Lucam esſe Medicum, cuius laus in Evangelio eſt, animadvertimus, omnia verba animæ languentis esſe medicinam.* Pulchre ERASMVS ait: *Hæc hiſtoria quid aliud eſt, quam Evangelii pars, eaq; meo iudicio non minima, ſiquidem ibi deſcribitur granum fru-*

 menti

menti solo conditum, hic scilicet in Actis describitur enatum ac suas paulatim aperiens ac proferens opes; quod nisi per Lucam cognovissemus, quibus modis Christus reliquerit terras, ubi, quo loco, quibus modis advenerit Spiritus S., quibus initiis coeperit Ecclesia, quibus rebus polluerit, quibus creverit rationibus, nonne bonam Evangelii partem ignorassemus? Et paucis interiectis *hoc sane maiori studio convenit,* ait, *ut Christiani suæ gentis incunabula studeant cognoscere, quod, postquam cognitum habuerint, quibus rebus adoleverit, iisdem intelligant, collapsam religionem instaurandam esse.*

Cum itaq; tanta sit auctoritas, maiestas & dignitas huius libri, qui inscribitur *Acta Apostolorum*, absq; ulteriori prooemio ad eius interpretationem cum Deo propitio nos nunc accedemus. Progrediemur autem in huius libri interpretatione hunc in modum. Primo, unumquodq; caput in suas partes distribuemus. Secundo, textum prælegemus & quæ in singulis versiculis, tam circa voces, quam circa res ipsis vocibus significatas monenda erunt, monebo. Tertio, si quis locus occurrat, quo abutuntur adversarii,

ſeu Pontificii, ſeu Calviniani, ſeu Sociniani, ſeu Anabaptiſtæ, ſeu alii ad errores ſuos palliandos, ab eorum detorſionibus illum vindicabimus. Quarto, cuilibet cuiusq; capitis parti breviſſimas obſervationes ſubiungemus, quæ docebunt, cui uſui nobis eſſe debeant, quæ in hac vel illa parte tradita ſunt.

CAPVT PRIMVM.

Caput primum commode diſpeſcitur in tres partes. Prima continet Præfationem operis a v. 1. ad 3. Secunda exhibet brevem ἀνακεφαλαίωσιν, ſ. repetitionem & uberiorem enarrationem eorum, quæ Lucas in fine Evangelii ſui de aſcenſione Domini in coelum, eiusq; tam antecedentibus, quam conſequentibus enarravit. Extendit ſe a v. 3 ad 15. Tertia complectitur hiſtoriam electionis Matthiæ in locum ſuſpenſi proditoris Iudæ, a v. 15 ad finem.

PARS PRIMA.

Continet pars prima, ut dictum, Præfationem operis. Solenne enim eſt Evangeliſtæ noſtro Lucæ, ſcripta ſua or-

diri a præfatione. Ita Evangelio ſuo præmittit præfationem c. 1. a v. 1. ad 5. Idem etiam hic facit ſub initium Actorum Apoſtolorum. In hac autem præfatione Lucas I. alloquitur ſuum Theophilum, ad quem ſcribit, dicitq; : *O Theophile.* De hoc Theophilo ſupra actum in Prooemio. II. revocat ei in memoriam ea, quæ iam ante in Evangelio ſuo pluribus enarraverat, ut ſcilicet videret Theophilus, quam pulchre poſterior hic liber cohæreat cum priore.

Verſ. I. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην. Vocabulum λόγος quomodo h. l. verti debeat, dubium eſt. Poteſt enim illud, quantum ad præſens, ſignificare vel *ſermonem*, ſive *orationem*, nam & Græci dicunt: λόγον ποιεῖσθαι, *ſermonem*, vel *orationem facere*, ſive *habere*, quemadmodum & ita vertit Vulgatus: *primum quidem ſermonem feci*, quanquam phraſis hæc, *ſermonem facere*, pro, *ſermonem habere*, non ſatis Latina ſit, uti BEZA & ERASMVS monuerunt. B. LVTHERVS ſimiliter reddit: Die erſte Rede hab ich zwar gethan: vel poteſt vox λόγος ſignificare *librum*; illum enim Græci *librum*

vocant

vocant, ut apud LVCIANVM Veræ Historiæ λόγος πρῶτος. ISOCRATES etiam ſuos libellos λόγυς vocat. CICERO quoque XENOPHONTIS λόγον οἰκονομικὸν vertit: *librum oeconomicum*. Hanc poſteriorem ſignificationem attenderunt Syrus, BEZA & ERASMVS, quando vertunt: *librum*, ſive *volumen*. Licet autem poſterior hæc forſan priori præferenda ſit, tamen nec prior illa contemnenda. I. quia Græca verba eam admittunt. II. quia quoad rem ipſam coincidit cum poſteriore. Nam qui λόγον vertunt per *ſermonem*, non intelligunt oralem, ſed ſcripto, priori ſcilicet Lucæ libro, ſive Evangelio comprehenſam orationem. Res ergo eodem recidit, ſive Lucas dixerit, ſe librum confeciſſe de omnibus, quæ coepit JESVS & facere & docere; ſive dixerit, ſe ſermonem, vel orationem habuiſſe in libro iſto de omnibus iſtis. Quam autem interpretationem ſi quis ſequatur, neceſſe eſt, ut fateatur; Lucam reſpexiſſe ad Evangelium ſuum, quod quoniam prius Actis ſcripſerat, πρῶτον λόγον vocat. πρῶτον, pro πρότερον, ponitur ſuperlativus pro comparativo. Comparativum expreſſit ERASMVS,

quando vertit : *superiore quidem.* Alii habent : *priori.* Vulgatus autem & BEZA superlativum retinent. Notant quidem Grammaticorum aliqui, DIOMEDES scilicet, DONATVS, PRISCIANVS & SERVIVS apud LAVRENTIVM VALLAM lib. de Elegant. Lat. Ling. c. 13, τὸ *prior* referri ad *unum*, *primum* autem ad *plura.* Unde quia Lucas duos tantum libros conscripsit, existimari posset, perperam hoc loco poni, *Primum*, scil. sermonem feci. Verum recte BEZA tuetur sese exemplo CICERONIS, qui cum duos tantum libros de Inventione scripsisset, sæpius tamen priorem librum *primum* vocat, l. 2. de Inventione.

μὲν. Huic particulæ ut plurimum respondet particula δ' vel δέ. H. l. vero non reperitur ista. Huiusmodi exempla & alibi occurrunt in scriptis sacris. Act. 3, 21. 22. Rom. 1, 8.

Περὶ πάντων, ὧν ἤρξατο. *ὧν ἤρξατο* pro *ἃ ἤρξατο.* Sæpius enim apud Græcos casus non respondet verbo sequenti, sed voci antecedenti.

ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν.

διδάσκειν. Hæc verba: *coepit Iesus facere,* possent quidem ita explicari, ut idem significent, quod, *quæ fecit & docuit Iesus*, usitato Scripturæ Ebraismo, ut Luc. 3. v. 8: *ne coeperitis dicere intra vos.* i. e. *ne dicatis*; & c. 5. v. 21. *& coeperunt cogitare Scribæ.* i. e. *& cogitarunt*; ut & c. 12. v. 45: *si servus ille coeperit percutere servos*, i. e. *si percusserit.* Videtur tamen verbo *ἤρξατο* Lucas h. l. plus aliquid innuere, nempe se in Evangelio dixisse de omnibus, quæ IESVS *ἀπ᾽ ἀρχῆς* fecit & docuit, i. e. ab eo tempore, quo baptizatus fuit a Johanne usq; ad finem, i. e. usq; ad diem, qua in coelum receptus fuit. Nam initium factorum & dictorum Christi a baptismo Johannis arcessendum, eorumq; finem in die ascensionis statuendum esse, clare indicat Lucas hoc cap. v. 21 dicens: Jesum exorsum fuisse a baptismo Johannis ad eum diem, quo receptus est. Bene hoc observat CHRYSOSTOMVS Homil. 1. in Acta dicens: Non simpliciter de omnibus, *ἀλλ᾽ ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι τέλους,* sed ab initio ad finem. Adde, quod Interpretes communiter verba hæc ita reddunt: *quæ coepit Iesus & facere & docere,* & quod ipse Lucas in Evangel. c. 1. v. 3.

 ait,

ait, se omnia ἄνωθεν, ab initio, cum cura conscripsisse. His ergo verbis Lucas complectitur summam totius Evangelii sui, quæ est: *Facta & Dicta Christi.* Per Facta CHRYSOSTOMVS, MELANCHTHON in Schol. & ERASMVS intelligunt *miracula* Christi. Verum licet concedamus, per facta h. l. præcipue miracula intelligi, putamus tamen, latius h. l. accipi verbum ποιεῖν & nomen *facta*, ita ut denotet in genere omnia, quæ Christus fecit, etsi non fuerint omnia miracula, v. g. quod elegit Apostolos, quod oravit, quod agnum paschalem cum Apostolis comedit. Per *Dicta* autem intelliguntur eius sermones, conciones & disputationes. Cæterum quando Lucas dicit, se in Evangelio scripsisse de omnibus JESV factis & dictis, contradicere videtur Johanni, qui c. 21. v. 25 dicit: Si facta JESV scribantur sigillatim, ne ipsum quidem mundum capere posse eos, qui scriberentur, libros. Quomodo ergo Lucas dicit, se de omnibus scripsisse. Respondet CHRYSOSTOMVS, Lucam non dicere, se scripsisse omnia, sed de omnibus, quasi diceret, summatim ac in genere; vel, loqui Lucam de omni-

bus;

bus, quæ necessaria sunt. Optime LYRANVS, *de omnibus*, inquit, *quia de pertinentibus ad CHRISTI conceptionem, nativitatem, vitam, mortem, &c. aliqua scripsit.* Non ergo mens Lucæ est, se CHRISTI facta & dicta κατ' ἓν, ut Johannes loquitur, i. e. sigillatim & ad unum omnia scripsisse, sed de omnibus in genere se scripsisse, sive de omnibus aliqua, quæ quidem suo instituto accommodata & Ecclesiæ CHRISTI necessaria erant.

Vers. 2. Ἄχρι ἧς ἀνελήφθη, pro ἄχρι τῆς ἡμέρας, ῇ ἀνελήφθη. Porro hic versiculus aliquam difficultatem patitur propter verba διὰ πνεύματος ἁγίου, quæ ita ambigue posita sunt, ut dubium sit, quo referri debeant, an ad particulam præcedentem, ἐντειλάμενος, an ad sequentem voculam & verbum ἐξελέξατο, an deniq;, ut quidam volunt, ad verbum ἀνελήφθη. Hinc sese torquent Interpretes, quoniam dubitant, quo referendum sit. BEZA putat, esse hic trajectionem, ut construenda sint hæc verbo cum verbo ἐξελέξατο, hoc sensu: CHRISTVM assumsisse & elegisse Apostolos per Spiritum sanctum. Eandem constructionem Syrus sequitur,

 quan-

quanquam ob abſentiam diſtinctionum adhuc dubium, quo illa verba retulerit. PRICAEVS dicit, ſe aliquando in ea fuisſe ſententia, quod hæc verba conſtruenda ſint cum verbo ἀνελήφθη, hoc ſenſu: Chriſtum aſſumtum fuiſſe per Spiritum ſanctum, ſcilicet in cœlum, quemadmodum Act. 8. v. 33 Philippus dicitur raptus a ſpiritu, poſtea autem mentem ſuam mutaverit. ALPHONSVS & SALMERO ſcribunt, verba hæc controverſa bene referri poſſe non ſolum ad particulam ἐντειλάμενος & ad verbum ἐξελέξατο, verum etiam ad verbum ἀνελήφθη. Verum utraque interpretatio, præſertim poſterior, nimis contorta eſt. CORNELIVS a LAPIDE novam, eamq; ſingularem fovet ſententiam, nempe dicit, verba hæc eſſe conſtruenda cum nomine Ἀποστόλοις, quaſi diceret Lucas, ἐντειλάμενος τοῖς Ἀποστόλοις τοῖς διὰ πνεύματος ἁγίου, cum præcepta dedit Apoſtolis, qui tales, ſcilicet Apoſtoli, futuri erant per Spiritum ſanctum. Sed & hæc explicatio longe petita eſt, ac proinde merito repudiatur. Rectius autem verba illa controverſa conſtruuntur cum particula præcedente ἐντειλάμενος, ut ſenſus ſit: Chriſtum præcep-

ta

ta dediſſe Apoſtolis per Spiritum ſanctum. Hæc enim constructio & interpretatio primo non eſt contorta, ſecundo eadem placet optimis quibusq; Scripturæ interpretibus, CHRYSOSTOMO, THEOPHYLACTO, OECVMENIO, Gloſſæ Ordinariæ, LYRANO & DIONYSIO CARTHVSIANO. Ut taceam nunc recentiores, B. LVTHERVM, ERASMVM, IOHANNEM HOFFMEISTERVM, OSIANDRVM, SARCERIVM, CALVINVM, BVLLINGERVM, LVDOVICVM de DIEV, & alios. Stante ergo hac constructione explicandum adhuc reſtat, ad quænam præcepta Lucas reſpexerit, & quando ea CHRISTVS dederit Apoſtolis ſuis per Spiritum ſanctum? Per *Præcepta* puto a Luca hic intelligi præcepta Chriſti de prædicando Evangelio per totum terrarum orbem, & de exſpectando promiſſo Spiritu ſancto, quem poſt reſurrectionem ſuam paulo ante aſcenſionem CHRISTVS Apoſtolis dediſſe legitur Matth. 28, 18. 19. Marc. 16, 15. & ſqq. Luc 24, 49. BVLLINGERVS putat, διὰ πνεύματος ἁγίου poſitum eſſe pro περὶ πνεύματος ἁγίου, hoc ſenſu: Chriſtum præcepta dediſſe Apoſtolis de Spiritu ſancto, adeoq; non aliud

liud præceptum hic intelligi, quam quod infra Lucas uberius explicat, nempe præceptum, quo injungebatur Apostolis, ne discederent Hierosolymis, sed ibi expectarent promissum Patris, nempe Spiritum sanctum. Nam cum hæc explicatio præter causam a litera recedat, merito & ea reiicitur, & contra firmiter statuitur, διὰ πνεύματος ἁγίου significare per Spiritum sanctum. ERASMVS putat, Christum propterea dici præcepta Apostolis suis dedisse per Spiritum sanctum, quia post resurrectionem suam prius impertiit Apostolis Spiritum suum, atq; ita præcepta illis dedit de prædicando Evangelio, quapropter & ipse in versione sua paulo fusius ita hæc verba παραφράζει: *Postquam impertitus in hoc ipsum Spiritum sanctum, mandata dedisset.* Rectius, ut arbitror, dicitur: Christum præcepta dedisse Apostolis per Spiritum sanctum, i. e. instinctu Spiritus sancti, per quem omnia & cœpit & egit & dixit in officio suo. Legimus enim, in CHRISTVM, cum a Johanne baptizaretur, cœlitus descendisse Spiritum sanctum in specie columbæ, ut indicaretur, Christum, magnum illum prophetam, ad munus suum propheticum, quod post baptismum Johannis exor-

exorsus est, unctum fuisse oleo lætitiæ, nempe Spiritu sancto, præ consortibus suis. Ps. 45. v. 7. Ebr. 1. v. 9. Act. 4. v. 27. c. 10, 38. Ex directione ergo Spiritus S. Christus præcepta hæc dedit Apostolis. Pulchre CHRYSOSTOMVS καὶ γάρ, ait, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνήργει ἐν ἐκείνῳ τῷ ναῷ, *etenim Spiritus ille sanctus operabatur in illo templo*, scilicet in Christo, & huc accommodat verba Salvatoris Matth. 12. v. 28. quibus ait, se per Spiritum Dei eiicere dæmonia. Sicut ergo Ἄγαβος Act. 11, 28. διὰ τοῦ πνεύματος, per Spiritum sanctum, i. e. ex instinctu Spiritus sancti significat, famem magnam futuram in toto terrarum orbe, & sicut discipuli Paulo dicebant per Spiritum, h. e. instinctu Spiritus sancti, ne ascenderet Hierosolymam, Act. 21, 4; ita & h. l. Christus dicitur præcepta dedisse Apostolis per Spiritum sanctum.

οὓς ἐξελέξατο, *quos elegerat*, scilicet e mundo, vel reliquo hominum cœtu ad Apostolatum. Non enim loquitur hic Lucas de electione ad vitam æternam, sed de electione Apostolorum ad munus Apostolicum, de qua etiam infra agit v. 24.

&

& in Evangelio c. 6. v, 13. ut & Johannes c. 6. v. 10. & 15. v. 16. Addit autem hæc Lucas, ne putemus, Apostolos propria auctoritate tantum munus involasse, sed ut sciamus, ipsos legitime ab ipso Christo ad illud electos & vocatos fuisse.

ἀνελήφθη. Vulgatus reddit: *assumtus*. Rectius ERASMVS: *sursum assumtus est*, & BEZA: *sursum receptus est*, nempe e terra, vel hominibus in coelum, quemadmodum hoc expresse ait v. 11. & Marc. 16, 19. Assumtus autem dicitur, non, quasi propria virtute in coelum non ascenderit. Absit hoc. Fuit enim Christus verus Deus, unde & ipse aliquoties in Scriptura in coelum ascendisse dicitur, Joh. 20, 17. Ephes. 4. v. 8. 9. 10. Sed quia ut homo a tota S. Trinitate, adeoq; a se ipso, mediante nube, in coelum assumtus fuit. Eleganter CHRYSOSTOMVS ait: posteaquam dicit eum assumtum, ne putares illum ab aliis assumtum esse, adiecit, quibus & exhibuit se ipsum vivum, etenim si semet ipsum exhibuit in re maiori, multo magis in minore.

OBSERVATIONES.

Ex iis, quæ in Prima hac parte tradita sunt, breviter observamus I.

I. Operam nobis dandam esse, ut simus Theophili, sive amici DEI, si hunc & alios Scripturæ libros cum fructu legere & interpretari vellemus.

II. Ordinem etiam in rebus sacris, sive Theologicis esse observandum. Lucas enim cum Acta Apostolorum describere vellet, ordine progreditur, & Theophilo prius in memoriam revocat, quæ tradita erant in Evangelio, ut videat, quam concinne hic liber posterior annectatur priori. Huc pertinet illud SCALIGERI exercit. 2: *Ordine nihil vel in animo, vel in opera sapientis admirabilius est.*

III. Omnia CHRISTI dicta factaq;, quæ quidem scitu absolute sunt necessaria, sacris literis comprehensa esse, ut ita non opus sit, ad verbum aliquod non scriptum cum Pontificiis recurrere. Docet enim Lucas, se in Evangelio scripsisse de omnibus, quæ cœpit IESVS tum docere, tum facere, v. 1. Atq; hæc est summa Evangelii Lucæ & omnium Evangelistarum, nempe facta & dicta Christi, usq; ad diem, quo ascendit in cœlum; non enim ulterius historia Evangelistarum extenditur.

IV. Christum non ita e mundo abiisse, ut curam Ecclesiæ suæ abjecerit. Dicit enim Lucas, Christum, priusquam ascen-

aſcenderit in cœlum, præcepta dediſſe Apoſtolis de prædicando ſcilicet Evangelio, & baptizandis hominibus.

V. Quanta ſit Apoſtolorum dignitas & auctoritas, quippe qui immediate ab ipſo capite Eccleſiæ, Chriſto, ad munus ſuum vocati fuerunt. Solent etiam Chriſtiani interpretes circa verba v. 1. *quæ cœpit Ieſus facere & docere*, hoc monere, quòd prius ſit *facere*, poſterius *docere*, adeoq; Chriſtum ſuo exemplo inſtruere voluiſſe Eccleſiæ doctores & miniſtros, ut prius ipſi faciant, quam alios facere doceant, ne de illis quoq; dici posſit, quod Matth. 23. v. 3 de Scribis & Phariſæis aſſeritur: *Dicunt, & non faciunt.* Ita CHRYSOSTOMVS, THEOPHYLACTVS, Gloſſa Ordinaria, LYRANVS, aliiq;. Licet autem hæc vera ſint & bene moneantur, tamen non accommodate, neq; in loco dicuntur; ideoq; malumus, hanc obſervationem omitti.

II.

II.

IO. HENR. a SEELEN,

SS. Th. Lic. & Gymn. Lubec. Rect.

ORATIO SAECVLARIS

de Veritate, quam continet AVGVSTANA CONFESSIO, per elapsum saeculum pressa quidem, sed non oppressa,

d. 26 Iun. Ann. Iubil. 1730 solenni ritu habita.

VIRI
MAGNIFICA DIGNITATE ET GENEROSA STIRPE ILLVSTRES.
NOBILISSIMI, CONSVLTISSIMI, EXPERIENTISSIMI, ADMODVM REVERENDI, PRAECLARISSIMI, PRVDENTISSIMI, AMPLISSIMI, PRAECELLENTISSIMI, CLARISSIMI.
PATRES CONSCRIPTI, MAECENATES, PATRONI, FAVTORES, COLLEGAE, AMICI, DEMISSE VENERANDI, SANCTE COLENDI, DECENTER AESTIMANDI.
AVDITORES ET HONORE ET AMORE PROSEQVENDI.

Quum prima vice ex hoc loco (1) verba facerem, viri (2), quem intensissimus erga religionem, quae pura est, quae incorrupta, quae labe sordibusq; errorum vacua, amor sempiternae laudi commendat, obitus vehementer animum afficiebat, amissiq; tanti sacrorum antistitis dolore affligebat adeo, vt parum abesset, quin moeror vocem intercluderet. Nunc religio iterum me iussit hanc cathedram conscendere, osq; in splendida hac panegyri soluere; sed, quod magnopere laetor, non publici luctus, verum publici gaudii voluit esse interpretem. Illuxit enim, & auspicato illuxit dies, laetitia perfundens animos cunctorum, quibus illibata religio est in deliciis, nihilq; ea gratius & acceptius: dies faustus cummaxime reputandus: dies ob memoriam augustae AVGVSTANAE CONFESSIONIS, documenti nostrae religionis inaestimabilis, quo

(1) Superiore Auditorii Cathariniani cathedra, quae Virorum publicis muneribus praefectorum actibus maxime solennibus est consecrata.

(2) GEORGII HENRICI GOETZII, Praesulis Lubecensis, quem an. 1728 defunctum publica Oratione, quae *Elogii Goetziani* titulo edita est, collaudare studui.

quo non est praestantius alterum, pro augusto habendus. Quis idcirco non exsultet laetitia? Quis gaudio non triumphet? Saluam enim hinc intelligimus esse religionem: superstitem esse veritatem: sacra, quae vere sacra; sacra, quae genuina; sacra, quae monstrant viam, qua itur ad coelum, nondum esse ex orbe, qui Christianus est, exterminata. Equidem si eum intueamur, cuius nomine hic dies in fastis est signatus, IEREMIAM scilicet, ad lacrymas potius profundendas, quam gaudia effundenda, videmur instigari. Ille deplorabat, & acerrime deplorabat miseram, imo miserrimam Hierosolymiae conditionem: populi DEI calamitatem maximam: filiae Zionis fata funestissima. Nonne vero nobis etiam haud parce lacrymandum? Nonne vberrime flendum? Nonne ingemiscendum grauissime? Ita est, AVDITORES. Ad gemitus edendos, ad luctum, ad dolorem toties compellimur, quoties sancta DEI ciuitas menti nostrae & oculis obuersatur. Quid enim hodieque videmus? Homines, qui effrenata adeo sese iactant audacia, vt sanctioris reipublicae statum non mediocriter, sed omnino labefactare sustineant. Homines, qui pestem machinantur, in

veram religionem, eandemque oculis maxime venenatis ad exitium, ad ruinam, ad interitum notant & designant. Homines, quos nihil mouet diuinum, quo sincera religio munita est, praesidium: nihil indefessus maiorum labor in eadem tuenda caste integreq; versatus: nihil cura omnium, qui de perditissimis hominibus ad saniorem mentem reducendis fuerunt, hodieq; sunt solliciti. Eludit omnes horum furor: ad rabiem vsque pro mendaciis, pro commentis, pro ineptiis decertant. Quis haec perpendens tenebit lacrymas? Quis sine acerbissimo animi sensu ac dolore de hac reipublicae sacrae, veraeque religioni illata iniuria cogitabit? Sic lacerant animos religiosorum homines irreligiosi omnes, qui praua dogmata profiteri, qui propagare, qui pro iisdem, velut pro aris & focis, pugnare minime sibi ducunt religioni. Sic vulnerant mentes piorum homines, qui pii magis videri volunt, quam esse, &, quam graue, quam sanctum, quam venerabile est pietatis nomen, tam audacter, tam turpiter, tam nequiter ea ad disseminandos, tegendos, insinuandos errores abutuntur, iis haud dissimiles, qui venenum, quo tolluntur animae, saccha-

ro conditum aliis propinant. His cogitationibus facile indulget mens, quae spatium praeteriti temporis respicit; & fatorum diuinioris coetus memoriam recordatur superiorem. Ad luctum itaque ea sese haud difficulter componit; ast non tota tamen. Cruciatur dolore; ast non conficitur. Etenim cernit quidem homines ad perniciem reipublicae sacrae vigilantes, sed simul conspicit viros, qui ad salutem ipsius multo vigilant acrius, & sicut illi de eius exitio, ita hi de conseruatione cogitant. Interire scilicet veram religionem & funditus extirpari, non fert, non patitur, non sinit diuina, quae vindices excitauit, excitat, semperq; excitabit, prouidentia. Haec munimentum eiusdem est firmissimum. Haec omnes aduersariorum nefarios conatus comprimit ac fortiter repellit. Hinc gaudia, hinc iubila non possunt non oriri in animis bonorum omnium, qui effusissime laetantur, quod seruata sit veritas, ipsiq; tetram ac horribilem falsae religionis pestem effugerint. Premant itaque hostes veritatem; dummodo non opprimant, gaudia proborum nunquam turbabunt. Quae cum hoc praesertim anno Iubilaeo magna sint, quis in eorum venire nollet socie-

societatem? Laetamur itaq;, & iure laetamur, quod vere augusta AVGVSTANA CONFESSIO verae religioni profitendae, asserendae, propagandae per integra duo saecula potuerit inseruire, eiusdemq; secundum idcirco celebrari queat Iubilaeum. Vestra igitur, PATRES CONSCRIPTI, nunquam satis praedicanda est pietas, qua ducti voluistis, vt in hac quoque Vrbe, incorruptorum sacrorum laude perinclyta, tantum benignissimi Numinis beneficium minime inuolueretur silentio, sed publice potius eo, quo par est, modo collaudaretur. Vestris ergo iussis reuerentissime obtemperaturus, communemq; laetitiam interpretaturus, *de Veritate, quam continet AVGVSTANA CONFESSIO, per elapsum saeculum pressa quidem, sed non oppressa*, faciam verba huic tempori accommodata, quae si non semper summam Latialis sermonis munditiem redolere patiatur argumentum sanctius, candorem tamen ac veritatem neutiquam laesura esse confido. Dicam vero non omnia, quae dici poterant, sed eloquentiae in tacendo studiosus potiora seligam, breuiterq; declarabo. Quod dum molior, excitat me Vestra, AVDITORES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMI, consueta beneuo-

neuolentia, quam vt hodie etiam continuetis, singulari studio a Vobis contendo. Haec, scio, tenuitatem meam non premet, multominus opprimet, sed ad propositum potius pro virili exsequendum inflammabit.

Licentiam premendi veritatem Symbolo Augustano contentam cum non ex vno, sed pluribus foeditate falsarum doctrinarum coinquinatis gregibus sibi datam haud pauci arbitrati sint, pressores (date veniam, AVDITORES, voci Isidorianae) e duobus potissimum coetibus, *Papicolarum* ac *Fanaticorum*, primum sistam, visurus deinceps, num oppressorum nomen iis queat vllo iure imponi. His CALVINI asseclae eo inuitius se adiungi patientur, quo magis ipsi dudum cupiuerunt dici Augustanae Confessionis socii, eoq; fine excitarunt PAVLOS (3). excitarunt

(3) GEORGII PAVLI, S. Th. D. extat *Reformatum Augustanum, i. e. Apologia pro Dictatis suis Scholasticis, quibus Reformatae Religioni addictos Augustanae Confessionis socios esse, solide probauerat.* Opposita Παραβαλλεταίρῳ IOANNIS BOTSACCI, S. Th. D. quo Dictata ista publice refellere & Reformatos tum ab Augustana Confessione

runt CROCIOS (4), excitarunt ALTINGIOS (5), excitarunt alios, vt sociorum Augustanae Confessionis nomen ipsis vindicarent, quod iidem integris etiam voluminibus ostendere voluerunt. Sed voluerunt. De variata enim Augustana Confessione id probatu est facile. Haec vero scriptorum, quibus premitur genuinae Augustanae Confessionis veritas, nu-

sione, tum a Pace Religionis excludere iniusto pariter & irrito conatu annixus est. Brem. 1637. 4. Cum hoc libro qui contulerit celeberr. BOT. SACCI *Reformatum Pseudo-Augustanum*, apte poterit censuram, qua ipsius conatus iniustus dicitur ac irritus, diiudicare.

(4) IOANNIS CROCII, D. studio editus est *Protestantium pacis sacer Commentarius de Augustanae Confessionis Societate, quo demonstratur, Reformatos ordines & coetus ea nunquam fuisse exclusos*, &c. Cassell. 1647. 4. In quo Commentario satis prolixo omnes diligentiam congerendis multis rebus adhibitam facilius, quam demonstrationem agnoscent.

(5) HENRICVS ALTINGIVS, celebris inter Reformatos Theologus, *Exegesi Logicae & Theologicae Augustanae Confessionis*, Amstelod. 1647. 4. evulgatae, addidit *Appendicem Problematicam: Num Ecclesiae Reformatae in Germania pro Sociis Augustanae Confessionis agnoscendae & habendae sint?* qui cautius reliquia mercari didicisse videtur, dum problematice tantum rem hanc pertractat.

numero eximi omnino non poteſt: de invariata iſtud probabitur ad Calendas Graecas (6). Hi itaque videant, quomodo

(6) Conf. omnino B. GOTTL. WERNSDORFII *Solidam & hoc tempore neceſſariam Demonſtrationem, quod iuxta CALVINI doctrinam Reformati nec ſint, nec iure haberi poſſint Socii Auguſtanae Confeſſionis.* Wittenberg. 1722. 4. In qua copioſa Diſſertatione, praeter verba in Epit. Form. Conc. Art. VII p. 843. edit. Reinecc. occurrentia: *Zvvingliani doctores non in eorum Theologorum numero, qui Aug. Confeſſionem agnoſcunt ac profitentur, habendi ſunt*, his vtitur rationibus: 1. quia Calvino-Reformati Aug. Confeſſionem nec ſubſcripſerunt, nec obtulerunt. 2. peculiarem in Comitiis Confeſſionem obtulerunt Imperatori. 3. Aug. Confeſſio, Zvvinglianis, ſeu Calvino-Reformatis, ſaltem in Articulo X, directe eſt oppoſita. 4. Calvino-Reformati exhibitam, editamque Confeſſionem propalam improbarunt. 5. verbis Confeſſionis, non ſententiis, ſubſcribunt, eandemque non in vero & proprio, ſed a ſe illato, ſenſu accipiunt. 6. ab A. Confeſſione, & doctrina in eadem propoſita, manifeſto diſſentiunt. 7. A. Confeſſionem reiiciunt, & alias ab eadem non modo diſtinctas, ſed & ei plane contrarias, amplectuntur. 8. nec a Papiſtis, nec a Lutheranis, pro ſociis A. Confeſſionis vnquam ſunt agniti. 9. ne in pactione quidem Weſtphalica & Oſnabrugenſi vel a Papiſtis, vel a Lutheranis, vt pro Sociis A. C. haberentur, conſequi potuerunt. 10. minus bene.

modo plane ſegregentur ab iis, qui premunt veritatem, quam complectitur Auguſtana Confesſio, dum corruptam vnice agnoſcunt, proq; eadem, & ſimul pro erroribus, incorruptae veritatem laedentibus, propugnant. Videant, anne, dum impugnant FORMVLAM CONCORDIAE, ſimul petant Auguſtanam Confesſionem, ſiquidem haec illius fundamentum eſt, illa ab hac non diſſentit? Ego promisſi memor, ad Romanenſes ſtatim accedo.

Conſummatum autem vix erat ante hos centum annos primum Auguſtanae Confesſionis Iubilaeum, ac gaudia publica, magno eorum in animis permultis ſuperſtite calore, nondum frigebant, & ſtatim ex iis aderant, qui, quam vehemen-

bene, ipſo fatente HORNBECKIO, pro iisdem cum Lutheranis habentur, melius autem ſeorſim a Papiſtis & Lutheranis ponuntur. II. Confesſionem Auguſtanam iuſto in pretio a nobis haberi, moleſte ferunt. III. Lutheranos, adeoq; Aug. Confesſioni ſincere addictos, his illisve provinciis vel penitus eiecerunt, vel templa ſaltem eorundem, ſcholasq; occuparunt. Quas rationes WERNSDORFIVS, cuius verba retinuimus, prolixius ediſſeruit, quam vt cuncta hic repetere liceat.

menter his iubilis Lutheranis fuiſſent commoti, oeſtroque inuidiae perciti, quo minus publico oſtenderent documento, ſibi non poterant temperare. His facem praeferebat BALTHASAR HAGERVS, homo vt ordinis, ita quoque indolis ac ingenii Loiolitici, a quo *Collatio Auguſtanae Confeſſionis & Oecumenicorum Conciliorum cum Verbo Dei* paulo ante primum Auguſtanae Confeſſionis Iubilaeum edebatur (7) eo conſilio, vt Auguſtanae Confeſſioni aegre fieret, eiusq; veritas in mendacia conuerteretur. Huius temeritas eo vsq; progrediebatur, vt inter verbum diuinum & Auguſtanam Confeſſionem nullam plane dari conuenientiam, ſed hanc ab illo tam procul diſtare, quam coelum a terra, aſſerere neutiquam vereretur. Hinc quoties os impudentiſſimum ſoluit, toties, quae veritatem Auguſtanae Confeſſionis premunt, ab eo effutiuntur. Hunc anteſignanum confeſtim ſequebatur ſimili famoſus audacia THOMAS HENRICVS, doctor publicus Friburgenſis, qui, ſi quisquam alius, veritatem Auguſtanae Confeſſionis premere laborauit. Is Auguſtanam Confeſſionem prima vice iubi-

lan.

(7) Herbipol. 1628. 8

lantem ſtatim aggrediebatur, & illaudabili operâ conſcribebat, conſcriptamq; altero poſt primum Auguſtanae Confesſionis Iubilaeum anno euulgabat (8) *Anatomiam Confesſionis Auguſtanae inſtitutam per omnes Articulos, cui centum abhinc annis in lucem editae & a parente in cunabulis extinctae ſaecularem nuper iubilum* (en! barbariem Henricianam: verba enim Henriciana recito) *pro leſſo accinuerunt.* Quo portentoſo titulo ſuperbit liber, in quo exequiae, ſi Diis placet! parantur veritati, qua Confesſio Auguſtana exſplendeſcit. Nullum ſcilicet in eadem eſt dogma, quod non infringere: nulla veritas, quam non labefactare Henricus ſtudeat. Sordent ei omnia, quae eadem continentur. Hic videas Lutheranos modo *Confesſioniſtas*, modo *Verbicolas* ignominiae cauſa nuncupari, quorum nominum, ſi contemtus abſit & contumelia, eos minime pudet. Confitentur enim veritatem, & verorum ac genuinorum Confesſorum nomen cenſent perhonorificum: colunt verbum diuinum, & ita colunt, vt ab eodem ne latum quidem vnguem diſcedant, maluntq; idcirco Verbicolae potius, quam Papicolae nominari.

(8) Friburg. Briſg. 1631. 4.

minari. Hic cernas Lutheranam religionem eo, quód per centum annos in Augustana Confessione proposita erat ac defensa, *chimaeram centiformem* horrendo plane conuitio appellari. Hic conspicias hominem perfrictae frontis, & allatis ac repetitis (centies enim dicta & confutata recoquit) ratiunculis plus quam ficulneis atque stramineis, & omni omnino robore ac pondere destitutis, minime erubescentem. Hic, vt paucis multa dicam, offendas hominem, qui omnia sua studia, omnemq; operam, curam, industriam, cogitationem, mentem deniq; omnem in premenda Augustanae Confessionis veritate fixit & locauit. Rapacissimum itaq; lupum agere non dubitauit Henricus, inq; sic dicta Anatomia sua non humano, sed lupino more anatomen exercere, id est, omnia misere lacerare, crudeliter discerpere. Sed cum ne lupina quidem rapacitate deuorari posse veritatem, intelligerent alii, quid vulpina effici posset astutia, tentarunt. Vnde non defuerunt in coetu Romanensium, qui RICHELIVM (9), patrem purpuratum, vrgen-

(9) Auctorem scripti, cui titulus: *Traité qui contient la methode la plus facile & la plus asseurée pour*

vrgentem in primis, quod Confessores ipsi affirment, velle se nihil docere, quod Romanae Ecclesiae contrarietur, secuti, ficto Augustanae Confessionis cum placitis Romanis consensu, illius confessores decipere; & veritatem, quam amplectuntur, veritatis nomine indignam reddere sunt annisi. Tentauit hoc, sed infausto admodum successu, TIMOTHEVS LAVBENBERGERVS, praeco sacer Mezingensis, qui ad ordinem sanctiorem Wirtembergicum pertinet, turpis deinceps sacrorum Lutheranorum, cum Reformata initio, & tandem cum Pontificia religione permutatorum, desertor, *gnauus*, recte censente Fischlino (10), *Vetteri & Pistorii ex societate Loiolitica aemulus*, qui cum in *Lutheranismo Nigerrimo* (11), foetido corrupti & insanientis ingenii foetu, libro, non albo, sed nigro lapillo vtique notando, omnem Lutheranam nam

pour convertir ceux, qui se sont separez de l'Eglise. Paris, 1651 fol.

(10) Suppl. ad Mem. Theol. Wirtemb. p. 176.

(11) *Kohl-schwartzes Lutherthum* inscribitur liber in religionem Lutheranam valde iniurius, cui B. Christian. Kortholtus *Kohl-schwartzes Pabstthum* opposuit. Conf. quae annotaui ad Philoc. Epist. p. 247. sq.

nam religionem ſtuduiſſet tam excoctam atq; atram reddere, quam carbo eſt, tandem vero intellexisſet, quod carbonem pro theſauro inuenerit, & in dealbanda religione Romana aeque fuerit feliciter verſatus, ac ille, qui AEthiopem vult dealbare, aliud ineundum eſſe conſilivm, aliamq; ingrediendam viam opinabatur. Interpretandam ſcilicet esſe Auguſtanam Confesſionem ex mente Romanenſium, vt Lutherani fateri cogantur, ſuam doctrinam Pontificiae esſe adeo ſimilem, vt ouum ouo non posſit esſe ſimilius. Hoc fine auſus eſt euulgare ſcriptum (12), cuius ope ſtuduit vera cum falſis coniungere, & rudibus ſaltem hominibus perſuadere, quod haud difficulter queant inter ſe conciliari. In eo laudat Auguſtanam Confesſionem, ſed maligne. Commendat, tanquam optimum controuerſiarum iudicem, ſed ſubdol, imo impie, dum ipſo diuino verbo melius eandem

(12) Vocatur illud *Catholiſches Danck dir Gott*, & recenſetur, ſimulq; breuiter refutatur in Relatt. Innoc. 1704. p. m. 74. ſqq. Cum hoc conferendum eſt ipſius *Inſtrumentum Pacis Eccleſiaſticae*, an. 1661 editum.

dem posse ferre sententiam, ineptit (13). Hac vtitur versutia ad premendam veritatem, & murum Augustanae Confessionis aheneum, imo aheneo firmiorem, subruendum. Idem facere conatus est IACOBVS MASENIVS, Loiolita non indisertus quidem, sed eloquentia sua ad affligendam veritatem, nomenq; Lutheranum proscindendum turpiter abusus (14). Quo

(13) *Er setzt vor gewiß*, scribunt laudati Relationum Innocentium Auctores l. c. pag. 74, *die Augspurgische Confession sey ein besserer Richter der Controversien, als die Bibel selbst, ja der allerbeste Richter, und ohne sie sey die Erhaltung der göttlichen Wahrheit unmöglich.*

(14) Fecit hoc potissimum in *Arte Nova Argutiarum*, tertia vice edita Colon. 1687, 12, in quo libello plaustris conuitiorum Lutherus oneratur. Horum vel sola lemmata, quo in eundem fuerit animo, declarant. Sunt ista: *In Luthero nulla virtus sine scelere*. pag 251. *Lutheri nec origo, nec vita, nec mortis status satis exploratus.* p. 252. *Lutherus ex claustro & schola virtutum, omne genus vitiorum in orbem produxit, nouo magistro* (quem in elaboratione *diabolum* diserte vocat) *vsus.* p. 253. *Lutherus fons omnium malorum in Germanos exundantium.* p. 254. *Lutherus insanus libertatis euersor magis, quam propugnator.* p. 255. *Lutherus tanquam in theatro personatus.* p. 256. *Lutherus nouus ex haeresiarcharum & Epicuri schola magister voluptatis*, ibid. *Lutherus ex*

S, Li-

Quo enim, post euomitas crebro in religionem Lutheranam, principemq; ipsius instauratorem ac vindicem, calumnias, tendit eius *Meditata Concordia Protestantium*

 cum

S. Literis versis eversisq; turpiter fidem sine operibus produxit. p. 257. *Lutherus sacra & profana in Saxonia male administrauit.* p. 258. *Lutherus, vt legem nouam conderet, nulla se suosq; lege teneri, noua persuadendi arte, voluit.* p. 259. *Lutherus ingenii, eloquentiae & Doctoris titulo elatus, omnes prae se despexit.* p. 260. *Lutherus potator egregius.* p. 261. *Lutheri in nouae fidei doctrina audax constantia.* p. 262. *D. Petri & Lutheri antitheses.* p 266. *Lutherus omnem vultum induere, artem simulare poterat.* p. 268. *Lutherus tragice in Germania, velut theatro, versatus est.* p. 269. *Lutherus ebrietatis vitio mortem properauit.* p. 270. *Lutherus coecus & praeceps multas Germaniae clades intulit.* p. 271. *Lutherus duris moribus & vafro ingenio multos secum perdidit.* p. 272. *Lutherus plus commodi, quam damni Ecclesiae* (Romanae) *sua defectione attulit.* p. 276. *Lutherus imprudentia pro zelo vsus, multos a fide abduxit.* p. 277. *Lutherus inconstantis animi & ingenii homo.* p. 278. *Lutheri natiuitas, vita & mors ignobilis.* p. 279. *Lutherus hospite vsus daemone in sua captiuitate, ab illo constantiam hausit in perfidia.* p. 280. *Lutheri instructio ad pacem vbique destruendam spectabat.* p. 281. *Lutherus vbi sibi aliisq; indulsisset omnia, etiam nuptias cum Religiosa admisit.* p. 282. *Lutherus subita morte noctu bene potus extinguitur.* p. 283. En! Iesuitica ἐγκλήματα, adeo magna,

tum Catholicis in vna Confessione Fidei (15)?
Vt concordissime viuant cum Romanensibus Lutherani? Minime. Istud enim ratione doctrinae (de ciuili vita non loquor) tum demum fiet, quando lux ad caliginem, caligo ad lucem proxime accedent. Quorsum ergo? Vt impuri errores Romanenses cum puris dogmatibus Lutheranis, quae habet Augustana Confessio, componantur, sicque veritas prematur, imo, si fieri queat, aboleatur. Imaginem vltimarum rerum Masenianarum videmus in conatibus IOANNIS DEZII, Loiolitae itidem callidi satis & astuti, qui Argentoratenses Augustanam Confessionem amplexos ad Romanam superstitionem pertractu-

magna, adeo gravia, adeo crassa, vt nemo iis fidem queat habere, nisi is, qui historiam Lutheri & sacrorum emendatorum ne primis quidem labris degustauit. Horum vero auctorem postea meditatum esse concordiam cum hominibus Lutherum agnoscentibus ducem & antesignanum, nonne videtur res prodigio quam simillima? Ast quid latet in hac herba? Anguis haud dubie, cuius ictu & veneno Lutherani interficiantur, & sana ipsorum religio pereat.

(5) Colon. Agripp. 1662. 8. Vid. quae de hoc libro, & oppositis eidem scriptis, obseruaui in Nott. ad Delic. Epist. p. 272 sq.

tracturus, in *Reunione*, vt vocat, *Protestantium* (16), eum illi affinxit sensum, qui piis Confessoribus nunquam venit in mentem, & cui genuinorum Lutheranorum nullus subscribit. Hic enim si admittatur, religio Romana ab erroribus ac corruptelis immunis erit pronuntianda; Concilium Tridentinum inter symbola fidei obtinebit principatum, &, vt breuiter dicam, Augustanae Confessionis veritas iacebit conclamata. Hanc veritatem non mansisse integram eo, quod Saxonici Theologi nouam adornarint *Confessionem* (17); opinatur Meldensis Praesul, IACOBVS BENIGNVS BOSSVETVS (18). Qui si perpendisset graues, quae adfuerunt, cau-

(16) Conf. quae de hoc scripto, Gallica lingua Argent. 1687. 8. edito, annotata sunt ab auctoribus, quos citaui iu Nott. ad Philocal. Epist. p. 397 seq. Addi iisdem merentur, quae V. C. Christian. Aug. Saligius in Hist. Aug. Conf. p. 8:8 sqq. praeclare disseruit.

(17) Huius accuratam dedit notitiam laudatus Saligius l. c. pag. 657 sqq. Prodiit illa hoc titulo: *Confessio doctrinae Saxonicarum Ecclesiarum scripta anno Domini* 1551. *&* *Synodo Tridentinae exhiberetur.* Wittenb. 1572. 8. Legitur etiam T. I. Opp. Melanchthonis. f. 121 sqq.

(18) Hist. des Variations des Eglises Protestantes T. I. L. VIII, p. 377.

ſas (19), cur Auguſtanam Confeſsionem Patribus Tridentinis non proponerent Lutherani; ſi perpendiſſet, quod repetitio (20) potius ſit doctrinarum Confesſionis Auguſtanae, quam noua confeſsio; ſi perpendiſſet, quod non eadem verba quidem, eadem tamen dogmata ſint retenta, aliud tuliſſet iudicium, neque de illaeſa veritate vllo modo dubitaſſet. Quam vti hac ratione ſuſpectam reddere voluit, ita eandem omnino deſeruiſſe Lutheranos, & ne vnicum quidem Auguſtanae Confesſionis dogma apud eosdem esſe ſuperſtes, *Auguſtanae & Anti-Auguſtanae Confesſionis*, auſpiciis Leopoldi, Comitis de Kollonitſch, in lucem prolatae, auctor (quem aiunt esſe SVSSIVM quendam, Patrem Ignatianum, virum ſui neutiquam nominis, ſiquidem non dulcia, ſed mera proponit amara) magno auſu contendit (21). Ille ſcilicet Lutheranos

(19) Vid. Saligius l. c. pag. 663.

(20) Vnde etiam voluit Melanchthon, vt *Repetitionis* (doctrinae ſcilicet Lutheranae) potius, quam *Confesſionis* nomen adhiberetur.

(21) Mentem aperuit ipſa ſtatim inſcriptione, quam idcirco ſubiiciam: *Auguſtana & Anti-Auguſtana Confeſsio, das iſt: Augſpurgiſche Glaubens Bekantnuß*

ranos proprio iugulare ſtudens gladio, inueniſſe putat propria ipſorum teſtimonia, haud diffitentium, quod accepta & introducta Concordiae Formula (hanc enim potisſimum vrget) aliam aſſumſerint doctrinam, quam quae in AuguſtanaConfesſione fuerit aſſerta. Hinc nil crepat, niſi Lutheranorum ab Auguſtana Confesſione defectionem. Haec vtramq; ipſi facit paginam: hanc, praeconis inſtar, clamat: hac Auguſtanae Confesſionis ſocios confundere, ipſamq; veritatem premere ſuſtinet. Ad eam vero debellandam non tam magnum requiri laborem, ſed ipſam ſup-

nuß, und dero Gegenlehr: in zWey Theil abgetheilt. In deren erſtem Theil die unlaugbare Veränderung Augſpurgiſcher Confeſſion durch Vorſtellung dero Viererley Exemplarn ungleiches Lauts, Wie ſie in Ihro Keyſerl. Mayeſt. VVienneriſchen Buch-Gemach befindlich: In dem Anderten der gründliche BeWeiß deß unter den Lutheranern Vor- und nach dem Todt Martini Lutheri, und Philippi Melanthonis entſtandenen, und Würcklich beſchehenen Abfalls Von der Augſpurgiſchen Glaubens-Bekanntnuß rechtem Verſtand aus dero Bundtsgenoſſenen Theologen, UniVerſitäten, und Stätten, beVorderiſt, ſo dem Concordi Buch umb das Iahr 1580 unterſchriebenen, eygnen Zeugnuſſen geholet, Vorgeſtellet Wird. Auß Befelch Ihro Hochgräffl Gnaden Leopoldi, des Heil. Röm. Reichs Graffen Von Kollenitſch, &c. Wien, 1681, 4.

ſupplantare exiguae operae opus eſſe, ſibi imaginatus eſt IOANNES KRAVSIVS, Ieſuita Pragenſis, verus Lutheranorum alaſtor & calumniator impudentisſimus (22), dum Auguſtanae Confesſionis veritatem vno ictu proſtraturus, *ſpiritum mendacii* (23), nulla impeditus ac deterritus verecundia, ei asſignat.

Plures e Romanenſibus non addo: quis enim omnes poterit nominare? quis cunctos vno poterit ſermone complecti? Quaero tamen, anne PONTIFICES ROMANI primo loco fuiſſent nominandi, qui dum perſequuntur, dum condemnant, dum e coetu ſanctiori eiiciendos eſſe decernunt veritatis teſtes, nonne premunt eas doctrinas, quae in Auguſtana Confesſione pro veris habentur, & rectis-

(22) Talem ſe praeſtitit in virulentis ſcriptis, quae vocantur: *Gegen einander gehaltenes Lutheriſches und Catholiſches Iubel-Iahr*; *Hiſtoriſcher Beytrag für das ZWeyte Lutheriſche Iubel-Iahr*; *VVunderthätiger, und Wunderſamer Luther*, Prag. 1716 edit. ſimilibusq; chartis ſcurrilibus, inconcinnarum cavillationum plenisſimis, quas ipſis prudentioribus Pontificiis diſplicuiſſe, non eſt dubium.

(23) Ita calumniatur in libello perinepto, qui inſcribitur: *Lutheriſcher Scrupulant.* Colon. 1715. 8. pag. 149 ſq.

rectisſime habentur? Sic nobilis ille veritatis teſtis, *Paſchaſius Quesnellius*, dum non vnum, non duo, ſed plura Auguſtanae Confesſionis dogmata fecit ſua (24), quid praemii loco accipiebat? ram, minas, perſecutionem, fulmina, , vt vno verbo dicam, Clementis inementiam (25). Quid premebatur? Per-

(24) Inter propoſitiones, ob quas in *Conſtitutione VNIGENITVS*, fuit damnatus, ſunt ſequentes: *Ieſu Chriſti gratia, principium efficax boni cuiuscunq; generis, neceſſaria eſt ad omne opus bonum; absq; illa non ſolum nihil fit, ſed nec fieri poteſt: Nullae dantur gratiae, niſi per fidem: Omnia alia ſalutis media continentur in fide, tanquam in ſuo germine & ſemine: Fides, vſus, augmentum & praemium fidei, totum eſt donum purae liberalitatis Dei: Eccleſia incarnatum Verbum habet vt caput, omnes vero ſanctos vt membra: Lectio ſacrae Scripturae eſt pro omnibus: Interdicere Chriſtianis lectionem S. Scripturae, praeſertim Evangelii, eſt interdicere vſum luminis filiis lucis, & facere, vt patiantur ſpeciem quandam excommunicationis*, ac plures, a Confesſione Auguſtana minime diſcrepantes.

(25) Quam inclemens fuerit Clemens XI, docent, praeter alia, haec citatae Conſtitutionis verba, quae poſt recenſitas Propoſitiones Quesnellianas, ex Annotationibus ipſius in Novum Teſtamentum excerptas, leguntur: *Omnes & ſingulas propoſitiones praeinſertas, tanquam falſas, captioſas, male*

Persona quidem Quesnellii; sed simul ipsa, cuius expositione & professione crabrones irritauerat Romanos, veritas.

Progredior ad *Fanaticos*, e quorum colluvie si vellem cunctos in scenam producere Augustanae Confessionis hostes, contemtores, irrisores, dies sane citius, quam oratio deficeret. Quare ex his etiam aliquos modo sistam, qui superiori saeculo huic Confessioni infensos admodum se praebuerunt. Quis vero hic miretur, sperni Augustanam Confessionem, cum

male sonantes, piarum aurium offensiuas, scandalosas, perniciosas, temerarias, Ecclesiae & eius praxi iniuriosas, neq; in Ecclesiam solum, sed etiam in potestates saeculi contumeliosas, seditiosas, impias, blasphemas, suspectas de haeresi ac haeresim ipsam sapientes, nec non haereticis ac haeresibus ac etiam schismati fauentes, erroneas, haeresi proximas, pluries damnatas ac demum etiam haereticas, uariasq; haereses, & potissimum illas, quae in famosis Iansenii propositionibus, & quidem in eo sensu, in quo hae damnatae fuerunt, acceptis continentur, manifesto innouantes respectiue hac nostra perpetuo ualitura Constitutione declaramus, damnamus & reprobamus. En! fulmen, quo tangi, praeter Quesnellium, debuerunt omnes, ad veritatem magis & saniorem doctrinam, quam figmenta & depravata dogmata proclives. Conf. Christoph. Matth. Pfaffii, Cancellarii Tubingensis, Act. Constitut. Vnigenit. p. 561 sq.

cum fanaticae indolis homines omnia Symbola reiiciant, & nihil aegrius, quam illa, tolerent? Si quis causam quaerat, ea in promtu est. Amant scilicet summam sentiendi libertatem, & cum detrimento veritatis depereunt. Huic cum videant per scripta Symbolica frenum esse iniectum, hinc illae lacrymae: hinc illud odium: hinc illa rabies, qua bacchabundum atq; in furorem actum agmen in Symbola, & Augustanam sigillatim Confessionem, incessit. Hic fons & origo malesanae sententiae, qua verum pronuntiatur falsum, candor dicitur mendacium, incorrupta doctrina censetur corrupta, perdita, imo perditissima, & omnino consilium capitur eo fine, vt sancta prematur veritas. Quo furore correptus, rabidi canis instar Augustanam Confessionem allatrauit FRIDERICVS BRECKLINGIVS, quem Cimbria ob crassum fanaticismum pertinaciter defensum exspuit, dum honorem, qui a Lutheranis merito exhibetur Augustanae Confessioni, non indignatus modo est, & cum simulacri, siue, vt sacrum loquendi genus habet, idoli serpentisq; aenei cultu comparauit (26),

 verum

(26) *Ihr habt*, sic alloquitur Lutheranos, *die Aug-*

verum etiam ad *Synagogam Satanae* (ſic enim inſcripſit famoſum libellum in Auguſtanam Confesſionem valde iniurium) pertinere, impie deblaterauit (27). Similis cepit dementia perſonatum ELIAM PRAETORIVM, ſive CHRISTIANVM HOHBVRGIVM, hominem inſulſum & ſpiritu vertiginis correptum, qui vitio itidem vertit Lutheranis, quod in pretio habeant Auguſtanam Confesſionem, atq; idcirco etiam de idoli, per quod eandem intelligit, veneratione, de Theologia articulata, de vanis ac ventoſis articulis, de confesſione conſcientias onerante ita garrit (28), vt nugae ipſius ſummo iure dicantur irreligioſae. Non magis arriſit Auguſtana Confesſio CHRISTOPHORO BARTHVTIO, qui fanatica etiam lympha plenus ad eam contemplandam accesſit. Qua labe infectus, nullo potuit negotio a ſe impetrare, vt conſcribillaret ſic dictam *Auguſtanae Confesſionis Refutationem*

Augſpurgiſche Confesſion, Wie dort die ehrne Schlange, zu euern Abgott gemacht.

(27) In hac *Synagoga Satanae* (quae ex MS. recenſetur in Relatt. Innoc. 1702. p. m. 139 ſqq.) leguntur num. praeced. adducta verba §. XI

(28) Vid. Spec. Abuſ. p. 33 ſq. 399 ſq. 534. &c. Apolog. cap. 10. pag. 374 ſqq.

nem (29), quo monſtroſo foetu, ante hos triginta & duos annos, fanatica Lucina obſtetricante, edito, ſimilis factus eſt parturientibus montibus, quorum partu, vt finxit poëta, natus eſt ridiculus mus (30). Quo autem ſpiritu putatis, AVDITORES, inſtigatum fuiſſe larva nominis indutum CHRISTIANVM DEMOCRITVM, quando Auguſtanae Confeſſioni *diabolicas* (ſit verbo venia) *doctrinas* (31) ineſſe, ſcribere non eſt veritus?

---

(29) *Wiederlegte Augſpurgiſche Confeſſion.* Amſterd. 1698. 8.

(30) Riſu dignae ſunt ipſius confutationes, e. c. Articulum primum refutari eo, quod SS. Trinitas depingatur: ſecundum, quod duae tantum hominis partes ſtatuantur. Et ſic in reliquis.

(31) In libello, qui vocatur: *Unpartheyiſche Gedancken über eines Schwediſchen Theologi Bericht von Pietiſten*, p. 1074 in Opp. ſcribit: *Doch will ichs auf meine Verantwortung nehmen, und ſagen, es ſey wahr, daß die Lutheriſche Orthodoxie nun als eine Hure am Pranger ſtehe, vor den Augen derer, die Chriſtum kennen: und daß ſie ſich jetzt von neuen ſelbſt in der Perſon des Schwediſchen Theologi an Pranger ſtelle, da ſie ſich und ihre Ehre hat retten wollen. Sie verſpottet ſich auch ſelbſt genung, ſo bald ſie ſich zeiget. Zum Exempel ſey des Schwvediſchen Theologi angezogene Predigt. Und die Teuffels-Lehren der Augſpurgiſchen*

tus? An vero hoc Christianum? Ita statuet, qui, quid sit Christianum, plane ignorat. An Democriteum? Ne hoc quidem. Risisse Democritum, perhibent, res humanas, mortaliumque stultitiam. Religionem, qua nil sanctius, sacra, quibus nil grauius, eum risisse & a maligno derivasse spiritu, non reperio. Vtinam cum his hominibus non veniret consociandus GODOFREDVS ARNOLDVS, vir, qui cum paucis foret comparandus, si ipsius labor, qui sane fuit indefessus, & animus erga sacra puriora, in quo candor adhibita etiam ipsa Diogenis lucerna frustra quaeritur, pari passu ambularent! Equidem affirmare de eo non possum, quod tam duriter, tamq; inhumane, quam Democritus, sit adver-

schen Confession hat der Schwedische Theologus, wie wol nur in einer Amts- und Noth-Lügen, selbst evinciret. Nec aliter in *Weg-Weiser zum verlohrnen Licht und Recht* P. I. c. 2. p. 666: *Der Teufel hat durch diese seine Orthodoxie sein Reich trefflich befestigt, daß er die Leute beredet, ein Gottloser, in dem Christus und sein Geist nicht wohnet, könne das Wort Gottes predigen, die Leute erleuchten, und bekehren, oder zum Ampt des Geistes im neuen Bund gesand seyn. Dieser Satz ist offenbarlich vom Teufel, ob er schon in der Augspurgischen Confession stehet.*

versus Augustanam Confessionem locutus; video tamen, eum de aurea hac Confessione differentem (32) honori, quo illa fuit merito affecta, & dignitati ipsius, quae permagna est, struere insidias: incommodi per eandem in rempublicam sacram introducti ipsam accusare: pessimae notae hominum, quorum deprauata in eadem reiiciuntur & damnantur dogmata, suscipere patrocinium, hacq; ratione premere veritatem, qua sese bonis, piis ac sinceris omnibus Augustana Confessio quam optime commendat.

En! AVDITORES, integram fere pressorum e saeculo proximo cohortem, facile augendam, si id temporis ratio permitteret, &res ipsa efflagitaret. En pressam Augustanae Confessionis veritatem. An vero hi pressores sunt etiam oppressores? Absit! An pressa veritas dici etiam potest oppressa? Absit! Qui opprimere voluerunt, suam potius famam atq; existimationem oppresserunt. Prodide-

(32) Vid. Hist. Eccl. & Haeref. P. II. L. XVI. c. 18. p. 210 sq. Conf. si placet, meas Vindicias Libb. Symbb. & in primis, Aug. Conf. adv. Godofr. Arnoldum, affirmare ausum, honorem Deo eiusq; Verbo per Symbola esse ereptum, Lubec. 1718, 4.

diderunt enim ſuo ſe indicio, vt ſorices, quod ſint leuis, imo leuiſſimae armaturae milites, quorum arma calumniae, praeiudicia, ſuperſtitio, odivm, ſophismata, arma ſane adeo fragilia, vt nihil queat eſſe fragilius, adeo obtuſa, vt omnem dudum aciem amiſerint, aut rectius, ne minimam quidem vnquam habuerint. Congreſſi ſunt cum *Hagero* IOANNES HVLSEMANNVS, cum *Henrico* IOANNES DEVTSCHMANNVS, cum *Laubenbergero* IOANNES CONRADVS DANNHAWERVS, cum *Maſenio* SAMVEL BENEDICTVS CARPZOVIVS, IOANNES CHRISTOPHORVS SELDIVS, MATTHAEVS TABBERTVS, & e ICtorum ordine ANTONIVS GVNTHERVS FRITZIVS, cum *Dezio* IOANNES FAVSTIVS, GEORGIVS HENRICVS HAEBERLINVS, HECTOR GODOFREDVS MASIVS, IOANNES FECHTIVS, & alii, cum *Süſſio* VALENTINVS ALBERTI, cum *Krauſio* AVCTORES RELATIONVM INNOCENTIVM (33), cum *Fanaticis* complures magni itidem nomi-

(33) Vid. an. 1716. p. 448-498

nominis viri, & ita ſunt congreſſi, vt nemo, niſi qui veritatem odit ac deſpicatui habet, palmam iis poſſit abiudicare atq; victoriam. Ab his imbelles hoſtes ſunt infracti, ſunt debilitati, ſunt perculſi adeo, vt aut veritati herbam porrigere, aut hominum nullis rationibus, firmiſſimis etiam, ad ſaniorem mentem perducendorum numerum augere eos oporteat. Et ſane hoc eo feliciori ſucceſſu fieri potuit, quo infirmiora, abſurdiora, ſtolidiora ſunt omnia, quae ab aduerſariis in medium prolata. His euenit omnibus; quod militibus, qui claſſicum canunt ante, quam idonea arma parauerint, & parata induerint. Armatura nimirum, quae leuiſſima eſt, imo nulla, deſcenderunt in arenam, ea modo prae ſe ferentes munimenta, quae & naturam & conditionem, vt facile vinci poſſint, habere deprehenduntur.

Etenim qui dicere audent, Auguſtanam Confeſſionem a verbo diuino quam maxime diſcrepare, parato vincuntur collyrio, vt, ſanata obtuſiori acie, apertis cernant oculis, quam belle, quam egregie, quam accurate omnia cum ſacris literis conueniant, imo pleraq; ipſis verbis

bis diuinioribus ſint expreſſa. Qui leſſum faciunt, mortuam eſſe Auguſtanam Confeſſionem probent neceſſe eſt, cum illa ne morti quidem vicina ſit, ſed vivat, & veritas, quam continet, tam diu victura ſit, quam vivet vivum DEI verbum: hoc autem manebit in aeternum. Qui ſocios Auguſtanae Confeſſionis efficto eiusdem cum ſacris Romanis conſenſu decipere, irretire, & ſic tandem ad caſtra ſua perducere laborant, falluntut, & oppido falluntur, ſpeq; victoriae plane excidunt, ſiquidem cauti Lutherani probe intelligunt, quod Sirenum Romanenſium cantum ſequentes verae fidei naufragium certiſſime faciant, neque adeo caeci ſint, vt latentem in herba anguem non videant, quando Auguſtana Confeſſio cum falſis opinionibus confertur eo conſilio, vt veritas opprimatur. Qui ad corrupta prouocant Auguſtanae Confeſſionis exemplaria, perq; eadem amiſſam clamant veritatem, ſua conuincuntur inſcitia, quod nimirum ignorent, tam magnam ſupereſſe genuinorum & plane non vitiatorum exemplarium copiam, vt iſthaec omnia manibus hominum extorqueri & penitus interire poſſe, credat Iudaeus Apella, non prudens homo, non genuinus Lutheranus,

ranus, cui, quam sollicite eiusmodi cimelia asseruentur, haud est ignotum. Qui proprium, opinantur, se posse adversus Lutheranos stringere gladium, dum hi profitentur, suae Confessioni *nihil inesse, quod discrepet a Scripturis, vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana* (34), errant, ac vehementer errant, suaq; turpiter se dant ignorantia. *Scripturas* primo loco ponunt Confessores. Qualem ergo necessario intelligunt *Catholicam* ecclesiam? Num eam, quae per abusum sic appellatur? Minime: haec enim a Scriptura sacra in multis recedit; sed veterem ecclesiam Christianam, quae honorificum catholicae ecclesiae nomen vnice meretur. At *Romanam* diserte nominant Confessores. Quid inde lucrantur aduersarii? Nihil. Quis enim nescit, in Romano coetu olim fuisse veram doctrinam, per diuinum legatum, PAVLVM, cum eodem communicatam. Hanc ecclesiam Romanam innuunt, hanc digito quasi monstrant pii Confessores, & dicunt: Haec est, haec est, quam sequimur; non recentiorem istam, quae corrupta

(34) Haec Confessorum verba post Art. XXI leguntur.

rupta est foedis doctrinis, contaminata ineptis superstitionibus, & veteri adeo dissimilis, vt, praeter nomen, nihil fere remanserit. Illam igitur recte dixeris castam & illibatam virginem, hanc, praeeunte divo IOANNE, magnam meretricem (35). Formulam Concordiae multa fusius exponere, haud paucas etiam tractare controuersias, quae in Augustana Confessione non sunt propositae, concedimus: incrementa vero doctrinae, esse eiusdem detrimentum, neutiquam largimur. Calumnias de *spiritu mendacii*, de *Synagoga Satanae*, de *idolo*, eiusq; cultu, & his similes, ad scholam spiritus mendacii, ad orcum, vnde haud dubie traxerunt originem, ablegamus & remittimus, quae quo sunt maledicentiores, quo atrociores, quo scelestiores, eo minus, saniorum omnium iudicio, probant & ad opprimendam veritatem conducunt. Scomma de *doctrinis diabolicis* Augustana Confessione contentis non propudiosum modo, sed vere diabolicum est, tamq; mendax, quam luculenter doctrina daemoniorum, vt a gentium doctore vocatur,

(35) Apoc. XIX, 2.

tur, quae prohibet coniugium, in eadem reiicitur (36). Onus, quod conſcientiis per Auguſtanam Confesſionem impoſitum fingitur, eſt ſine onere, & tanto leuius, quanto magis eius ope conſcientiae, dubiae antea & incertae, ſunt confirmatae. Peruerſis autem, quos averſatur & damnat Auguſtana Confesſio, doctoribus nullam inferri iniuriam, antiqua monumenta demonſtrant, in quibus tales ii inueniuntur, quales in eadem iudicantur. Et ſaluus eſt apud prudentes Lutheranos omnes DEI, eiusq; verbi, honor, ac neutiquam imminuitur eo, quo afficitur Auguſtana Confesſio. Illum enim debere eſſe maiorem, imo maximum: hunc non plane nullum, ſuisq; limitibus circumſcriptum, inſipiens foret, iniquus foret, impius foret, qui non concederet.

Quae cum ita ſint, totam criminationum, figmentorum, ratiuncularum, quibus nituntur adverſarii, molem videmus corruentem: victricem vero cernimus Auguſtanae Confesſionis veritatem,

(36) Art. de Abuſ. II.

adhuc non oppressam, nec vnquam opprimendam, imo in maiori semper luce collocandam. Princeps enim Augustanae Confessionis auctor, DEVS, qui elapso saeculo non solum ex ipso coetu Romano, docentibus vel iis, quae in causa Quesnelliana acta sunt, veritatis testes dedit ac propugnatores, verum etiam excitauit POMARIOS (laudatissima enim opera Pomariana in hoc ipso auditorio Augustana Confessio & praelegendo & disputando peregregie fuit tractata (37), excitavit KAHLEROS (38), SCHELGVIGIOS (39), HOFFMANNOS (40), WALLI-

(37) De SAM. POMARII, Praesulis Lubecensis, opera Augustanae Confessioni nauata vid. quae attuli Athen. Lubec. P. IV. p. 478. sqq.

(38) IOANNIS KAHLERI, Theologi Rinthelienfis, *Augustanae Confessionis XX Dissertationibus publicis in Academia Rinthelensi propositae*, editio altera auctior & correctior prodiit Rintel. 1715. 4.

(39) SAM. SCHELGVIGII, Theologi Gedanensis, Expositio Augustanae Confessionis, Germanica lingua adornata, brevis quidem est, solida tamen & lectu digna.

(40) GODOFREDVS HOFFMANNVS, Theologus Tubingensis, edidit *Commentarium in Augustanam Confessionem, caeterosq. Ecclesiae Nostratis Libros Symbolicos.* Tubing. 1727. 4. qui Commentarius recensetur & laudatur in Relatt. Innoc. 1727. p. 1279 sq.

LISEROS (41), excitauit plures, quos omnes recensere nimis prolixum foret, qui Augustanam Confessionem illustrando, enucleando, & simul vindicando, vtilissimum laborem exantlarunt, excitabit haud dubie in posterum quoque viros, qui pari candore, simili industria, eadem religione pergant, & sollicite caueant, ne veritas, quam complectitur Augustana Confessio, opprimatur. Quem itaque hoc iubilaeo tempore, quod tam laetum accidit Ecclesiae Evangelicae, ad memorabilia eius principem Augustanae Confessionis hostem morte oppressum haud immerito referenti, quam fatale est Romanae, litigiis ob caput, quo destituitur, recuperandum implicitae, quem, inquam, triumphum agit Augustanae Confessionis veritas, is perennis sit, vt revolutis singulis centum annis redeat haec iubilaea solennitas, & tota quoq; posteritas eodem, quo nos, gaudio obseruatam Augustanae Con-

 fes-

(41) IO. FRID. WALLISERVS, Pastor Steinsfeldensis, euulgauit *Vindicias Librorum Ecclesiae Lutheranae Symbolicorum, Vbi, quid sensu orthodoxo sint & Valeant, indicato, Censurisq; quibus Vellicati premitur, dissipatis, potissimum Nodi, a quibusdam etiam Nostratium oppositi, Scrupuliq; alias Varie collecti expenduntur.* Vlm, 1710. 8.

fessionis ope puriorem doctrinam perfundatur.

Agedum, LVBECA GRATISSIMA! (quis enim dubitet, te gratias humillimas pro tanto beneficio Numini lubentissime persoluere?) LVBECA, inquam, serua, quae ante duo saecula capiti tuo imposita est, coronam. Etsi enim multis gaudeas ornamentis, istud tamen praecipuum esse arbitror, quod intemerata sacra tibi largiuntur. Hoc fruere, hoc exsplendesce, donec omnis tuus splendor, ipso mundo collabascente, desinet. Concedat tibi Deus semper PATRIAE PATRES, iis, quos hodie veneraris, & ob summa merita iure venereris, quam simillimos: sic nunquam tibi deerunt verae religionis patroni, ecclesiae nutritii, doctrinae, quam incorruptam habet Augustana Confessio, tutores exoptatissimi! Concedat tibi Deus semper PRAECONES SACROS cum iis, quos hodie colis, & ob merita praeclarissima recte colis, comparandos: sic habebis perpetuo viros, qui illibata proponant, inculcent, defendant dogmata, videbisq; veritatem, quam exhibet Augustana Confessio, florentem, imo florentissimam!

Con-

Concedat tibi Deus semper DOCTORES PVBLICOS eorum, quos hodie cernis, & insignibus meritis cernis conspicuos, vestigia prementes: sic constanter gaudebis viris, ea publice docentibus, quibus non ad humanitatem solum, sed ad religionem quoque ac pietatem caste integreq; iuuentus informatur! Perdurante itaque apud te religione, cuius summam exhibet Augustana Confessio, retinebis religionem, quae vera, quae certa, quae adeo eximia, vt ipsis nonnunquam hostibus praeconia extorserit. Sic perpetua erit laus tua, qua vocaris (o! quanta gloria) Augustanae Confessioni sincere addicta.

Tu vero, benignissime DEVS, accipe grates, quas Lubeca tua demississime offert, eandemq;, tanti beneficii memoriam nullo vnquam tempore deposituram, tibi porro habe commendatissimam. Tu princeps nostrae religionis auctor, stator, vindex, tuam conserua veritatem. Tua enim est, siquidem a te, qui es ipsa veritas, trahit originem. Tua est: nam e tuo verbo vnice depromitur. Fac ergo, vt perennet, neq; nos solum, sed posteri etiam Augustanae Confessionis socii iure appellentur. Destrue cuncta,

quae aduerſus eam ineunt veritatis hoſtes, conſilia, & omnes ipſorum conatus redde irritos. Suscita ſtrenuos ac imperterritos verae religionis vindices, vt, ſi in poſterum quoque exſurgant, qui veritatem Auguſtana, Confesſione comprehenſam velint laedere, ea tamen omni tempore maneat integra, maneat illibata, maneat illaeſa; imo, ſi prematur etiam, nunquam tamen, nunquam, (hoc enim pro infinita tua clementia auertes) nunquam penitus opprimatur!

III.

III.

IO. DAN. MAIORIS,

Med. D. & Prof. Kilon.

ad

ANDREAM PLANTE-COVIUM

Epiſtola.

Ex Autographo.

Nobilisſime ac politisſime Domine.
Amice longe æſtimatisſime.

Omnes illas nimias laudes, quibus, tanquam diluvio quodam, vel procella, in humanisſimis literis tuis, Romæ d. 9 Januar. ſcriptis, ac traditis hic mihi d. $\frac{18}{29}$ Februar. me obruis, unice amori tuo, nullam vero, aut longe minimam earum partem ullis meritis meis tribuo, de ſolo hoc gaviſus, mihiq; haud obiter gratulans, ſupereſſe in generoſo pectore tuo, inq; contubernio ac conſortio excitatorum ad ſublimia quævis ſpirituum, amicam mei memoriam, & Te unum ex principibus eorum, qui

 de

de candore meo, & Polymathiam selectiorem omni nisu probabilem reddendi desiderio, sedulo testantur. Te, optimis artibus enutritum, gaudentemq; ætate maxime florida, benignitas fati ad ea loca iam deduxit, in quibus sicut orbis compendium vides, ita Polytechnicæ omnium accuratissimæ mundum quasi in manibus tuis habes, quem volvas pro arbitrio ac revolvas, horsum retrorsum; ob multitudinem obiectorum vero, & indissolubilem artium ac disciplinarum nexum, finem sis nunquam inventurus. A cujusmodi amoenissimis studiis neutiquam se divelli etiam patitur Philologia, Historiæ veteris rationem ex Marmoribus, Columnis, Arcubus, Statuis, Signis minoribus, aut Sigillis, Nummis, Codicibus MSC. habens. Hócq; spretim magis haberi solita, quo truculentius hinc inde (atq; per meram rerum ipsarum, ex Antiquitate petendarum, imperitiam) ad logomachias criticas & bella grammaticalia contorquetur. Quæ vero ut latius nunc declarem, haud operæ precium arbitror, cum ipse hæc capias affatim, nec desint ingenia undiquaque cultissima, cum quibus, de talibus etiam, salubriter converseris. Ex quibus si unum, in gratiam meam,

Tibi

Tibi elegeris, non specialiter ex ullo commercio mihi notum quidem, verbis meis tamen quam officiosissime salutandum, Illustriss. ac Celeberrimum Dn. Bibliothecæ Vaticanæ Bibliothecarium, ipsiusq; benevolentiam de negocio quodam, quod mox aperiam, exoraveris, indeq; quid effectum abs te sit, prima quavis occasione, me per literas edocueris, mirum in modum tuo me peramico pectori obstringes. Negocii, quod me urget, cardo vertitur in hoc. Edideram scriptum aliquod, cui titulus: *De Nummis Græce inscriptis*: in quo per mera ex Nummis antiquis & Inscriptionibus suffragia, suppetias qualescunq; ferre contendebam edito tum Libello pererudito Cl. Viri, *Henninii*, Germani, sed apud Belgas viventis, in quo, per argumentorum irrefragabilem viam incedens, docet, veteres Græcos, ad ævum nato Christo antiquius spectantes, imo eidem coævos, & aliquandiu post, contextus librorum suorum simpliciter absq; accentibus confecisse: & hos potius, apicibus literarum superimpositos, inventum esse Græculorum recentioris temporis. Ex his argumentis nullum, tanquam laticem vividæ eruditionis, in hiantes Dissertatiunculæ meæ areolas derivavi a-

liud.

liud, quam quod ex Nummis veteribus deduxit, Accentuum impositione omnimode carentibus. Sed ratione una & altera superaddita declaravi, nihil tandem ad excusationem illorum superesse, utpote inficete & importune effictorum. Nam ipsi naturæ Vocalium militantium. Ex quibus quæ longæ alias per naturam suam sunt, breves esse, quæ breves, longæ iubentur, per Regulam omnium injustissimam, quod ultima existente brevi, Accentus acutus esse debeat in antepenultima, e. g. in voce ἄνθρωπος. Ubi media syllaba θρω, etiamsi vocalem natura longam, & sic in pronuntiatione sui, opus habentem mora temporis duplicis, habeat, violenter tamen, per tyrannidem Accentus, corripitur. Aut contra, e. g in voce θεολόγε, media λο, ob rusticitatem acuti Accentus superimpositi, quoad naturam licet brevissima, per dictaturam tamen Græculorum nostrorum per forza producitur. Quo itidem nil absurdius est, nisi insuper hoc unum: quod Diphthongos quoque & Positiones, eodem crudelitatis & barbariei fato plecti oportuit, ut in voce ὑπόκαυστον videmus. Cujus

ius vocis media, καυ, licet duplici naturæ iure longa ſit, ob diphthongum videlicet & ob poſitionem; obtorto nihilominus collo & ſumme invita pronunciantis lingua corriptur: & ſic in pluribus aliis. Ex quibus abunde patet, ſicut Diogenes inter publicas urbis turbas verſatili ſuo imperavit dolio, ſic Grammaticis etiam, ne ulla ſibi deeſſet autoritas, in literas & nativum earum valorem regnandi libidinem increviſſe: refrænatum jam in aliquorum, qui Noſtra legerunt, conſcientiis. Sed quam difficile videtur, uno quaſi ictu reſecare ſemel radicata in hominum animis præjudicia, & crebro nimis hoc experiri datur, quod inventa quantumlibet frugi, haut pauci veruntamen veſci malint glandibus: tam profecto aſſurgentes undecunq; (quod facile præſagiebam) diverſi capitis hydras ſum expertus. Idq; eo magis, quo ſeverius videbant, me non Accentibus modo, ſed Punctulis etiam, quæ Jota Subſcriptum vocantur, dicam ſcribere. Quorum itidem nullum in monumentis antiquis, Marmore, Gemma, Metallo, Membrana factis, vel vola, vel veſtigium habetur, aut umbra. Hinc tandem occaſio quoque mihi data eſt, altius cogitandi de

de modo Græca ſcribendi, veterum: ac deprehendi, non modo ſine Accentibus & Jota ſubſcriptis exſtare, quotquot hodie ſuperſunt, Inſcriptiones Græcas & Numismata vetera: ſed *plerumq;* ipſos in MSCtis Codicibus Græcis textus etiam, non diſtincta, ut hodie, vocabulorum, numericé discrepantium, ratione ſcriptos haberi, e. g. Johan. I. v. I. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος (In principio erat Verbum), ſed connexive, ſine relictis in vocum concurrentium medio ſpaciis, e. g. εναρχηιηνολογος. Exemplumq; ſpeciminis loco ab *Henninio* datum ex loco *Matth. XI. v. 21. & Luc. X. v. 13.* (ὐαί σοι χοραζὶν, vel χωραζὶν) prolixius declaravi, in utramq; partem disquirendo, an legi debeat (ut jam hic ſcriptum eſt) χοραζὶν, χωραζὶν, (unico vocabulo) i. e. Chorazin? vel duobus vocabulis, χώρα ζὶν, i. e. Regio Zin. Et quoad defectum accentuum minimò, audacter rotundoq; ore pronunciavi, inter omnes (attende, ſi placet, quid ſcribam) inter omnes, inquam, Codices Bibliorum Manuſcriptos Græcos antiquiorem in toto terrarum orbe non haberi (aut ſciri), præter unum in Vaticano Romæ: unum, Alexandrinum dictum,

itidem Græcum, Oxonii (*), & tres Viennæ, in Bibliotheca Cæsaris. Omnes Accentibus destitutos: tum connexivim quoque *plerosque* eorum, sine spacio inter voces relicto, scriptos. Tum Berolini, apud Electorem Brandenburgicum, Codex MSC. Biblicus adest, (aliquantum recentioris ævi, ut mihi videtur) ubi manifesto quidem conspicienda est numerica vocum distinctio, beneficio spaciorum, in mediis relictorum: sed & isthic Accentus supra positi desiderantur. Quibus ad necessariam Tui informationem, in negocio hoc præmissis, jam summa desiderii mei hæc est. 1. Codicem Biblicum Græcum MSC. in Vaticana Bibliotheca monstrari Tibi roga, omnium antiquissimum. 2. De ætate ejusdem (quot seculorum?) sedulo inquire. 3. Accurate vide, an Accentus adsint, vel non? 4. Si forte adsint alicubi, an atramenti color cum colore atramenti ipsarum literarum conveniat? 5. An inter voces spacia relicta sint: vel illæ potius immediate sibi connectantur? & 6. Quomodo in utroque Evangelista se habeat phrasis hæc: Væ tibi Chorazin. In Matthæo videlicet ac Luca.

(*) *Londini.*

ca. Quam ita, si me amas, velis munde & luculente transscribere, non characteribus Græcis, quomodo hodie illos pingimus; sed prout ibi exstant. Nec Te moveat, quod χοραζιν apud unum Evangelistam per omicron, apud alterum per omega scriptum reperies. Finire cogor. Exactissime vale!

Kiliæ Holsat.
d. 26. Mart. St. N.
A. 1687.

T. T.

Joh. Daniel Major.

Inscriptio.

Al molto Illustre Sig^{r}. mio colend^{mo}, il Signor Andrea Plantcovio: hor' à Roma.

IV.

IV.

Elogium
D. ANDREAE PLANTECOVII,

Lubecenſis,

Medici & Philologi praeſtantisſimi,

ſcriptum

a

IO. HENR. a SEELEN.

VT praecedenti Epiſtolae lux affundatur: vt amicitiae, quae mihi cum beato PLANTECOVIO intercesſit, extet documentum: & praeſertim, vt excellentiae viri, qui doctus esſe magis, quam videri voluit, iuſtum ſtatuatur pretium, ad Elogium hoc literis conſignandum & huic Bibliothecae inſerendum, facile fui commotus. Paulo prolixius itaq; ea ediſſeram, quae in Athenis Lubecenſibus (1) in laudem PLANTECOVII ſcripſi, quamvis nunc etiam

(1) P. III. p. 385 ſq.

plenam vitae Plantecovianae notitiam dare non liceat, siquidem modestia ipsivs & animus ab omni gloriae ac famae studio alienus impediuerunt, quo minus ipse ea annotauerit, quae huic instituto potuissent inservire. Ea tamen, quae mihi innotuerunt, candide cum Lectore communicabo.

Patria contigit PLANTECOVIO inclyta nostra ciuitas Lubecensis, in qua an. 1658. ipsis Calend. Ianuar. lucem aspexit. Patre natus est ANDREA PLANTECOVIO, Cive & Mercatore honestissimo, matre WENDELINA MEYERS, Matrona praestantissima, horumq; parentum cura, studio, industria ita fuit educatus, vt ad optima quaeque perduceretur. Quo fine publicis quoque eum formandum tradiderunt doctoribus, e quibus eos nactus est praeceptores, in quorum fide ac peritia nihil vnquam iure potuit desiderari. Pergratus idcirco laudare solebat ABRAHAMVM HINCKELMANNVM, Rectorem Lubecensem meritissimum celeberrimumq; : IOANNEM POLZIVM ac MARTINVM LIPENIVM, Conrectores magnis itidem meritis perinsignes: DAVIDEM a BRVGGE, Subrecto-

ctorem meritis haud minoribus inclytum, & Poëtam elegantissimum. Illis vti variarum scientiarum notitiam se debere, grata mente agnoscebat, ita huic acceptam referebat carmina condendi facultatem, qua excellebat adeo, vt ex tempore, quemadmodum loqui solemus, Latinos versus, eosdemq; nitidos, posset scribere, quod αὐτοπτὴς (meis enim vidi oculis) testor. Quamvis itaq; literis humanioribus ante, quam Academicum ingrederetur consortium, egregie esset imbutus, eas tamen in Academiis minime neglexit, sed magis semper magisq; excoluit, & cum Philosophia ac Medicina, cui potissimum se dicaverat, semper coniunxit, Medicis Philologis idcirco summo iure annumerandus. Fecit hoc in tribus perinclytis Germaniae Academiis, quae dignissimum in eo civem habuerunt. Prima erat *Ienensis*, in qua celeberrimos Professores sedulo auscultauit. Secunda *Lipsiensis*, quae eadem diligentia & discendi ardore eum vidit conspicuum. Tertia *Kiloniensis*, quam tum alios, tum potissimum IO. DAN. MAIOREM, Medicum, Philologum & Antiquarium curiosissimum, audiendi causa accessit, a quo permagni eum fuisse aestimatum, praecedens Epistola lucu-

lenter probat. Finito curriculo Academico, itinerum ope studiorum quaerebat incrementa. Perlustrata autem eo, quo decet genuinum literarum cultorem, modo *Germania*, iter dirigebat in *Galliam*, in qua multorum virorum eruditorum sibi conciliauit amicitiam, & in his AEGIDII MENAGII, insignis quondam Galliae literatae ornamenti, a quo commercii epistolici honore dignus fuit habitus. E Gallia progressus in *Italiam*, Florentiae ANTONII MAGLIABECCHII, magni literarum ac literatorum patroni, fauore non praesens solum fruitus est, sed absens quoq; per literas cum eodem colloquendi facultatem impetrauit. Hic vero, prae reliquis ciuitatibus, nominanda est Patavina, in qua Noster an. 1687. d. 3 Iun. summos honores, quibus artis salutaris cultores ornantur, est consecutus, cum in examinibus rigorosis virum se praestitisset. Testatur hoc Diploma, quod tribus Sigillis, S. Marci Veneti, Almae Vniuersit. DD. Artistarum, ac I. N. G. A. est munitum, in membrana pereleganter exaratum, & tum aliorum testium, tum praesertim DOMINICI de MARCHETIS, Praesidis, IO. POMPILII, Scoti, Theor. Ord. Profess. ac CA-

CAROLI TORTA, Academiae Cancellarii, nominibus, quae ipsi manibus suis scripserunt, condecoratum. E quo Diplomate (2), cum integrum istud inserere, prolixitas interdicat, aliqua saltem hic legere iuuabit, quae PLANTECOVIVM satis fecisse Patavinis Professoribus, demonstrant. *Ipse*, haec sunt Diplomatis verba, *locis persequendis, argumentis tractandis, quaestionibus & oppositionibus clare soluendis, casibus explicandis, & curationibus proponendis, in omni deniq. sua periclitatione tam docte, laudabiliter, excellenter, egregie & Doctoreo more se gessit, talemq. vigorem ingenii, ac tantam ostendit vim memoriae, doctrinae, facundiae, & caeterarum rerum, quae in consummatiss. Philosophiae & Med. Doctore requiri solent, vt magnam sui expectationem, quam apud omnes concitauerat, non solum sustinuerit, sed etiam longiss. superauerit.*

(2) Dignum illud omnino est, quod in Bibliotheca quadam, aut Museo asseruetur, aeque ac Meursianum, quod, cimelii instar, in Bibliotheca Viri illustris, CONRADI WOLFFEN, Consiliarii Status & Iustitiae, Archiatri & Bibliothecarii Regii Hafniensis, fuit custoditum. In Catalogo enim Librorum Wolffianorum, Hafn. 1730. 8. edito, n. 282. in fol. p. 24. occurrit *Joh. Meursii Diploma Doctoratus in utroque Jure Aurelia 1668. in membrana, c. sigillo.*

Quamobrem ab Exc. Inclyti Ordinis praefati Doctoribus, omnibus ibidem continuo existentib. Vnanimiter & concorditer, cunctisq; suffragiis, ac Eorum NEMINE PENITVS, atq; PENITVS discrepante, aut dissentiente, nec haesitante quidem (3), *idoneus aptusq. ac sufficientusq. Philosophus & Medicus fuerit iudicatus, & merito quidem approbatus.* & rel. Contentos itaque fuisse Patavinos Plantecovianis responsionibus, inde apparet, & creditu eo facilius est, quo magis Noster cum nouis principiis, quae in Germanicis Academiis hauserat, veterum, GALENI, HIPPOCRATIS, ARISTOTELIS, AVICENNAE, placita (quae vnice curasse Patavinos, plus vice simplici ex ore ipsius percepi) mature, priscorum scriptorum lectione ab ipsa iuventute delectatus, coniunxit. Ornatus vero in Italia Doctoris axiomate, *Siciliam* porro adire, e re sua esse arbitrabatur, & inde traiicere in *Asiam*, cuius celebrem vrbem, *Symrnam*, lustrauit, ipsamq; *Hierosolymam*, Sancti Sepulchri visendi causa, adire in animo habuit: impeditus autem nuntio e patria allato, in Siciliam reme-

(3) Verba maiusculis typis expressa in Diplomate aureis literis scripta sunt.

remeauit. In qua dum commoraretur, primum ei innotuit PETRVS HEILINGIVS, Lubecensis extra Lubecam perillustris, quem ciuem suum cum in Athenis meis Lubecensibus (quarum Pars quinta, Supplementa ad antecedentes, si vixero, datura, eundem habebit (4)) non inueniret, has ad me dabat literas, quas, iuuandi qualescunq; meos conatus voluntatem simul testantes, hic legendas dabo. Ita vero habent:

Clarissime Vir.

Cum heri commoditas daretur euoluendi Athenas tuas Lubecenses, & inprimis Partem earum secundam, refricabatur mihi memoria illius temporis, quo quondam Panormi commorabar Messanam Melitamq; petiturus. Ibi forte perueniebat in notitiam meam senex quidam Armenius, qui exercendae mercaturae caussa in Habessiniam interdum proficisci fuerat solitus, sed tunc vna cum filio suo Neapolin, & inde Romam tendebat. Qui cum audivisset, me esse Lubecensem, non intermittebat me rogare, vt ipsi referre non detractarem, si quid mihi,

(4) Leg. interim D. IO. HENR. MICHAELIS, Theologi Halensis, *Sonderbarer Lebens-Lauff Herrn PETER HEYLINGS, aus Lübec, und dessen Reise nach Ethiopien.* Hal. 1724. 8.

mihi, vel in patria, vel extra illam, innotuisset de PETRO HEILINGIO, *ciue, vt aiebat, meo, de quo semper plura, quam quae in diem illum cognouerat, percipiendi mirifico flagrasset desiderio, praedicans non satis felicitatem Lycei nostri, ex quo vir tantus in talem saeculi lucem prodire potuisset. Ego regerebam, nomen viri mihi esse ignotum, nec vllibi, quod scirem, ab aliquo eius fuisse factam mentionem. Tunc respondebat senex: vtiq.* PETRVS *fuit Lubecensis, ceu permulti Habessini mihi coram dixerunt; novi iuvenis illum, Regis Habessiniae singulari gratia, propter eruditionem, linguarum variarum peritiam, aliasq. excellentis ingenii dotes, ad id honoris fastigium euectum, vt Rex ipsi praestantissimum regni commisisset munus, ad quod alias summae nobilitatis viri eligi solebant, filiamq. suam nuptum dare secum constituisset. Et ista, aliaq. plura, quorum omnium non amplius tam accurate recordor, tunc temporis in aures meas influebant. Postea, cum in manus meas incidissent* IOBI LVDOLFI*, viri inter ICtos, si quis alius, πολυγλώσσου, Historia AEthiopica, & ad eam Commentarius, illa, quae commemoraui, non tantum confirmata, sed etiam non parum aucta vidi. Quae duo volumina si in Bibliotheca tua reperiantur, adeas quaeso Historiae librum* I. *cap.* 14. *ipso statim initio, & Commentarium fol.* 551. *tribusque sequentibus.*

Cae-

Caeterum haec occasione libri tui peruolutati tecum communicare placuit, vt inter Lubecenses tuos HEILINGIVS locum, quem te iudice merebitur, consequatur, & memoria illius, ceu par est, ab oblivione vindicetur. Vale in rei literariae incrementum, commodumq; studiosae iuuentutis, si visum fuerit τῷ ἐπὶ πᾶσι, quam diutissime.

Anno 1720.
17 *Augusti.*

T.
Plantecovius.

Siculis deliciis, literariis praesertim, exsatiatus, contulit se in *Helvetiam*, in qua multa, ad naturalem potissimum scientiam augendam facientia, vtiliter obseruauit. Idem fecit in *Anglia*: idem in *Belgio*, vtrobique in eruditissimorum virorum, qui multa Eum poterant docere, amicitiam penetrauit: Bibliothecas, Musea, Nosocomia attente lustrauit, & nihil intermisit earum rerum, quae ad prudentem peregrinationem literariam pertinent. Atq; sic tandem multa instructus & excultus scientia, in patriam est reuersus. Cui reditus, ad exercendam medendi artem adiecit animum, eandemq; feliciter exercuit adeo, vt non pauci aegroti eius ope-

ra prospero successu vsi sint. In his ipse meum nomen lubens profiteor, siquidem aliquoties placuit summo, qui in coelis est, Medico, per eius curam, dexteritatem, peritiam, amissam meam valetudinem redintegrare, quod beneficium gratissimus agnosco & celebro, semperq; celebrabo. Quem vero diutius superstitem mecum optabant plures, is ante aliquot menses sequebatur an. 1714. m. Mart. defunctam Vxorem, CATHARINAM PRIGNITZIAM, Matronam ornatissimam, quacum coniugali vinculo an. 1702 fuit coniunctus, & sine prole quidem, non sine delectatione tamen, vixit. Sacro enim epulo, per Virum admodum rever. ac praeclariss. DN. IOACH. HENR. CARSTENS, Pastorem AEgidianum optime meritum, exhibito, ante beatum ex hac vita discessum fruitus, d. 4 Aug. an. 1730 e mortalium coetu egressus est, morbumq; grauissimum ac lethalem cum aeterna sanitate felicissime permutauit.

Quanta, quamve ineffabilis inde ad PLANTECOVIVM redundauit prosperitas ac incolumitas, tam certum est, quod ipsius morte Lubeca fecerit iacturam Medici Philologi; in scriptoribus e-

nim

nim non Latinis solum, sed Graecis etiam erat longe versatissimus, & praesertim HOMERVM sibi cognitum reddiderat adeo, vt, si is periisset, e memoria Plantecoviana potuisset magna ex parte restitui: neq; Hebraeae linguae erat ignarus: ne de Italica, Belgica, Anglica dicam; Medici historiae literariae amantissimi: hac enim horis subsecivis delectabatur & πάρεργον putabat amoenissimum; Medici honesti: nullius enim famae ac meritis solebat detrahere, aut vllam prae se ferre inuidiam; Medici antiqua virtute & fide, qui ad omnes delicatioris saeculi mores se non componebat, sed secum habitabat, atq; sibi & Musis suis canebat; Medici Bibliotheca libris egregiis, curiosis ac rarioribus referta, gauisi, quod Catalogus, qui sub prelo sudat, fusius declarabit: speciminis autem loco esse potest *HIPPOLYTI MARRACCII Bibliotheca Mariana*, quem librum rarissimum ego ante hos septem annos ex eadem recensui (5); Medici tam diligentis: nunquam enim fuit otiosus, quam docti, siquidem tam multa e libris suis annotauit, vt qui excerpta ipsius videt, non possit non eorum copia in stuporem

(5) Conf. Select. Liter. p. 354 ﹠ 593.

porem dari, & mecum merito dolere, quod cuncta innumeris schedulis inscripserit, e quibus cum ipse nulla exstruxerit opera, dubium etiam est, an quisquam possit mentem ipsius assequi, & idoneus reperiri ad tot chartulas contexendas ea ratione, qua ipse composuisset, si ad perficiendum vel vnicum eorum scriptorum, quae molitus est (6), accessisset. Haec refero non sine dolore, quo affectus sum, cum lustrarem stupendum plane schedularum apparatum, stupendo labore factum, Nostro autem eam gloriam non allaturum, quam iusta elaboratio potuisset afferre: neq; reipublicae literariae commodum, quod sane fuisset magnum, si e collatis materiis aedificia literaria fuissent exstructa, daturum. Ipsum PLANTECOVIVM paulo ante mortem ideo doluisse, & peringentem schedularum farraginem Vulcano tradi iussisse, ex certis indiciis cognovi. Non potui tamen non suadere, vt seruentur chartulae, incredibilem saltem diligentiam testaturae, & vt singularem plane excerpendi rationem ostensurae, ita raris-

(6) Horum indicem vid. in Nov. Liter. Mar. Balth. 1707. p. 312 sqq. ; Athen. Lubec. P. III. p. 387 sqq.

rariſſimum praebiturae exemplum viri, qui integrae Bibliothecae ſuae nucleum ſchedulis numero fere carentibus, quarum ordo ſoli collectori conſtare potuit, ab alio (ſi excipiantur *Indices in varios Auctores Latinos* adornati) difficulter admodum indagabitur, iniecit. Figurae ad *Librum de Cultris Veterum* pertinentes accurate delineatae reperiuntur: reliqua omnia chartulis itidem ſunt illita. Forſan ei, qui otio abundat & patientia, licebit ex iisdem concinnare, quod ad curioſum hoc argumentum illuſtrandum faciat. Idem in reliqua mole indigeſta induſtriam ſuam poterit exercere, vt Plantecouianae diligentiae, quae profecto valde praedicanda, fructus ſaltem aliquos orbis literatus experiatur. Vtinam mihi ſuppeteret otivm! Quam vellem PLANTECOVIO, contexendo illius collectanea, honoris monumenta erigere! Haec enim, ſi quid ego iudico, meretur Medicus literatiſſimus.

V.

V.

Recensiones Librorum.

I.

ACTA BORVSSICA Ecclesiastica, Civilia, Literaria, oder Sorgfältige Sammlung allerhand zur Geschichte des Landes Preussen gehörige Nachrichten / Uhrkunden / Schrifften und Documenten. P. I. II. Königsberg und Leipzig. 1730. 8. Pl. 20.

Eximia, quibus dudum inclaruit, in rem literariam merita valde amplificat vir doctissimus, celeberrimusq;, M. MICHAEL LILIENTHALIVS, Verbi diuini apud Regiomontanos Minister fidelissimus, eo quod his Actis colligendis & euulgandis laudabiliter insudat. Multa enim valde notabilia & scitu digna eadem complectuntur.

In Praefatione primo memorantur, quae hactenus prodierunt, Scripta, res Borussicas illustrantia, scilicet D. GODOFRED. LENGNICHII Preußische Geschichte: DAV-

DAV. BRAUNII, Consiliarii Aulici, Schrifften von den Preußischen *Scribenten* und Müntzen: das Gelahrte Preussen: Das Erleuterte Preussen: Preußischer Todten-Tempel; deinde instituti ratio his verbis edisseritur: Weilen noch viele Lücken in der Preußischen Historie zu erfüllen und auszubessern sind / wozu nützliche Materialien vorräthig vorhanden; als hat man dieselbe dem Publico nicht vorenthalten / sondern / auf Ermunterung einheimisch- und auswärtiger gelehrter Gönner / hiemit den Anfang machen wollen / gegenwärtige *Acta Prusfica*, in Gottes Nahmen / zu publiciren / durch welche vielleicht der Preußischen Kirchen- Civil- und gelehrten-Historie ein neues Licht angezündet werden dörffte. Man wird nehmlich in dieser Sammlung dem Leser mittheilen allerhand zur Preußischen alten und neuen Historie gehörige Nachrichten / mancherley theils geschriebene / theils gedruckte *Diplomata*, Uhrkunden / und dergleichen Documenten. Nicht minder sollen hierin erscheinen zulängliche *Extracten* aus Preußischen *Chronicken* / *Manuscripten* und Büchern; Lebens-Beschreibungen Durchlauchter / Illustrer und gelehrter Personen; *Genealogien* berühmter Familien; Briefe / die entweder gelehrte Preussen geschrieben / oder von Preußischen Sachen handeln; *Nova Lite-*

Literaria Prussiae, u. d. gl. Man wird auch kleine Historische und andre *curieuse* Schrifften / die zwar vorhin schon gedruckt worden/ sich aber dem Gesicht entzogen haben / und rar worden sind / wieder aufflegen lassen / und zuweilen mit Anmerckungen erleutert / in diese Collection einschalten. Quibus verbis nihil inesse iactantius dictum, huius Operis partes, quae prostant, satis iam superque demonstrant.

Prima pars, quam ornat effigies IO. ERN. GRABII, complectitur

I. D. **Johann Ernst Graben Leben / Todt und Schrifften.** p. 1 - 27. Auctor huius notitiae est GRABII frater natu minimus, D. MART. SYLV. GRABIVS, Consiliarius Regius & Archiater, qui paulo ante mortem, qua an. 1727. d. 5. Decemb. defunctus est, literis eandem coepit consignare; in his vero Actis supplementa accesserunt. Exinde cognoscimus, GRABIVM patre MART. SYLV. GRABIO, SS. Th. D. Prof. Publ. & Bibliothecario, natum esse Regiomonti an. 1666. d. $\frac{10.Jun.}{10.Jul.}$; didicisse in tenerrima aetate vna cum Germanica Latinam simul linguam; e Stargardiensi Athenaeo an. 1682.

in

in patriam, se contulisse Academiam, ibidemq; IO. PHIL. PFEIFFERVM, CHRISTIAN. DREYERVM, PAVL. RABEN, MELCH. ZEIDLERVM & BERNH. von SANDEN diligenter auscultasse, ac Magistri honoribus an. 1685. aet. 19 fuisse auctum; docuisse deinceps magno cum applausu in Academia patria; implicitum an. 1694 fuisse controuersiis, quae Regiomonti agitabantur, Theologicis, ideoq; an. 1696 euulgasse Abgenöthigte Ehren-Rettung; e D. PHIL. IAC. SPENERI scripto: Rettung der Evangelischen Kirchen / ansam nactum esse, Apoc. XVII & XVIII de Roma non gentili, sed Papaea interpretandi; an. 1697 profectum esse in Angliam, ibidemq; in otio literario viuere & tempus scriptorum elaboratione terere constituisse, variis benevolentiae signis fruitum, e quibus nominanda inprimis sunt *Doctoris Theologiae* insignia, Oxonii an. 1706 ipsi collata a D. GEORGIO SMALRIDGE, qui in *Praesentatione*, vt vocatur, his inter alia vsus est verbis: *Praesento vobis reuerendum hunc virum, Dominum IOHANNEM ERNESTVM GRABE, Patro, Avo, Abavo Theologiae Professoribus prognatum, gente atq; educatione Borussum, diuturni apud nos hospitii necessitudine*

ac propensissimo erga Ecclesiam Anglicanam studio Nostratem. — — Quae lectissimum hunc Virum ad Angliam invisendam primum impulit, eadem adhuc apud nos detinet amicissima erga ecclesiam nostram voluntas & summa Episcopalis ordinis reverentia; optimam vitae partem in Anglia, eiusq; Ecclesiae communione, consumsisse, inq; eadem an. 1711. d. $\frac{3}{14}$ Nov. aet. 45 e vita migrasse; Londini in Templo S. Pancratii fuisse sepultum, & Regiomonti pariter ac Londini Epitaphiis honoratum; scriptis deniq; inclaruisse, quae p. 25 sqq enumerantur.

2. D. **Phil. Jac. Speners und Fr. Jul. Lütkens** Bedencken an das Königsbergische *Ministerium*, wegen des Preüßischen *Syncretismi* und *Papismi*. Ex Originali. pag. 28 - 40. Conqueruntur in hoc Scripto, Berolini d. 7 Mai 1694 consignato, de reducto per factionem Dreyerianam in Borussiam Papismo: gaudent de auxilio Borussicae Ecclesiae praestito: PFEIFFERUM ob euulgatum Papizantem *Catechismum* munere suo indignum iudicant: consilia ad vitandum & pellendum Papismum vtilia Ministerio Regiomontano suppeditant, idq; ad tuendam

dam aduersus Pontificios veritatem Evangelicam cohortantur.

3. CYRIACI MARTINI, Predigers zum Heil. Leichnam, und GOTTFRIED ZAMELII, Rathsverwandten zu Elbing, Correspondence wegen des Börnsteins und anderer Preußischen Sachen. Ex Autographis. p. 41 - 59. Inter varia, quae hic de Succino memorantur, notabilia, historiae naturali egregie inservientia, sunt: Armeniorum, Succinum singulari ratione consecrantium eo fine, vt aduersus malignum spiritum tuti praestentur, superstitio: *Insulae Glessariae*, aut *Electrides*, quarum TACITVS meminit, in Borussia quaerendae: intelligendus per *Eridanum* apud HERODOTVM fluuius *Rodaune*, alias etiam *Radune*, *Ridane*, *Redun* dictus.

4. Preußische *Diplomata*. p. 60 - 73. Sistuntur hic Diplomata lectu digna, quae, praeter alia, historiam terrarum infidelibus Borussis ademtarum illustrant. Inscribuntur: *CONRADI, Ducis Masoviae & Cujaviae, Translatio quarundam Terrarum suarum, cum omni iure Ducali in CHRISTIANVM, Prussiae Episcopum primum.* An. 1222. Non Aug. *In remissionem peccatorum meorum liber-*

rime donavi, inter alia CONRADVS scribit: *EIVSDEM Donatio Terrae Culmensis facta Hospitali S. Mariae, Domus Teutonicorum Fratrum de Jerusalem.* An. 1230. m. Iun.: *CHRISTIANI primi Episcopi Prussiae, Translatio donatorum sibi a CONRADO, Duce Masoviae, in Fratres Teutonicos.* An. 1230.

5. Auszug aus Greger Möllers Annalibus MSCtis, von A. 1571 und A. 1572. p. 74-99. Refertur hic primo loco p. 74 infelix sectio, in calculo laborante D. IOACH. MORLINO tentata. Sequuntur alia de morte MORLINI, & nonnullorum aduersus eundem odio, per libellum inprimis famosum, valvis templi Cathedralis affixum, declarato. De difficultatibus circa eligendum Episcopum Sambiensem, TILEM. HESHVSIVM, p. 79 sqq varia leguntur.

6. *ERASMI STELLAE de Borussiae Antiquitatibus Libros duos.* Basil. ap. Io. Frobenium. 1518. 4. p. 99-144. Rarissimus hic libellus, cuius auctor fuit Medicinae Doctor & Consul Zwickaviensis, laudabili instituto est recusus. Etsi enim non omnibus boni libri historici requisitis gaudeat, & citatione inprimis auctorum, e quibus res enarratae haustae, careat, primus tamen

men est STELLA; qui de Borussiae antiquitatibus scribere voluit. Vnde ipse etiam conatus sua laude non est defraudandus.

7. *Nova Literaria*, p. 144-148. His recensentur primo variae munerum Academicorum Regiomontanorum mutationes, quas inter ea maxime commemorabilis est, cui D. HENRICI von SANDEN, Rectoris Magnifici, mors, quae an. 1729. d. 10. Aug. contigit, ansam suppeditauit: deinde libri novi, e quibus nominari potissimum meretur *Novum Testamentum*, Germanica lingua Regiomonti a D. IO. IAC. QVANDTIO prima vice an. 1729 in Borussia editum; nec non *Augustana Confessio*, ibid. an. eod. cum Praefatione D. ABRAHAMI WOLFII euulgata: ac tandem Dissertationes & Programmata Academica publici iuris facta.

Secunda pars, cui praefixa est imago IOACH. MORLINI, continet

1. Leben D. IOACH. MORLINI, Samländischen Bischoffs, ex MScto. p. 149-164. Desumta est haec Vita e MSto, Bibliothecae publicae Regiomontanae a laudato LILIENTHALIO donato, cui

titulus: *D. IOHANNIS VVIGANDI Clari Viri Theologici*, ex quo MSCto *ADAMI Vitae* & aliae Biographiae possunt suppleri. Nos breuiter obseruamus, quod MORLINVS natus sit Wittenbergae an. 1514. d. 8 April: praeter alios, ipsum LVTHERVM & MELANCHTHONEM audiuerit: in patria Diaconus factus perspicuitate in concionando & simplicitate plane singulari sese probauerit ipsi LVTHERO, eodemque volente Doctor Theologiae sit creatus: ab Arnstadiensibus an. 1543, a Göttingensibus an. 1550 Antistitis munere, ob grauiter reprehensa scelera grauissima, sit priuatus, a Theologis autem Lipsiensibus, de iis, quae Gõttingae acta erant, consultis, defensus: vocatus deinceps ab ALBERTO I, Duce, in Borussiam, in Ecclesia Regiomonti Cneiphosiana summo cum applausu pro sacra concione verba fecerit, donec turbarentur ipsius circuli infelici certamine Osiandristico, quo effectum tandem est, vt Princeps MORLINVM an. 1553 solum vertere iusserit: arcessitus sit Brunsvicum, Adiutorem ibi nactus MARTINVM CHEMNITIVM, qui *habebat semper*, retineo verba Wigandiana, *quod a tam exercitato, tantaeq; auctoritatis & industriae viro addisceret*: Wormatiam ad Colloquium an.

1557,

1557, adducto secum CHEMNITIO, sit profectus: Synodum Luneburgensem an. 1561 gubernauerit: an. 1567 in Borussiam reuocatus *Ecclesiae miserrime perditae ac destructae*, vt WIGANDVS scribit, opem tulerit, effeceritq;, vt *Corpus Doctrinae* adornaretur, & *Ordinatio Ecclesiastica* corrigeretur: a Brunsvicensibus aegre admodum dimissus, in Borussiam sit reuersus, & arduo Episcopi Sambiensis muneri praefectus, inque hac dignitate an. 1571. d. 23 Mai. defunctus. En! vitam Morlinianam ὡς ἐν συνόψει. Plura annotauit WIGANDVS de virtutibus MORLINI: de zelo eius & studio veritatis, cuius, praeter alia, documentum affert *Corpus Prutenicum*, de quo p. 163 sq. hoc Wigandianum legitur iudicium: *Inprimis aeterna laude dignum est Corpus doctrinae Prutenicum, in quo refutationes solidas quarundam corruptelarum late grassantium tempore difficillimo collegit, ac posteritati reliquit. Quod enim in Formula Concordiae postea, magno magni Dei beneficio, est publicatum, id in hoc Corpore multo ante delineatum atq; expressum est*: de scriptis Morlinianis, quorum index p. 164 legitur.

2. Nachricht von D. IOACHIMI MORLINI Enturlaubung aus Preussen, ex

Actis MsCtis. p. 165 - 194. Dimissioni Morlinianae ansam dabant motus ab ANDR. OSIANDRO, & post ipsius mortem a M. IO. FVNCKIO, Ecclesiaste, IO. SCIVRO, siue EICHHORN, Prof. Graec. Ling., ANDR. AVRIFABRO, Med. Doct. & reliquis Osiandristis excitati. Ab his fascinatus ALBERTVS, Marchio, an. 1553. m. Ian. publicauit Edictum, quo, extremum minatus supplicium, omnem doctrinae Osiandristicae refutationem seuerissime interdixit, *VVürtembergensium* autem *Theologorum Declarationem* sequendam esse, praecepit. Huic sese opponebant Nobiles, & pleraeq; etiam Ciuitates: inprimis vero MORLINVS, qui pro concione auditores suos adhortabatur quidem ad obedientiam Principi in rebus ciuilibus neutiquam denegandam, ad maiorem tamen Deo praestandam in rebus ad religionem pertinentibus, & Mandatum idcirco illaesa conscientia accipi non posse, animo imperterrito pronuntiabat. Quod cum innotuisset Principi, irarum plenus d. 14 Febr. MORLINVM abire iussit. Is itaq; d. 16 Febr. rogauit Senatum, vt se dimitteret. Hic voluit, vt MORLINVS Gedani suis sumtibus aliquandiu commoraretur, si forte, sedata Principis ira, posset ad se re-

reuerti. Cognito MORLINI discessu, coetus Cneiphofianus Literas, quae p. 171 sqq integrae insertae, ad Senatum dedit, quibus aegerrime fert MORLINI abitum, maximopere eundem laudat, & eius reditum vehementissime efflagitat. Senatus has Literas Principi tradendas curauit, additis suis, p. 176 sqq occurrentibus, quibus in laudem quoq; MORLINI scripsit, &, aeque ac Cives, petiit, vt MORLINO reuerti liceret. Idem fecerunt permultae Foeminae ac Virgines, scriptis d. 21 Mart. ad Serenissimam Principis Coniugem Literis, quae p. 179 sqq exhibentur. Quibus omnibus cum nihil efficeretur, d. 27 Mart. quadringenti homines, imo plures, ad Arcem se contulerunt, Principem petendi causa, vt MORLINVM sibi redderet. Sed cum omnes repulsam ferrent, gemitus, suspiria, lamentationes magna copia effusae sunt auditae, & publice cantatis hymnis: Ach GOtt vom Himmel sieh darein / Es woll uns GOTT genädig seyn / Erbarm dich mein o HErre GOtt / declaratae, resq; tota supremo Iudici commendata. Interim Theologi quidam Saxonici, a IO. FRIDERICO, Electore, ablegati, Regiomontum venerunt, eo consilio, vt Osiandristicam

 con-

controuersiam componerent, & pacem in Ecclesia Borussica facerent. Intercedentibus his Theologis, & sigillatim IVSTO MENIO, Praesule Gothano, rogabatur Princeps a partui & morti (decumbebat enim grauissime) vicina MORLINI vxore, Regiomonti relicta, vt marito liceret reverti Gedano, & per vnius modo diei spatium apud se ac liberos commorari, quo vltimum vale ei posset dicere. Sed flecti non potuit Princeps, vt huic petito annueret, teste Epistola a MENIO ad MORLINVM d. 18. April. 1553 perscripta, quae p. 185. sq. legenda datur. Hinc ipse MORLINVS bis, d. 29. April. & 9. Maj., ad Principem submissas misit Epistolas, nihilq; magis adipisci studuit, quam vt innocentiam demonstrare ipsi permitteretur. Sed & hic conatus fuit irritus, hocq; datum est responsum: Der Fürst wolle zwischen ihm und sich keinen Richter haben. Omni itaq; reditus ad coetum suum spe exclusus MORLINVS, per literas petiit a Senatu Cneiphofiensi, vt dimitteretur. Impetrauit itaq; *Dimissionem*, vt vocant, aegre licet, & ab inuitis, qui quo praestantiori MORLINVM ornarunt testimonio, eo maiori tristitia sunt affecti. Fama itaq; percrebescente de MORLINO munere vacuo,

mox

mox a Brunſvicenſibus (quorum Literae extant p. 187. ſqq.) & deinde a Lubecenſibus (quorum Vocatio an. 1553. d. Merc. poſt Feſt. Pasch. ſcripta, p. 190. ſq. ex originali ſuppeditatur) ad Superintendentis munus eſt vocatus. Acceſſit autem ad Brunsvicenſes, tum, quod prius, quam Lubecenſes, eum deſiderauerant, tum quod priſtini amoris ac fauoris, quo Brunsvici olim erat affectus, memoriam nondum depoſuerat, qui magno quoque gaudio eum ad ſe redeuntem exceperunt. Huic relationi, quam in compendio ſiſtere hic voluimus, additae ſunt p. 192 ſeqq duae Epiſtolae, altera BRENTII, altera MORLINI, quae ad notitiam *Declarationis*, aut *Cenſurae VVirtembergicae* ſpectant, & hiſtoriam controuerſiae Oſiandriſticae illuſtrant.

3. *CASPARIS STEIN*, *Med. Lic. Memorabilia Pruſſica ex MSCto.* p. 195 - 246. Deſumta ſunt ex Opere duobus ſecundae magnitudinis voluminibus craſſioribus conſtante, quod in Regia Bibliotheca Regiomontana aſſeruatur, & inter Manuſcripta, quibus inſtructa eſt, locum haud poſtremum occupat, inſcribiturq; *Peregrinus*, ſeu *Peregrinator terreſtris*. Fructus, nimirum

rum hoc opus est longinqui itineris, quod per varias regiones fecit STEINIVS, Regiomonti an. 1592. d. 9 Jul. natus, & an. 1621 in patriam reuersus, vbi non solum artem Medicam exercuit, verum ea etiam memoriae prodidit, quae ipse in peregrinationibus suis obseruauit, cumq; variis notabilibus, quae excerpsit e praecipuis Itinerariorum scriptoribus, coniunxit. Hinc natum est opus, cuius paulo ante facta est mentio, e quo hic curiosa excerpta exhibentur. Speciminis loco suppeditabo, „ quae §. XII. p. 211. leguntur: *In arce Tapiau,* „ Anno 1351. inter fluuium Pregelam & Deinam, in Nadrauia a Sigfrido de Danfel „ condita, sacellum cum multis telis veterum Prutenorum asseruatis. Cancellaria, Archiva, Privilegia & acta Prutenica recondita. Armamentarium olim „ armis, armaturis, tormentis maioribus, „ minoribus & maximis instructum, quorum vnum, vulgo der Fuchsschwantz dictum, in occupatione vrbis Braunsbergae ab Alberto I, Duce Borussiae, adhibitum fuit. Conclaue cum lecto, in „ quo Albertus I, Dux Borussiae, Anno „ 1568. d. 20 Martii mane, inter horam „ 6 & 7, pie vitam finivit. Carcer muro „ obductus cum foramine, in quo sub Hen-

„ rico

rico Reffle de Richtenberg, Magiſtro „
Cruciferorum XXX, *Theodoricus II de Cuba,* „
Epiſcopus Sambienſis, catenis & vncis fer- „
reis ad murum in formam crucis mani- „
bus & pedibus expanſus & crudeliſſima „
fame enecatus fuit. Hoc factum cum „
Romae notum fieret, ferunt, Sixtum IV, „
Pontificem Romanum, dixiſſe: *Deleatur,* „
peſſima illa nigra crux. Maledictus enim ordo, „
vbi Laicus regit Clericum. „

4. Preußiſche Diplomata, die Einführung der Chriſtlichen Religion in Preuſſen, und des Biſchoffs Christiani gemachte Conqueten im Culmiſchen Land betreffend. p. 246 ſqq. Hac collectione, poſt praemiſſam breuem introductionem, continentur: *Bullae & Literae* INNOCENTII III, *Pontificis Romani, ad Gnesnenſem Archiepiscopum.* A. 1209. p. 249 ſq: *Vniuerſos Abbates, in generali Ciſtercienſi Capitulo conſtitutos.* A. 1211. p. 251 ſqq: *Nobiles Viros, Duces Poloniae & Pomeraniae.* p. 253 ſq, e quibus apparet, Papam Miſſionarios, infideles conuertendi cauſa, in Pruſſiam ablegaſſe; eiusdem Innocentii *Confirmatio Donationis terrae de Lauſania, Epiſcopo Pruſſiae, Chriſtiano, per VVarpoda Prutenum facta.* p. 259 ſq; *Confirmatio donationis terrae Lubavienſis Episcopo Pruſſiae per Suavabuno Prutenum facta.* p. 260 ſq: HONO-

RII

RII III, *Diploma, vt Episcopus Prussiae possit cruce insignire militaturos contra Paganos in Prussia.* A. 1215. p. 262 sq: *Facultas data Episcopo Prussiae instituendi Ecclesias Cathedrales, eligendi & consecrandi Episcopos in Prussia conversa.* A. 1216. p. 264; *Breve. vt ingredientes Prussiam, intendant Episcopo Prussiae, & illi pareant.* A. 1217. p. 265 sqq: *Confirmatio Papae, super Donationes Conradi, Ducis Masoviae.* p. 270 sqq: *Confirmatio Papae super donatione Ecclesiae Culmensis facta.* p. 272 sq: *Donatio LESTICONIS, Ducis Poloniae, praedii Malymnovv*, Christiano, Episcopo, concessi. p. 273 sq: *Donatio CRVCONIS Villae Cossobudi, cum attinentiis.* p. 274: *Donatio CONRADI, Ducis Masoviae, Villarum Szarno, Rudko & Tuschino.* A. 1223. p. 275; *Emptio Bonorum Radzin, cum omnibus attinentiis, per CHRISTIANVM, Episcopum Prussiae.* p. 276 sq. Ex his Diplomatibus, praeter alia, concluditur, CHRISTIANVM, primum Borussiae Episcopum, rogatu CONRADI, Ducis, ne Masovia a Borussis ethnicis denuo vastaretur, & vt Borussi, institutione ac concionibus CHRISTIANI ad Christianismum perducti, ab immani infidelium civium crudelitate liberarentur, petiisse ab HONORIO, Papa, vt expeditio cruciata

ciata aduersus Borussos gentiles promulgaretur. Suscepta illa est, & per annuvm, ac quod superest, spatium durauit. Qua finita, Borussi ethnici rursus provincias Culmensem ac Masoviensem aggressi, crudeliterq; depopulati sunt.

5. Nachricht, wie das erste Jubilaevm Augustanae Confessionis, Anno 1630, in Preussen ist gefeyret worden. Ex Actis Comitialibus. p. 279 - 283. In hoc Articulo apparet GEORGII WILHELMI, Marchionis Brandenburgici, *Mandatum*, quo Iubilaeum Aug. Conf. in tribus Civitatibus Regiomontanis celebrandum esse, praecepit. Deinde commemorantur *Textus*, qui vel praelecti, vel expositi, Psalmus XLIV tot. Ps. CXIX. 46. 47. 48. 2. Pet. I. 19. Io. XII. 35. 36. 37. Psalm. CXXIV. CXXVIII: nec non *Hymni*, in solennibus Iubilaeis cantandi. Ipsius quoque *Augustanae Confessionis* breuis explicatio iniungitur.

6. Absterben einiger Preußischer Gelehrten. p. 283 - 297. Trium hic doctorum Borussorum vita breuiter delineata, eorundemq; scriptorum, datur notitia. Hi sunt

D.

D. HENRICVS von SANDEN, D. BERNHARDI von SANDEN, Episcopi & Concionatoris Aulici primarii filius tertius, an. 1672. d. 28 Iul. in lucem editus; an. 1696. d. 18 Iul. (quo ipsius fratres etiam, BERNHARDVS, Theologiae, & IOANNES FRIDERICVS Iuris Doctores creati) summos in arte Medica honores adeptus: an. 1697 Professor Medicinae extraordinarius, an. 1704 Professor Physices ordinarius constitutus, & laude, qua primis Physicae experimentalis in Borussia instauratoribus annumeratur, inclytus factus: an. 1728. d. 10 Aug. aet. 56 purpura Academica (Magnificus enim erat Rector) per mortem exutus. Vndecim eius recensentur scripta, quae inter curiosa inprimis sunt *de Scripturu & Picturis Fenestrarum naturalibus.* an. 1715: *de Peregrinatione Medici.* an. 1725.

M. GEORGIVS THEGEN, Regiomonti an. 1651. d. 8 Jan. natus: an. 1679 Professor Philosophiae Practicae electus, cui muneri per quinquaginta annos (obiit enim an. 1729. d. 16 Jan.) magna cum laude praefuit, adeo, vt non solum ad Professores semi-saeculares pertineat, sed *communis* etiam *Prussiae praeceptor* dicatur, siqui

ſiquidem inter hodie viuentes doctos Boruſſos vix quisquam reperiatur, qui eius inſtitutione non ſit fruitus. In variis Scriptis & Diſſertationibus ſelecta potiſſimum Philoſophiae practicae argumenta pertractauit.

M. IOANNES HENRICVS KREVSCHNER, Regiomontanus, an. 1693. d. 22 Octob. prognatus: praecocis valde ingenii ope praemature in ſtudiis progreſſus adeo, vt decimo tertio aetatis anno iam potuerit inter ciues Academicos cooptari: an. 1717, praeuia *de Origine Idearum in Mente humana* Diſputatione, in Facultatem Philoſophicam receptus: an. 1720 Diaconus Cneiphofianus electus: ſub ipſum an. 1730 initium defunctus, & a laudato LILIENTHALIO his elegantibus verſibus, effigiei ipſius ſubiectis, condecoratus:

Ecce Virum, cui firma fides limataque mens eſt,
KREVSCHNERVM puta, Philoſophum, verbique Miniſtrum.
En hic habet cerebrum! cor habet: Chryſoſtomus alter,
Doctis, indoctis, magnis minimisq; probatus.

Immortuus eſt operi, quo *Veritatem Reli-*

gionu Christianae contra Atheos, Deistas, Naturalistas, Indifferentistas, & alios obtrectatores, multis nouis argumentis probare studuit.

7. Merckwürdige Vota derer Senatorum auf der Königsbergischen Academie, das Fleisch-Essen derer Studenten, in dem Communi Convictorio, betreffend. p. 297-301. Vota haec G. LOTHO, D. Academiae Rector, an. 1668. d. 17. Febr. collegit. Primum est CHRISTIANI DREYERI, his conceptum verbis: *Omnem carnem die Veneris & Mercurii, vel huius loco die Saturni omittendam puto, rationem quoque habendam ieiunii Quadragesimalis, ne caro vel rarissime apponantur. Id enim Canonibus & antiquae consuetudini vniuersae Ecclesiae consentaneum est, vt hoc ipso Convictores temperantiae, castitatis, pietatis & devotionis admoneantur, eo tempore, quo passionem CHRISTI meditamur, & super admissis per totum annum peccatis poenitentiam agimus.* Huic voto Dreyeriano calculum dedit MELCHIOR ZEIDLERVS. Sed mascule vtriq; contradixerunt T. WOLDERVS, D. DANIEL BECKHERVS, D., M. I. TYDAEVS, cuius votum incipit: *Suave delirium est Theologorum, dum sub hoc tempore probibent esum carnis,*

nu; SIGISM. PICHLER, qui voto suo prolixius expresso haec inter alia inseruit: *Meretur profecto hoc Novatorum consilium manu propria publice consignatum, vt atro calculo notetur, haecq; illorum confessio, ceu publicum heterodoxias illorum testimonium, diligenter asservetur. Ex ea enim Scriptura omnibus constare potest, eos ab Ecclesia Lutherana esse alienissimos, neq; veros eius Doctores, sed papizantes Novatores, & sui ordinis prioris turbatores neutiquam ferendos.* Idem hortatur Magnificum Rectorem, vt vigilet, operamq; sedulo det, ne plures turbae in misere afflicta Ecclesia & Academia exoriantur.

8. *Nova Literaria.* Constant haec praecipue ex Disputationibus Medicis & Philosophicis, in Academia Regiomontana A. 1730 habitis.

Tantum de Parte I & II Actorum Borussicorum. Partis III & IV recensio proxime, D. V., sequetur.

II.

D. MARTINI FRISII, in Academia Holſatica Theologi, ordinis ſui h. t. Decani, *DEMONSTRATIO EXEGETICA, de nonnullis valde notatu dignis modis, qvibus Vetus Teſtamentum in Novo allegatur, pariterq; de Græca LXX. Interpretum Verſione, qvatenus in Novo Fœdere interdum citatur, & ab ipſo Spiritu S. in ejusmodi præſertim locutionibus, qvæ hebræum textum amplius clariusq; illuſtrant, confirmatur, non obſtantibus hujus verſionis nævis in aliis & bene multis Veteris Teſtamenti locis.* Hamburgi. 1730. 4to. 7 pl.

Haud levis ſane momenti eſt argumentum, qvod præſenti ſcripto adgreditur Ven. Dn. AVCTOR, in qvo nimirum enodando doctiſſimorum ſubinde virorum ingenia deſudarunt. Cum enim illud, ſi rite tractetur, divinam novi fœderis auctoritatem egregie ſtabiliat, locisq; plurimis vexatis inſignem affundat lucem, facili negotio, qvid pretii

pretii aut ponderis ſecum vehat, inde colligi poteſt. Dignam itaq; Theologo curam in ſe ſuſcepit Dn. Auctor, qvi eruditis ſuis obſervationibus iſtud explicare magis atq; illuſtrare eſt annisus. (*)

In duo autem capita hæc Diſſertatio dividitur, qvorum I. agit de variis maxime notatu dignis modis, qvibus Veteris Teſtamenti dicta in Novo allegantur, demonſtratis ad majorem plenioremq; lucem huic materiæ nunc affundendam. Variis modi iſti obſervationibus traduntur, ſubjunctisq; exemplis uberius exponuntur. Obſervatio I. agit de illo allegandi modo, qvo typi è Vet. Teſt. ad antitypum

 in

(*) Simile fuit inſtitutum B. IOH. PETR. GRUNENBERGII, uti commonſtrat illius *Specimen illuſtrationis quorundam Locorum, è Veteri Teſtamento à ſacris Autoribus in Novo allegatorum*, in privatis ſcholis quondam propoſitum, poſtea vero ob inſignem utilitatem, quam in declaranda fidei doctrina afferre poteſt, ex ipſo B. Auctoris MSto publicæ luci datum à DAV. HENR. KOEPKENIO, D. P. P. O. Roſtochii, 1727. 8. vid. Bibliothecæ hujus Volum. IV. p. 672. ſq. Nec minus eo tendit FRANCISCI WOKENII, Profeſſoris LL. OO. in Academia Wittebergenſi celeberrimi, *Moſes Harmonicus*, ſive Harmoniæ V. & N. T. quoad dicta ex illo in hoc citata, Faſc. I. Lipſ. 1730. 4to.

in Novo transferuntur, ubi docetur, dictum illud Matth. II. 15. *Ex Ægypto vocavi filium meum*, ex Hos. XI. 1. desumtum, non typice, ut vulgaris fert opinio, sed literaliter duntaxat allegari; qvod licet qvibusdam qvoq; Theologis adprobatum fuerit, à nullo tamen horum indicatum esse, per nomen *pueritiæ Israëlis* etiam stylo Scripturæ intelligi posse ipsum *Israelis exitum ex Ægypto*, uti pateat ex Hos. II. 17. *Sicut diebus pueritiæ suæ, & qvo die ascendit è terra Ægypti*, qvæ observatio totam conciliationem hujus materiæ contra qvasvis difficultates planam & facilem reddat. Itaq; textus Propheticus seqventem in modum exponitur: כי נער ישראל, *Cum puer esset Israël*, h. e. phrasi Scripturæ, cum Israël exiret ex Ægypto, ואהבהו, *& dilexi eum*, nempe peculiari dilectione, collatis in Israëlem beneficiis innumerabilibus, qvæ inter maximum fuit, qvod mox dicam, וממצרים קראתי לבני. *& ex Ægypto vocavi filium meum*, nimirum certa promissione, me destinato tempore filium meum unigenitum, Messiam promissum, ex Ægypto quoq; esse reducturum in salutem Israëlis. Atq; hujus promissionis & prædictionis complementum Mat-

Matthæum (*) clariſſimis verbis deſcribere, ſine ullo ad typum aliqvem alludendi modo, aſſeritur, & ſententia illorum, qvi ad conciliationem qvandam typicam confugiunt, rationibus qvibusdam refutatur.

Obſervatio II. hæc eſt: „In Scriptura Novi Teſtamenti allegatur interdum dictum aliqvod, cujus ſenſus apud plures habetur Prophetas Veteris Teſtamenti, verba autem κατὰ τὸ ῥητὸν apud nullum reperire licet.„ Exemplum

(*) In citandis teſtimoniis veteris Teſtamenti diligentiſſimus omnium eſt MATTHÆVS, de quo obſervat doctiſſimus pariter ac diſertiſſimus Norvicenſium olim Epiſcopus, JOSEPHVS HALL, eundem XXXII. oracula V. T. ſuo in evangelio allegare. Ita enim ille in Serm. Paſſion. in Joh. XIX. 30. OO. p. 388. *Of all the Evangeliſts Saint Matthew hath been moſt ſtudious, in making theſe references and correſpondences; with whom the burden or underſong of every event is ſtill: Ut impleretur, that it might be fulfilled. Thus hath he noted (if I have reckoned them aright) two and thirty ſeverall Prophecies concerning Chriſt, fulfilled in his birth, life, death.* Adiicit præterea tabulam, vaticinia Prophetica & Matthæi citationes memoratis vicibus repræſentantem, quem tamen calculum aliis examinandum relinquimus.

hujus allegationis sistitur in verbis Matthæi, qvi cap. II. 23. de Christo inqvit: *Veniens habitavit in urbe Nazareth, ut impleretur, qvod dictum est per Prophetas: Vocabitur* Ναζωραῖος. Existimat Auctor, hic præcipue respici illa V. T. loca, in qvibus Christus vocatur נֵצֶר *Surculus*, qvoniam is, qvi in nativitate sua velut surculus prodiit Es. XI. 1. ratione qvoq; educationis in tenera ætate instar surculi bene & solicite servari debuit ab omni furore Judæorum, cui tutelæ nullus aptior potuerit esse locus, ac ipsa urbs Nazareth, Hebræis נצרת, tanqvam ignobilis & Judæis ipsis spreta; simul autem nomen hoc Christi, qvo vocatur Nazoræus, conditionem & statum ejus in loco isto indigitare, dum ibidem velut verus Naziræorum V. T. antitypus, à puero sese præparaverit ad munus Mediatoris, unde & Luc. IV. 34. hæc duo: Jesus Nazarenus, & Sanctus Dei, manifeste conjungantur.

Observatio III. „Interdum profer„tur dictum aliquod V. T. in Novo im„pletum, ob solam analogiam ejusdem „docendi generis, ratione variorum vel „beneficiorum vel judiciorum Dei in Ecclesi-

elesiam,,. Huc refertur Matth. XIII. 35. *Vt impleretur, quod dictum est per Prophetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meum, narrabo abscondita à constitutione mundi;* quæ verba cum desumta sint ex Ps. LXXVIII. 2. analogia ejusdem docendi generis ita demonstratur: Quemadmodum olim Asaphus Propheta in oratione sua parabolica graviter sapienterq; locutus est, de beneficiis & judiciis divinis, ecclesiæ V. T. contingentibus: sic quoq; sanctissimus Servator in doctrina sua parabolica sententias sapientiæ plenas in medium protulit, tam de immensis Dei benefactis erga ecclesiam N. T. quam de justis ipsius judiciis in præfractiores & repugnantes auditores,, utrinq; ab eventu ipso cognoscendis. Vocem quoq; משל & παραβολὴ in genere doctrinam & sententias memorabiles, sive sint similitudine vestitæ, sive non, significare notatur.

Obs. IV. Interdum in Scriptura „ N. T. unus allegatur Propheta loco al-„ terius, eo fine, ut hinc concludamus, „ illud vaticinium, qvod posterior Pro-„ pheta solus consignavit literis, à priore„ Propheta, qvi citatur, longe antea ore„ etiam prolatum fuisse, fideliterq; ævi„

„sui auditoribus instillatum. Hanc specialem & raram observationem occurrere indicatur Matth. XXVII. 9. 10. *Tunc impletum est, qvod est dictum per Jeremiam Prophetam dicentem: Et acceperunt triginta nummos argenteos, pretium æstimati, qvem æstimarint filii Israëlis. Et dederunt eos ad agrum figuli (emendum) sicut præcepit mihi DEus.* Prophetam autem Jeremiam hic allegari loco Prophetæ Zachariæ asseritur, illamq; allegationem docere, vaticinium hoc de Christo non tum primum innotuisse filiis Israëlis eo tempore, qvo vixerit Propheta Zacharias, sed longe ante ejusdem ætatem, & qvidem tempore Jeremiæ, qvi qvoq; hac de re sæpius, sed memoriter certiores fecerat auditores suos (*). Præcipuæ deinde diversorum interpretum sententiæ afferuntur, & refutantur, inprimis illa, qvæ totum omnium Prophetarum volumen intelligit, à more priscis Judæis recepto nominatum, qvi nimirum Jeremiam primo inter Prophetas loco collocabant. (**)

Ob-

(*) Post GROTIVM & CALOVIVM hanc sententiam defendendam suscepit SALOM. DEYLINGIVS Observ. Sacr. Pt. I. Obs. XXVIII. p. 114. seq.

(**) Sunt, qui non plane nullo sententiam hanc gau-

Obſ. V. Interdum allegatur di „ ctum aliqvod V. T. in Novo, ob ali- „ quam annexam circumſtantiam ſcitu ne- „ ceſſariam, qvæ ad plenam Dei revelan- „ tis intentionem exhibendam multum fa- „ cit. Demonſtratur hæc obſervatio ex Matth. VIII. 16. 17. *Ejecit Spiritus verbo, omnesq́ valde afflictos ſanavit, ut impleretur, qvod dictum eſt per Jeſaiam Prophetam dicentem: Ipſe invalitudines noſtras excepit, & morbos portavit.* Citatur hic Eſ. LIII. 4. 5. 6. ubi ex ſcopo & contextu apparet, Prophetam in eo eſſe occupatum, ut monſtret, Mesſiam pro peccatis noſtris DEo ſatisfacturum eſſe. Matthæus autem, locutus de mirabili ægrotorum ſanatione à Chriſto patrata, ex inſtituto ſuo tantummodo certam hanc reſpexit circumſtantiam, nimirum qvod Mesſias peccata hominum portaturus necesſario ex ſtupendis

gaudere fundamento exiſtimant, cum & ordo Prophetarum Judaicus idoneis comprobari poſſit documentis, & prior illa conciliandi ratio vel maxime innitatur expoſitioni vocis ῥηθὲν per *dictum* aut *ore prolatum eſt*, ex uſu autem Scriptorum Sacrorum vox ῥηθὲν ſæpiſſime uſurpetur de eo, quod ſcripto proditum literisq; conſignatum eſt. Vid. Matth. I. 22. II. 15. 17. III. 3. IV. 14. XXII. 31. XXIV. 15. &c.

dis suis operibus, speciatimq; ex ejectione dæmoniorum cognosceretur; velut verus ille Servator, in salutem peccatorum missus, potestatem diaboli, qva tum in corpora, tum in animas sæviebat, omni modo turbaturus.

Obs. VI. „ Interdum allegantur dicta „V. T. in Scriptura N. T. nulla mentio„ne facta vel auctoris, vel libri, unde de„sumta sunt, eo fine, ut eo diligentius „ exquisitiusq; meditemur sacras literas. Patet hoc ex I. Pet. II. 24. 25. ubi suppresso nomine Es. LIII. 5. 6. allegatur. In aliis tamen locis interdum generalis quædam institutio additur, vel per modum adhortationis, ut Matth. IX. 3. coll. cum Hos. VI. 6. vel per modum interrogationis, ut Matth. XXI. 16. coll. cum Ps. VIII. 3. vel deniq; per modum allegationis indefinitæ, ut Hebr. II. 6. coll. cum Ps. VIII. 5.

Obs. VII. „ Interdum in N. T. con„spiciuntur allegationes qvædam genera„les, mentione unius vocis, nempe Scri„pturæ, duntaxat indicatæ. Pertinet huc locus Joh. VII. 38. *Qvi credit in me, veluti dicit Scriptura, ex ejus ventre fluent flumina*

mina aqvæ vivæ; cujus dicti sensus ita declaratur, ut asseratur, sub allegatione illa generali (*Velut dicit Scriptura*) uno & inseparabili nexu non tantummodo antecedentia (*Qvi credit in me*) sed pariter qvoq; subseqventia (*ex ventre, seu ex corde, ejus fluent flumina aqvæ vivæ*) conjuncte intelligi, cum utrumq; haud divellendum in Scriptura V. T. indicatum prædictumq; esse meminerit Christus, videlicet prius in omnibus V. T. locis, qvæ fidem in Messiam commendant, Ps. II. 12. Hos. II. 20. Hab. II. 4. &c, posterius itidem in omnibus V. T. locis, qvæ Spiritum S. ejusq; donorum ubertatem sub emblemate aqvæ promittunt, Joël. III. 1. Zach. XII. 10. Es. XII. 3. LV. 1. 3. &c. Interdum autem sub voce Scripturæ allegationes etiam specialissimas, certa duntaxat loca spectantes, occurrere observatur, veluti Joh. XIX. 36. 37. rarumq; inprimis allegandi genus voce Scripturæ indicatum affertur ex Jac. II. 23. ubi nulla talis collatio Veteris & Novi Testamenti, ac in aliis allegandi modis delitescit, quoniam complementum ipsum in V. T. dudum contigit, sed tantummodo repetitio fit illius demonstrationis, quæ olim ab effectu cognoscebatur, ni-

mi-

mirum de fide Abrahami, in veros fructus prorumpente.

Obs. VIII. „ Interdum in novo „ fœdere allegantur dicta V. T. solius „ institutionis moralis causa. Exem„ plum præbet II. Cor. VIII. 14. 15. *Vt illorum abundantia suppleat vestram inopiam, ut fiat æqualitas, prout scriptum est: Qui multum collegit, plus non habuit, & qui parum, minus non habuit.* Hic Apostolus illud, quod de cibo mannæ dictum est Exod. XVI. 18. 19. transfert usus gratia ad erogationem eleemosynæ, quam Corinthii egenis fratribus tempore famis præstarent, & quidem ita, ut ex abundantia sua hoc tempore supplerent, quod pauperibus Christianis Hierosolymæ degentibus ad necessitatem deerat, ponderaturi, hos vicissim, si fidelibus Corinthiis similis aliquando contingeret inopia, iisdem ex suis facultatibus, quas interim largitus fuisset DEus, promto quoq; animo subvenire posse, adeoq; hoc modo æqualitatem fieri debere, nempe æqualitatem mutuæ caritatis, mutuiq; officii. Aliud exemplum hujus allegationis affertur ex I. Pet. I. 16.

Obs IX. „ In dictis, quæ ex V. T. alle-

allegantur in Novo, non tantummodo,, mutantur subinde personæ & numeri,, sed et interdum non retinentur eadem,, verba, qvin potius velut in compen-,, dio qvædam duntaxat verba citantur, &,, alia illustrationis loco substituuntur, ad,, indicandum, quod Spiritus S. virtutem,, sensus semper respiciat, hincq; pro sco-,, po suo ejusmodi sapientissimam instituat,, mutationem. Singula hujus observatio-,, nis membra uno & altero exemplo illustrantur, nempe qvoad mutationem numeri & personæ ex Matth. I. 22. 23. XXI. 5. & qvoad contractionem atq; substitutionem ex Matth. XXI. 4. 5.

Obs. X. Interdum in novo fœdere,, fit ejusmodi allegatio dictorum V. T.,, ut hinc ad causam & modum rei penitus,, investigandum manifesta nobis aperiatur,, via, veluti Rom. XI. 9. 10. ubi Aposto-,, lus ita loquitur: ,, *Et dicit David: Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis: Obtenebrentur oculi eorum, ut non cernant, & tergum eorum jugiter incurva.* Verba hæc ex Ps. LXIX. 23. 24. desumta sunt, in quibus David in persona Christi vaticinatur de pœna contumacium Judæorum, Messiam con-

contemnentium & persequentium: Apostolus vero causam & modum istius pœnæ exprimit, causam, incredulitatem & indurationem v. 7. 8. modum, ut mensa ipsorum fiat in laqueum, & tendiculam, & offendiculum, & retributionem illis &c. ubi per mensam intelligit ipsorum altare, omnemq; cultum externum Judaicum, cui temere ad salutem confidebant Israëlitæ, qui cultus ipsis jam futuris esset in laqueum & tendiculam, qua caperentur, in scandalum & retributionem justam, ut plane occæcarentur, adflictiq; & oppressi semper viverent, qui status eorum miserrimus in hebræo textu per *lumbos jugiter vacillantes*, & in græco per *dorsum prorsus & assidue incurvatum* describitur. Aliud exemplum hujus observationis traditur ex Joh. II. 17.

Reliquas, quæ sequuntur, observationes, summatim indicasse sufficiat. XI. Interdum reperimus dictum aliquod, in V. T. de C. quidem Servatore prolatum, in Novo tamen allegari & applicari ad ecclesiam, idq; ob mutuam illam relationem, quæ invicem inter Christum, caput ecclesiæ, ejusq; corpus mysticum, ecclesiam, intercedit. XII. Interdum in N. T. ad-

adducuntur dicta V. T. prout ab adversariis Christi allegata, perperamque vel intellecta vel applicata sunt, adjuncta tamen ab ipso Servatore horum errorum refutatione. XIII. Interdum ex integro aliquo dicto V. T. nonnulla duntaxat verba, ad evictionem rei pertinentia, citantur in N. T. XIV. Interdum ex plurimis locis V. T. componitur unicum dictum in N. T. ob affinitatem materiæ. XV. Interdum videtur dictum aliquod V. T. in N. allegari velut inverso dicendi genere, cum tamen penitius ponderata verborum emphasi nihil plane contradictionis adsit. XVI. Ex ipsa inspectione quorundam N. T. librorum manifeste & ad oculum apparet, in iisdem ne unicam quidem expressam fieri allegationem dictorum V. T. sed tacitas tantummodo allusiones ad verba & modos loquendi, qui in V. T. extant. Hæc ultima observatio quatuor pertractatur sectionibus, & ad libros N. T. expressa dictorum V. T. allegatione carentes, tacitas tamen allusiones ad verba & phrases V. T. exhibentes, referuntur Epistolæ ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, ad

Titum, ad Philemonem, Johannis, Judæ, & deniq; ipsa Apocalypsis.

IIdum hujus Dissertationis Caput demonstrat ob affinitatem materiæ, quomodo græca LXX. Interpretum versio in N. T. interdum allegetur, & à Spiritu S. confirmetur, præmissis tamen nonnullis in genere de nævis hujus versionis. Sectio *prima* generalis agit de nævis hujus versionis, qui in eo collocantur, quod nonnulla interdum capita Scripturæ V. T. manca & mutila tradiderit, integrosq; versus subinde omiserit, imo & nonnunquam ab hebræo textu longissime recesserit, uti ex Hos. XI. 1. & Zach. XIII. 7. probatur. Sectio *secunda* de utilitate generali hujus græcæ LXX. versionis, quæ refertur ad veritatem hebraici textus in ipso V. T. interdum eò melius percipiendam, ad Græcos Patres eò felicius intelligendos, qui versione hac frequenter usi sunt, & ad allegationes in N. T. eò melius dignoscendas. Sectio *tertia* de speciali utilitate græcæ hujus versionis LXX. Interpretum, prout interdum in N. T. allegatur, prolatis nunc tantummodo ejusmodi locis, in quibus adest explanatio textus Hebræi.

Hæc

Hæc utilitas probatur I. ex *Evangelistu*, nimirum ex Matth. IV. 10. ubi ultima hujus verſus verba habent: Καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, vox autem μόνῳ in hebræo textu Deut. VI. 13. non reperitur, à LXX. Interpretibus explicationis cauſa addita, jam vero in N. T. divinitus approbata; itemq; ex Matth. XIX. 5. & Marc. X. 8. ubi dicitur: Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, adjectis ab interpretibus duabus vocibus : οἱ δύο, quæ in hebræo Gen. II. 24. explicate non reperiuntur. II. ex *Actis Apoſtolorum*, v. g. Act. VIII. 33. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, quæ ſunt ipſa verba LXX. Interpretum Eſ. LIII. 8. ſenſum hebræi textus apprime illuſtrantia, quod nimirum finito ſtatu Mesſiæ humili & valde triſti, in quo innumerabilia una cum ipſa morte perpesſus eſt, ſublatum quoq; ſit rigidum DEi judicium, quod ei ob peccata hominum graviter incumbebat, ut ſtatus iſte afflictus mox in ſtatum glorioſum & æternum ſit mutatus. III. ex *Epiſtola ad Romanos* c. IX. 33. ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται, ubi textus hebræus Eſ. XXVIII. 16. habet: *Credens non feſtinabit*. Cum vero turpis fuga ſignum

ſit contumeliæ, LXX. omnino ſenſum hebræi textus eleganter interpretati ſunt. Alia bina exempla ex Rom. X. 21. & XV. 12. afferuntur. IV. ex *Epiſtola ad Galatas* c. III. 10. Γέγραπται γάρ. Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά, ubi ab interpretibus græcis illuſtrationis & explanationis cauſa additæ ſunt voces πᾶς & ἐν πᾶσι, in hebræo textu Deut. XXVII. 26. non extantes, jam vero à Spiritu S. per Apoſtolum loco allegato adprobatæ & confirmatæ. V. ex *Epiſtola ad Hebræos* c. I. 6. Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, quæ verba ex græca verſione Pſ. XCVII. 7. deſumta vocem אלהים apprime per angelos interpretantur; uti etiam fit Hebr. II. 7. coll. cum Pſ. VIII. 6. Deinde Hebr. VIII. 9. aliud occurrit exemplum his verbis: ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει κύριος, ſubi LXX. interpretes eadem locutione, qua Apoſtolus, utentes, textum hebræum ואנכי בעלתי בכם *Et Ego ſevere dominatus ſum illis*, apposite illuſtrant, τὸ dominari illis exponentes per τὸ negligere eos. Porro Hebr. X. 5. legitur: Θυσίαν καὶ

προς-

προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, ubi LXX. Seniores in sua versione græca textum hebræum Ps. XL. 7. qui in Græco est Ps. XXXIX. 6. cum Apostolo interpretantur, verba posteriora: אזנים כרית לי *aures perfodisti mihi*, reddentes & explanantes: *Corpus aptasti mihi.* (*) Uti enim olim auris hebræi servi per-

(*) LAMBERTUS BOS, Vir græcè doctissimus, & insigne quondam Academiæ Franequeranæ decus, qui nitidam nobis versionis septuaginta Interpretum editionem, at cl. IOANN. IAC. BREITINGERO non æque laudatam, dedit, translationem græcam cum textu hebraico Ps. XL. 7. conciliaturus, lectionem à librariis esse corruptam existimat, veramq; lectionem esse ὠτία non σῶμα. Primo nimirum literam C repetitam ex fine vocis præcedentis ἠθέλησας, deinde ex literis T & I junctis natam esse unam M sequenti modo:

Lectio { vera, ΗΘΕΛΗCΑCΩΤΙΑ
corrupta, ΗΘΕΛΗCΑCCΩΜΑ.

Prolegom. cap. III. p. 23. Quamvis autem aliis in locis hæc medendi ratio satis bene procedat, tamen num heic loci applicari queat, non levis dubitandi causa subest, cum inde sequatur, Divum Paulum, adeoq; & Spiritum S. ex cujus inspiratione ille scripsit, lectionem corruptam & mendosam adoptasse, quod probari nequit, & assertu nimis durum est.

perforata signum erat, ejusmodi servum totum corpus suum in obedientiam domini mancipasse: ita quoq; Christus formam servi assumpsit, Patri obediens usq; ad mortem, in qua inprimis sanctissimum ipsius corpus à DEo in sacrificium pro peccatis totius generis humani aptabatur. Spectat huc quoq; Hebr. XI. 5. ubi Apostolus cum LXX. interpretibus de Henocho ait: καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. Textus hebræus Gen. V. 24. habet: ואיננו כי - לקח אתו אלהים *Et non ille, quia assumpsit eum DEus.* Hunc exquisite exposuerunt LXX. Seniores: *Nec fuit inventus*, nempe in terris amplius inter mortales, *quippe transtulit eum DEVS*, videlicet raptu quodam in cælum. Alia non minus loca ex Hebr. XI. 21. & XII. 5. adducuntur.

Colophonis loco subjicitur Observatio contra GVIL. SVRENHVSIVM, peculiarem græcæ versionis LXX. Interpretum hostem. Cum enim ille in tractatu, quem ספר המשוה seu βιβλον καταλλαγῆς inscripsit, asserat, errare eos, qui putent, novi fœderis scriptores versionem LXX. Interpretum interdum amplexos esse, illamq; consensionem,

quæ

quæ inter eos aliquando occurrat, non tam destinato Apostolorum & Evangelistarum consilio tribuendam esse, quam inde repetendam, quod verba Veteris Testamenti adeo manifesta fuerint, ut eodem modo explicari græcè debuerint: Auctor noster sententiam ejus refutat ex eo, quod non tantum sapientissimo Dei consilio Scriptores N. T. versione LXX. Interpretum usi fuerint, utpote Judæis æque ac gentilibus bene nota, cum speciatim tempore Apostolorum græca lingva amplissimis finibus protensa & in ipsis Judæorum synagogis lecta fuerit: sed etiam quod varia & innumera loca versionis τῶν LXX. si cum Stylo N. T. conferantur, uno eodemq; dicendi genere exprimantur, imo & cum plenius interdum clariusq; hebræum textum illustrent, eodem tamen loquendi modo in Novo Testamento proferantur, uti ex hactenus dictis pateat. Quamvis igitur versio græca LXX. viralis suis non careat nævis aut corruptelis, certam tamen nec contemnendam illius in exegesi sacra utilitatem esse concluditur, eamq; in rem inprimis IOANN. PEARSONII Præfatio parænetica editioni Cantabrigiensi 1665. præmissa

ſa (*) aliiq; Scriptores commendantur.

Atq; hæc (**) Prodromi inſtar Doctiſſ. Dn. AVCTOR commentationibus

(*) PEARSONII Præfatio, docta ſane atq; egregia, non modo in Amſtelodamenſi τῶν ό editione à LEVSDENIO eſt repetita, ſed & Tom. I. Septuaginta Interpretum, octateuchum ex antiquiſſimo Codice MS. Alexandrino deſcriptum exhibenti, atq; Oxonii anno. 1707. fol. edito, à Viro ſummo JOANNE ERNESTO GRABIO præmiſſa, itemq; Tomo I. verſionis ſeptuaginta Interpretum à celeberr. IOANNE IACOBO BREITINGERO magno eruditionis atq; induſtriæ apparatu Tiguri ann. 1730. 4. maj. curato, recuſa; cujus illuſtris operis Tomum mox IIdum exſpectamus, reliquosq; ſuo tempore ſecuturos ſperamus.

(**) Quo conſilio & qua ratione in tractando hoc argumento verſatus fuerit Auctor, ipſe in Dedicatione hisce verbis edocet: „Paucæ quidem ſunt hæ paginæ, materia tamen, quam „exhibent, ſancta & gravis, in DEi gloriam divino elaborata auxilio. Nec enim conveniens „congruensq; eſſe duxi, hic uti longis, nimisq; „cumulatis teſtium humanorum allegationibus, „quæ ad pompam magis, quam ad uſum proferri ſolent, quoniam hoc foeno, his paleis nusquam

bus prolixioribus *de præcipua materia exegetica* præmittere voluit, idemq; peculiare scriptum *de sensu literali & mystico* propediem edendum p. 2. pollicetur, quibus in lucem proferendis vires, otium, & felicitatem eidem ingenue adprecamur.

quam indiget vera exegesis, quæ hominum „ testimoniis, eorumq; multitudine minime niti- „ tur, sed ex idonea vocum atq; phrasium in „ fontibus occurrentium significatione, exq; scopo „ dicentis, ex contextu ac locis parallelis, atqs „ ex ipsa deniq; doctrinæ sacræ analogia eruitur, „ demonstraturq; certius & apertius.

III.

IO. HENR. a SEELEN, SS. Theol. Lic. & Gymn. Lubec. Rect. *Meditationes exegeticæ, qvibus variæ utriusqve Testamenti loca expenduntur & illustrantur.* Lubecæ, 1730. 8. II Alph. pl. 5.

CL. AUTOR, qvi variis modis præclarè de re sacra & literaria meritus est, & qvotidie meretur, multa minoris moduli scripta hactenus partim officii, partim amicitiæ causa edidit, ex qvibus ea, qvæ ad illustranda multa sacri codicis utriusqve foederis loca faciunt, collegit & in unum volumen congessit. Merito iisdem Meditationum titulum præfixit: singula enim piam eruditamqve meditationem testantur. Horum merito hic in Bibliotheca nostra mentionem facimus, non ut iis hederam suspendamus, qvod modestiam amici conjunctissimi offenderet, sed ut Lectorem instruamus, qvid in libro hoc contineatur.

Med. I. *de integritate vocis ἐκπειρασθῆσαν*

σαν Heb. XI. 37 agit. Poſt qvam multos adduxerat, qvi vocem hanc vel ſuppoſititiam vel emendandam & immutandam eſſe ſtatuerunt, Ipſe putat: Paulum hoc verbo reſpicere ad tortores, eqvuleos & alia ſuppliciorum gravisſimorum inſtrumenta, qvæ non ſolum terroris incutiendi ergo oſtenſa, ſed qvibus etiam pii martyres & conſtantes veritatis divinæ teſtes afflicti, factis in corporibus ipſorum carnificinæ variæ experimentis. p. 20. Med. II. continet *Inqviſitionem* in *Samuelis Basnagii ſententiam de vaticinio Jacobi Gen.* XLIX. 10. Communis & recepta illuſtris hujus vaticinii expoſitio defenditur tum ex vi vocum & ſtructura Accentuum, tum ex ipſis textus circumſtantiis, contra Basnagium qvi in Annalibus Politico-Eccleſiaſticis veroſimiliorem proponere voluit, verba morientis Prophetæ ſic vertendo: *Sceptrum legis, latorve de Judæ ſangvine cretus, ab eo non recedet in perpetuum, qvia reniet Silo.* Med. III. Commentationem exhibet *de inſtitutione Juventutis apud veteres Ebræos, ad Prov. XXII. 6.* Med. IV. ſiſtit Exercitationem *de emphatica falſorum & impiorum Doctorum denominatione, qva à Juda Epiſt. comm. 13 ἀστέρες πλανῆται dicuntur.* Non ad Planetas, come-

metas, Meteora, ſed ignes fatuos à Juda hac denominatione alludi docetur & §. inprimis XI. p. 123 comparatio falſorum & impiorum doctorum cum ignibus fatuis eleganter & prolixe inſtituitur. Med. V. continet *Annotationum Philologicarum in novum Teſtamentum ex Plutarcho erutarum ſpecimen.* Continuatio hujus laboris in Notis p. 144 promittitur ut tandem totus Plutarchus cum N. T. conferatur. Medit. VI. agit *de Pietate Joſephi erga Mariam ad Matth.* I. 19 in qva inprimis verſio Lutheri vindicatur. Docetur : δίκαιον græcis eum qvoqve denotare, qvi omni virtutum genere, adeoqve etiam, pietate, clementia, lenitate eſt inſtructus, idqve non ſolum ex ſcriptoribus ſacris 1. Joh. I. 9. Rom. III. 25. & ex LXX. Gen. XIX. 19. Exod. XV. 13. Dan. IX. 16. ſed & profanis pluribus. Eundem qvoqve Latinæ vocis *Juſti* eſſe uſum ex Terentio, Virgilio, Cicerone probatur p. 176. ſ. Vox παραδειγματίσαι exponitur de accuſatione & adductione in judicium, ut exemplum fieret, qvod aliis poſſet eſſe documento, ne ſimili ratione delinqvant, p. 185. qva occaſione vocabulum à B. Luthero adhibitum *Rügen* ex veteri Francico *ruegen ruagen*, i. e. *accuſare* illuſtratur. Medit. VII.

VII. *de anno à Deo coronato* ad Pſalm. LXV. 12 commentatur. Bene omnino p. 200. Totus adeo anni circuitus nobis apparet veluti corona ex meris beneficiis ac donis divinis ita contexta, ut hæc illa, illa hæc contingant, ſicut in circulo una pars cum altera cohæret. Annus enim ſemper redit in circulum. Medit. VIII. *de Jeſu in Jeſu Sirachide fruſtrà qvæſito* Diſſertatio eſt, qvæ in Gymnaſio Lubecenſi a. 1724. d. 28 Nov. publice eſt ventilata. Scilicet *Cap.* XLIII. 25 in Bibliis anglicanis Polyglottis & aliis ſeqventem in modum exhibetur: Λογισμῷ αὐτȣ̃ ἐκόπασεν ἄβυσσον, καὶ ἐφύτευσεν αὐτὴν Ἰησȣ̃ς. In qvibusdam legitur loco Ἰησȣ̃ς Κύριος. Sed in multis aliis, complutenſibus inprimis legitur νήσȣς. Ultima autem hæc lectio præfertur merito prioribus, idqve etiam ex ipſo Sirachide, & argumentis ex circumſtantiis textus deſumtis, roboratur. Excipit hanc, qvæ inter Meditationes nona eſt, Diſſertatio Theologica inauguralis *ex Epheſ. II. 11. 12 Ideam Ethnicismi ſiſtens* p. 245. ſ. Habita hæc fuit Roſtochii A. 1725. d. 4. Sept. auctior vero hîc apparet & notis variis inſtructa. Med. X. Complectitur *θεολογȣ́μενα ex inſcriptionibus biblicis.* Hæc

pari-

pariter publico disputatorio actu ventilata fuit in Gymnasio Lubecensi A. 1725. d. 27. Sept. Illustrantur hac meditatione inscriptio crucis Joh. XIX. 19. Inscriptio aræ Act. XVII. 23. Inscriptio libri Apocalyptici: in qva postrema tum vox *Theologi* generatim illustratur, tum cur *Johannes* inprimis hoc titulo insignitus fuerit, docetur, ubi rationes ab aliis singulatim allatas conjungit & docet: ideo Johannem fuisse dictum Theologum, qvia vindex fuit veræ de Christo doctrinæ, quia adeo luculenter de SS. Trinitate scripsit, sublimi non raro, in Revelationum præsertim libro, usus est stylo, & mysteria proposuit plane tremendá. Med. XI. *de lege regia* Jac. II. 8. agit. Præcipuam hujus appellationis rationem quærit in universalitate legis, quæ sublato omni personarum discrimine cunctos amare jubet. Quemadmodum scilicet via regia est, qua omnes commeant, sic lex regia est, secundum quam omnes debent ex æquo & amare & amari. Med. XII Μυθολογούμενα *quæ in Actis apostolorum occurrunt*, illustrat id est: Numina gentilium, quæ in hoc sacro libro á divo Luca commemorantur. Primo loco illustratur Act. XIV. 12. 13. ubi *Jovis* ac *Mercurii* fit mentio. Secundo loco

loco occurrunt *Dii peregrini* & quid Act. XVII. 18 ξένων δαιμονίων nomine indicetur, qua occasione de Atheniensibus disquiritur: An crediderint, Jesum & Anastasin esse peregrina Numina? & num Ignotus Deus Act. XVII. 23 commemoratus, ad peregrinos Deos sit referendus? Tertio loco occurrunt *Castor* & *Pollux*, quorum Act. XXIIX. 11. fit mentio. Quarto loco pluribus de *Diana* differitur ad Act. XIX. 24. 27. 28. 34. 35. Quintum denique locum occupat *Dice*: ubi varia Dices nomina, ejus descriptio, præcipua actio, justa scilicet vindicta illustrantur, & scriptores de Dice agentes magna copia adducuntur, ad illustrationem Act. XXIIX. 4. Med. XIII. *Sigillum mysticum* Cant. VIII. 6. illustrat. Personam hic loquentem neque Mariam, neque fictam illam fanaticorum Sophiam esse docetur §. IV. v. p. 545. sq. Neque Christum esse, qui hæc verba protulit, sed sponsam. Merito hic scribitur p. 553. Pudeat ineptiarum Seb. Castalionem, ex cujus, canticum interpretaturi, irreligioso animo ac calamo isthæc fluxerunt verba: *tam durus est Cupido, quam orcus: ejus spicula sunt Jovano inflammata igni.* Absit enim hic Cupido, absit Jovanus, si Jovis intelligatur ignis, absint omnes voces,

quæ

quæ gentilismum sapiunt! multo sanctius est Canticum, quam ut hac ratione profanetur. Declaratur hæc sponsæ petitio ex re sigillari §. XII. s. eamque desiderare ostenditur gratiosam memoriam, diligentem curam, constantemq; cœlestis sponsi amorem. Additur §. XVIII Christianos N. T. æque ac Fideles V. T. recte dici obsignatos, seu sigillatos. Med. XIV disserit *de Magdalii Jacobi Gaudensis laboribus biblicis, corrigendæ inprimis versioni Latinæ vulgatæ impensis.* Non solum in hac meditatione accurata rarioris hujus libri notitia suppeditatur, sed insimul selectæ observationes ad varia sacri Codicis loca admiscentur. §. II. 7. 662. mentio injicitur amplissimæ collectionis, quam de poëticis Metaphrastis ingenti studio adornat celeberrimus *Michael Richey*, optaturque, ut perinsignis ille apparatus tandem aliquando in lucem prodeat.

Seqvuntur jam Meditationes, qvas *amicitiæ* causa conscripsit. Medit. XV. qvippe dissertatio est epistolica, ad Ernestum Leopoldum Fridericum Behmium, Ecclesiæ Hansünensis in Holsatia Pastorem meritissimum, conjugii gaudia a. 1728 d. 27 Maji celebrantem, *de Gaudio divino,* *quod*

qvod Ecclesia excitat, cum Gaudio Conjugali, Es. LXII. 5. comparato. Medit. XVI. Casparem Henricum Starckium, Ecclesiæ Siebenbäumensis Pastorem longe meritissimum, solatur, ob inopinatum conjugis conjunctissimæ obitum, cui divinam fortitudinem exoptans, disseruit *de Fortitudine in Domino, qva Ephes. VI.* 10 *Paulus Ephesios instructos esse cupit.* p. 682. f. Eidem doctissimo viro secundas nuptias A. 1719. d. 11. Nov. celebranti obtulit gratulationem, qvæ *Vindicias conjugii secundi ex Gen. XXV.* 1, *& aliis locis Biblicis, adversus Tertullianum, Montanistam*, complectitur, occurrunt hæ num: XVII. Medit. tandem XIIX & ultima *de Salute Sacerdotibus à Deo promissa* Psalm. CXXXII. 16 salutem apprecatur Johanni Wesselhöfft, Scholæ Buxtehudensis antea Rectori meritissimo & Anno dein 1728 Ecclesiæ Hechthusanæ in Ducatu Bremensi Pastori constituto. Integer liber necessariis indicibus instruitur atqve ornatur.

Vel ex hac recensione patebit, CL. Autorem non solum summa cum industria sacrum codicem tractare, sed & iis adminiculis & præsidiis esse instructum,

Ii quæ

qvæ in eo reqviruntur, qvi ſacra volumina cum fructu & applauſu exponere & illuſtrare cupit. In ipſo vero opere, ſi quis cuncta attendet, quæ ſperare adhuc jubet, bibliothecam quandam promiſſam & latentem deprehendet; quam ut ſenſim orbi erudito communicet, & alia ſimul ſcripta minora, ſacri, philologici, hiſtorici & potiſſimum eccleſiaſtici, antiquarii, philoſophici, literarii argumenti, uti in præſente volumine fecit, iterata editione conjungat, ætatem ei & incolumitatem ex animo apprecamur.

VI.

VI.
Nova Literaria.

Cum secundus Augustanae Confessioni annus Iubilaeus compluribus solennibus actibus & scriptis dederit occasionem, hac vice eorum ratio potissimum erit habenda, quae honori & memoriae solennitatis Iubilaeae in nonnullis locis ad mare Balthicum sitis fuerunt dicata.

SVERINI.

Celebrationem Iubilaei Serenissimus Princeps, CAROLVS LEOPOLDVS, iussit & ordinauit hoc scripto: *Instruction* und Anordnung, welcher maassen in unsern von Gottes Gnaden CARL LEOPOLDS, regierenden Hertzogen zu Mecklenburg, Fürsten zu Wenden, Schwerin, und Ratzeburg, auch Graffen zu Schwerin, der Lande Rostock und Stargard Herrn, ꝛc. ꝛc. Hertzog-Fürstenthümern und Landen bey dem nechst bevorstehenden und am 25. Junii dieses 1730ten Jahrs abermal eintretenden Christ-Lutherischen JUBEL-Denck- und Danck-Feste, wegen des für zwey hundert Jahren zu eben selbiger Zeit, an die Römisch-Käyserliche Majestät und gesambten Reich von Evangelischen Chur-Fürsten und Ständen auf dem

Reichs-Tage zu Augsburg, öffentlich übergebenen Glaubens-Bekäntnisses, in dessen Feierlichster Celebrirung, mit Predigten, Gebet, Vorbitte und Danksagung, auch Gesängen und übriger allgemeiner Kirchen-Andacht, zu aller verpflichtesten Göttlichen Ehren es gehalten werden solle. pl. 3. 4to. Duo dies, 25 & 26 Iun. solenni ritu transigendi praecipiuntur. Pro concione explicandi Textus sunt: Rom. X. 9. 10. Luc. XV. 1-10. Act. XXVI. 22. 23. 1. Pet. III. 15. 16. Matth. X. 32. 33. 2. Cor. IV. 13. Anneciuntur Preces Iubilaeae, Jubel-Fest Gebet.

ROSTOCHII.

D. FRANC. ALBERT. AEPINVS, Magnificus Academiae Rector, d. 18. Iun. solenni ritu celebrandum Augustanae Confessionis Iubilaeum secundum indixit publico *Programmate* (pl. 2. fol.), quo *varias Ecclesiae Evangelicae laetandi Augustanae Confessionis ergo causas* edisserit. Ex his ad Ecclesiam & Academiam Mecklenburgicam sigillatim spectat ea, quae pag. 6 sq. sic „describitur: Felices nos! quos hisce gau-„dio plausuq; plenis temporibus reservare „Auctoris vitæ nostræ directioni placuit: „& longe nos in hoc Avis nostris felici-„ores! Retrospicientes quippe, & in hæc-

hæcce Seculi ſuperioris tempora oculos„
animumq; convertentes, pertriſtem„
proh! eorum intuemur faciem, & Ec-„
cleſiarum Patriæ tum ſtatum offendimus,„
ſi quid contra DEVM eiusq; veritatem„
hominum vel aſtutia, vel furor valerent,„
pene deploratum, autoritatem autem„
Auguſtanæ Confesſionis inter nos Sym-„
bolarem, ni DEVS hoſtium inſultibus„
frenum imponeret, cito collapſuram.„
Hoſpitem enim in patria & hiſtoriarum„
eius penitus expertem oporteret eſſe,„
quisquis ignoraverit, qualis in Politicis,„
a quibus Eccleſiæ fata plerumq; depende-„
re ſolent, ea tempeſtate rerum noſtra-„
rum fuerit conditio. Teſtantur enim„
hiſtoriarum monumenta, qui tunc tem-„
poris Ducatui huic Regimine præerant,„
hisceq; Ditionibus legitime domina-„
bantur, SereniſſimosMecklenburgiPrin-„
cipes Fratres ſævitiæ armorum prævalen-„
tis fortunaq; ſuperioris hoſtis cedere, ac„
Avitis ſuis, per complura millenarium„
annorum ſupergreſſa ſecula quiete poſ-„
ſesſis, Terris exire coactos fuiſſe, quas„
Anno MDCXXX in hiſtoriis belli tricen-„
nalis WALLENSTEINII nomine famo-„
ſiſſimus ille, Sacrisq; Pontificiis quam„
tenacisſime addictus, Friedlandiæ Dux,„

„quo iure, an injuria? nunc equidem dis„quirere non vacat, occupatas tenebat. „Laetabantur tunc interno quidem ſpiri„tu Prædeceſſores noſtri, ob ingentia per „Auguſtanæ Confesſionis publicationem „Eccleſiæ conceſſa divina beneficia: ve„runtamen interna gaudia externis lætitiæ „ſignis prodere vix licebat, multo minus „Feſtum Jubilæum, cum Saxonicis & aliis „Eccleſiis, publice celebrare. Vix uni„cam invenire licet in Academiæ huius „Acroaterio, & eam privato duntaxat no„mine, abs eius temporis Theologo haud „incelebri, IOHANNE KLEINIO, re„citatam huc facientem Orationem (1). „O igitur nos iſtis terque quaterque fe„liciores!

IDEM d. 27. Iun. publicauit *Programma* (pl. 1. fol.), in quo *de Pontificiorum odia aduerſus Iubilaea Lutherana* diſſeruit, ſimulq; indixit *Orationem Iubilaeam*, a D. IO. IOACH. WEIDENERO d. 29. Iun. habitam, qua fuit oſtenſum: *Quantum profuerit publica Prælectio Auguſtanæ Confesſionis Eccleſiæ Lutheranæ.*

D. IO. IOACH. WEIDENERVS tres ha-

(1) Hanc nuper recudendam curauit IO. ERH. KAPPIVS.

habuit *Dissertationes Iubilaeas*, quarum prima inscribitur: *Regentius male regens, & Fanaticis reditum ad Papismum frustra suadens, qua Doctrinas Schaefferianas.* IV Id. Iul. Resp. *Io. Christoph. Mussaeo*, Demmin. Pomeran. (pl. 7. 4to); secunda: *Regentius male regens, & Fanaticis reditum ad Papismum frustra suadens, qua Versionem Bibliorum Ebersdorffianam*, IV. Non. Octob. Resp. *Andr. Arendt*, Gedanens. (pl. 6. 4to); tertia: *Regentius male regens, & Fanaticis reditum ad Papismum frustra suadens, qua Catechismum Zinzendorffianum.* Resp. *Paul. Arnold. VVehner*, Buxtehuda-Bremens. (pl. 10½. 4to). Directae sunt hae Dissertationes aduersus Scriptum, an. 1729 Vratislaviae hoc titulo: Unpartheyische Nachricht, von der in Laußniß überhand nehmenden und hieraus, in die benachbahrte Länder, insonderheit in Schlesien einreissenden neuen Secte der so genannten Schefferianer und Zinzendorffianer evulgatum, quo P. CAR. REGENT, S. I. Missionarius, docere ausus est, quod excitatae a fanaticis hominibus controversiae omnium optime queant per reditum ad sacra Romana extingui.

D. HERM. CHRISTOPH. ENGELCKEN d. 25 Octob. habuit *Dissertationem Theologico-Iubilæam, Dicam Socinismi ab Ecclesia Evangelico-Lutherana, per Augustanæ Con-*

fessionis Artic. XII, aliasq; idoneas rationes, depulsam, contra IO. van den HONERT sistentem. Resp. *Io. Frid. Schuttler*, Curon. (pl. 10. 4to). Refutatur hac Dissertatione HONERTVS, Ecclesiastes Harlemensis, in Tr. *de Gratia DEI non universali, sed particulari* p. 359 Lutheranos ob assertum de possibili, regenitorum ac electorum a vera fide defectione, & omnimoda gratiae divinae amissione, Socinismi postulans.

D. FRANC. ALB. AEPINO praeside, d. 14 Octob. *Dissertationem Theologicam de Vsu Terminorum Ecclesiasticorum e doctrina de Mysteriis Divinis non eliminando*, ad continuandas solennitates, ob exhibitam ante duo secula Augustanam Confessionem, Iubilaeas, publico examini exposuit Auctor, M. *Petr. Christ. Kämpffer*, Oedeskirchens. Megapolit. (pl. 6. 4to).

EODEM praeside, *Dissertationem Theologicam Inauguralem de Spiritus Sancti circa Augustanam Confessionem speciali Cooperatione, ex dicto Matth. X. 17. 18. 19. 20 considerata*, m. Octob. publicae disquisitioni exhibuit M. IO. IAC. TADDEL, ad AEdem S. Cathar. Pastor, & ad Div. Petr. Diaconus, (pl. 7. 4to). Praemisit huic Dissertationi Praeses *Programma*, d. 15 Octob. publicatum,

tum, in quo non solum Vita Taddeliana describitur, verum etiam *Theologorum Rostochiensium*, DAV. CHYTRAEI, IO. GEORG. DORSCHEI, IO. KLEINII, DAV. LOBECHII, AVGVST. VARENII, MICH. COBABI, IO. QVISTORPII, IO. PET. GRVNENBERGII, ANDR. DAN. HABICHHORSTII, HENR. ASCAN. ENGELCKENII, IO. FECHTII, *Merita in Augustanam Confessionem* collaudantur. (pl. 2½. 4to).

IDEM in Festo SS. Angelorum Anni, ob exhibitam ante duo Secula Augustanam Confessionem, Iubilaei, *de Sanctis Angelis, iubilantibus nobis, Deum collaudantibus, ex Ps. CXLIIX. 2*, in publico Programmate (pl. 1. 4to) d. 29 Sept. disseruit.

D. DAV. HENR. KOEPKENIVS d. 2 Iul. *Programmate*, Germanica lingua scripto, in quo *de Regimine Christi in Ecclesiam* verba fecit (pl. 1. fol.), indixit Orationem Germanicam, von den sonderbaren Merckmalen der Göttl. Regierung und Vorsorge bey der Augspurgischen Confession, quam nomine Civium Academicorum d. 4 Iul. habuit FRID. ANDR. LIVONIVS, Mecklenburgensis.

Eodem mense Iulio tres Professores Ora-

tiones suas Inaugurales ad solennitatem Iubilaeam accommodarunt. Etenim D. ERNEST. IO. FRID. MANTZEL, Philos. Moral. hactenus Prof. Publ. Ordinarius, Professionem Institutionum Iuris ordinariam d. 11 Iul. auspicatus est *Oratione Iuris publici de Ratione Status Curiae Papalis criminis Stellionatus, Principes & Rempublicam defraudantis, ubiq. suspecta & passim convicta*; D. IO. CHRISTIAN. BVRGMANNVS, ad AEdem Spiritus S. Pastor, Professionem Metaphysices ordinariam d. 18 Iul. suscepit *Oratione de primorum Veritatis Evangelicae Confessorum, eorumq. successorum Metaphysica, ad Colloquium usque Ratisbonense*; M. IO. HENR. BECKER, Verbi diuini Minister Nicolaitanus, Philosophiae Moralis Professor Ordinarius constitutus, nouum munus d. 27 Iul. *Oratione de plus laudando Zelo Lutheri, quam lenitate Philippi Melanchthonis*, inchoavit.

D. ERN. IO. FRID. MANTZELII studio prodiit *Meditationum ad Pandectas Sacras Pars prior, exhibens Positiones Academicas ad Loca nonnulla Veteris Testamenti, quibus Iure-Consulti & Politici in suis doctrinis uti vel solent, vel possunt, ipso Iubilaeo Augustanae Confessionis septem Dissertationibus exposita.* (pl. 16. 4to). In praemisso his coniunctim editis

editis Dissertationibus Iubilaeis de instituto suo sic inter alia disserit: Falcem me,, in alienam messem misisse, & castra,, praesertim Theologorum me violasse,, non puto. Non enim de articulis fidei,, mihi sermo est, sed de commatibus Bi-,, blicis in Iure & Politica adhiberi solitis.,, Et si forte interdum fines adeo accurate,, regi non potuerunt, quia studia ad feli-,, citatem humanam spectantia inter The-,, ologos & ICtos nondum sunt adeo di-,, visa, vt non quaedam essent communia,,, spero tamen, me debita moderatione,, vsum fuisse. — — Vix puto, fore,, ut dubia reddatur ICtis & Politicis, ut,, talibus, Scripturae Sacrae scrutatio, po-,, tissimum si suis se contineant finibus.,, Quae enim Io. V. 39 imperative dicun-,, tur a Salvatore nostro: Forschet in der,, Schrifft, adeo sunt generalia, vt pro-,, cul dubio & hanc hominum classem strin-,, gant. Quia autem eo loco finis scruta-,, tionis salus aeterna indigitatur, nihil,, inde forte singularis pro Politicis erui,, potest. Verum salva res est. Si enim da-,, tur Ius Divinum positivum universale,,, ceu mox evictum dabimus, illud sollici-,, te inde erit investigandum. Nec prae-,, tereunda sunt dicta id specialius insinu-,,

antia,

„antia, & in confeſſo eſt, S. Scripturam „continere ſobriam prudentiam civilem „& infucatam rationem ſtatus. Habuerunt equidem, & habent noſtra tempora multos infelices S. Codicis ſcrutatores inter Politicos, qui vel ingenio, vel „genio indulgentes, explicationes arbitrarias ſibi fingere haud erubuerunt. Sed „habeant ſibi, qui adeo luxuriantes evulgarunt opiniones. Nobis, qui in tramite recto ambulare ſtudemus, nemo „hunc oceanum ſacrum eapropter claudet. „Putamus enim, hoc vaſtum mare divinum eſſe adeo liberum, ut cuivis naviganti pateat, excepto tantum alluenti „quam proxime fines & territoria (ſit „metaphorae venia) Theologorum, quoad articulos ſcilicet fidei, in quo non „ſine eorum ductu & ſine praelucente eorum doctrina verſabimur. Eſt ipſa Iuriſprudentia noſtra non humanarum ſolum, ſed etiam divinarum rerum notitia, & licet haec deſcriptio longe aliam „ratione originis habeat intentionem, tamen elegantisſime quadrat ad noſtrum „ſtatum Iuriſprudentiae inter Chriſtianos, „quippe quorum non eſt ratiocinationibus tantum ſe committere, ſed in verbo etiam revelato verſari, inque aucto-

ritate

ritate dicentis DEI sancte subsistere. Vol-„ vant igitur, revolvantque Principes & o-„ mnes Politici S. Scripturam, nocturna„ diurnaque versent eandem manu. Audi-„ amus dispositionem divinam certe non„ ad Iudaicos Reges restringendam, sed„ universalem, Deut. XVII. 18: Und wenn„ er (der König) nun sitzen wird auf dem„ Stuhl seines Königreichs, soll er diß ander„ Gesetz von den Priestern den Leviten neh-„ men, und auff ein Buch schreiben lassen.„ Das soll bey ihm seyn, und soll darin lesen„ sein Lebenlang, &c. Legamus tenorem vo-„ cationis a DEO Josuæ datæ Jos. I. 6. 7.„ & præsertim vers. 8: Laß das Buch dieses„ Gesetzes nicht von deinem Munde kommen,„ sondern betrachte es Tag und Nacht - - „ alsdenn wird dirs gelingen - - und wirst„ weißlich handeln können. Atq; sic habes,„ L. B. instituti sciagraphiam. Si novum„ illud vis appellare, per me liceat, mo-„ do illud non appellaveris plane antiquum„ & tritum; nam neminem habui ante-„ signanum, qui tali ordine hanc causam„ pertractasset. Si forte audivisti de se-„ quentibus: *Thomasii* Göttliche Rechts-Ge-„ lahrtheit, *Voglers* Biblisches Corpus Iu-„ ris, *Reinkings* Biblische Policey, *Miri*„ Biblische Fragen, rogo te, ut illos la-„ bores

„bores inſpicias, & habebis inſtituti diverſitatem.„ Prior autem pars Meditationes CXCI complectitur. Partis poſterioris, ad Novum Teſtamentum pertinentis, duas vidimus Diſputationes, itidem Iubilaeas, quarum prima d. 29 Iul., ſecunda d. 2 Aug. ventilata.

Sub finem deniq; Iubilaei Auguſtanae Confesſionis Saecularis ſecundi D. IO. CHRISTIAN. BVRGMANNO praeſide M. *Carolus Hinrichſen*, Auctor, *Commentationem Hiſtorico-Theologicam priorem de Ambigua Reformatorum Fide* d. 23 Decemb. *poſteriorem* d. 30 Dec. ad publicum examen detulit. (pl. 16. 4to).

PETROBVRGI

Ad memorabilia Petroburgenſia non noſtra ſolum aetas, ſed poſteritas quoque iure meritoq; referet celebratum Auguſtanae Confesſionis Iubilaeum, ipſamq; Auguſtanam Confesſionem nitide excuſam. Edita enim eſt ibidem hoc titulo: Die unveränderte Augſpurgiſche Confeſſion, oder Bekänntniß des Glaubens der proteſtirenden Chur-Fürſten, Fürſten und Stände, wie ſie Kayſerl. Majeſt. CARL dem V. zu Augſpurg auf öffentlichem Reichs-Tage, im Jahr 1530 den 25 Junii iſt vorgeleſen, und über-

antwortet worden. Nebst einer kurtzen Historie der Augspurgischen Confession, denen Evangelischen Gemeinden in St. Petersburg zu Nutzen bey Gelegenheit des gefeyerten IVBILAEI MDCCXXX zum Druck befordert von dem hiesigen **Evangelischen** *Ministerio.* St. Petersburg. Gedruckt bey der Kayserl. Academie der Wissenschafften. 8 maj. Praefatio huic editioni a Ministerio Lutherano Petroburgensi praemissa, hic etiam legi meretur. His autem consignata est verbis:

Psalm. CXI. v. 2.

Groß sind die Wercke des HErrn, wer ihr achtet, der hat eitel Lust daran.

Vorrede

An den Gott-liebenden Leser.

Da wir durch die Gnade des getreuen und allmächtigen Gottes, diejenige Zeit erlebet haben, in welcher das Gedächtniß der im Jahr 1530 überreichten Augspurgischen Confession, in der gantzen Evangelischen Kirche, denen Gemeinden durch die auf den Mauren Jerusalems bestellte Wächter vorgetragen wird, zur Erweckung schuldigster Danckbarkeit gegen den lebendigen GOtt, auch Aufmunterung zur Beständigkeit und Gehorsam der Wahr-

Wahrheit; so haben wir (unsrer Pflicht nach) auch unsers Theils an diesem Jubel-Fest des Herrn gedencken wollen und sollen, auf daß bey uns kein Schweigen sey. Ubergeben demnach unsern wehrtesten Gemeinden diese nachstehende unveränderte Augspurgische Confession zu einer gesegneten erbaulichen Betrachtung in diesen Tagen, zumal da uns GOtt auch die Freude schencket, an diesem Jubel-Fest die neu-erbauete **Evangelisch-Lutherische St. Petri Kirche** mit Gebet, Lob, Seegen und Betrachtung des Wortes GOttes zu heiligen und einzuweihen; wobey wir Ursache haben, so vielmehr unsere Zuhörer theils zum Lobe GOttes über der, unter unser *allergnädigsten* **Kayserlichen** hohen Obrigkeit geschenckten Gewissens-Freyheit zu erwecken, theils zu einem heiligen und dem Evangelio würdigen Wandel treulichst zu ermahnen, damit auch unter und bey uns der Nahme Gottes geheiliget, sein Reich befördert, und sein gnädiger guter Wille vollbracht werde; wozu GOtt dann auch dieses unser Glaubens-Bekäntniß bey einer jeden Seele, die selbiges lieset und höret, im reichen Seegen wolle seyn lassen. Dieses wünschen und bitten von Hertzen

Derer hiesigen Evangelischen Gemeinden
Gegeben St Petersburg
den 10. Jun. 1730.

ver-

verordnete Lehrer und Prediger
Henrich Gottlieb Nazzius.
Johann Leonhard Schattner.
Ludolph Otto Tresurt.

Annexa breuis Auguſtanae Confesſionis Hiſtoria tribus conſtat Capitibus, quorum I. inſcribitur: Von der Gelegenheit und Vorbereitung zur Augſpurgiſchen Confeßion. II. Von Ubergebung der Augſpurgiſchen Confeßion, und was dabey fürgegangen. III. Von Veränderung der Augſpurgiſchen Confeßion.

KILONII.

D. HENR. MVHLIVS duplicem adornauit Auguſtanae Confeſſionis editionem, alteram cum Variantibus Lectionibus & Annotationibus, alteram ſine iisdem. Illa inſcripta eſt: Die Ungeändderte, rechte, wahre Augſpurgiſche Confeßion, dem Römiſchen Kayſer Carl dem Vten, in ger groſſen Reichs-Verſammlung zu Augſpurg A. MDXXX. den 25 Jun. von Churfürſt, Fürſten und Ständen des Heil. Röm. Reichs übergeben. Itzund aufs neue revidiret, und mit den beſten, bewährteſten, ſo wohl älteſten, als vielen andern, Deutſchen Exemplarien ſorgfältigſt conferiret, auch hier und da mit Anmerckungen erläutert. Nebſt vorgeſetztem

setztem Historischen Bericht von der Augsp. Confeßion, und angefügter Verzeichniß einiger zur Bestätigung und Befestigung derselben dienlichen Biblischen Texte, mit einer kurtzen Vorrede herausgegeben. 8vo; huius, in gratiam potissimum iuventutis scholasticae evulgatae, titulus est: Die ungeänderte, rechte, wahre Augspurgische Confeßion oder Bekänntniß des Glaubens, dem Röm. Kayser Carl dem Vten, in der grossen Reichs-Versammlung zu Augspurg, A. MDXXX. den 25 Jun. von Churfürst, Fürsten und Ständen des Heil. Röm. Reichs übergeben. Jetzt mit gehöriger Sorgfalt aufs neue wieder durchgesehen, und bey dem angehenden 200 jährigen Jubel-Jahr der besagten Confeßion abermahl in den Druck gegeben. 8vo.

IDEM novam accuravit editionem libelli: qui inscribitur: **Wüsch-Schwam** zu Rettung der rechten also genannten Augspurgischen Confeßion, das ist, der, so Käyser CARL dem V Anno 1530 zu Augspurg auf dem Reichs-Tage übergeben worden. Wieder die unbefugte Veränderung derselben, und eines sondern Garst-Vogels daher rührende ihr angethane Calvinische Unlust und Beschmeissung. Von **Georgio Müllern**, der heil. Schrifft D. und fürnehmsten Professorn in Jena, A. 1591 den 18 Septembris nach

fassten Sätzen in öffentlicher Disputation artlich ergriffen, und sehr wohl und fruchtbarlich gebraucht. Durch einen Liebhaber der Warheit verdeutscht zu Wittenberg im Jahr 1592. Jetzo zum Gedächtniß obbesagter ungeänderten A. C. bey dem instehenden Jubilaeo mit einer kurtzen Einleitung wiederum herausgegeben. 8vo.

EODEM praeside d. 22. Iun. *Dissertationem Theologicam Inauguralem de variis vel probandi, vel impugnandi Modis & Viribus Argumentorum* publicae disquisitioni exposuit GVSTAVVS CHRISTOPHORVS HOSMANNVS, Professor Theologus & Ecclesiastes Kiliensis. (pl. 6. 4to).

EIVSDEM lucem vidit *Oratio, solenni S. Theologiae Doctorum, PHILIPPI FRIDERICI HANE & GVSTAVI CHRISTOPHORI HOSMANNI, in seculari Augustanae, quae dicitur, Confessionis festivitate renunciationi d. XXX Iun. MDCCXXX clementissimis auspiciis praemissa. In qua tot maxima & Regiae & Ducalis in Augustanam Confessionem propensionis exempla, iam olim & hodie ad posteritatis memoriam omnino insignia, breviter cursimque indicantur.* (pl. 3. 4to).

D. MARTINVS FRISIVS publici fecit iuris *Orationem Secularem in memoriam*

Augustanae Confessionis, ducentis abhinc annis Imperatori CAROLO V. *Augustae Vindelicorum exhibitae ac palam praelectae, de Defensione purioris Doctrinae, speciatim contra recentes Commentationes Berlenburgi editas, earumq. nonnullos errores praecipuos, ex variis impuris fontibus haustos, publice solemniterq. habitam.* (pl. 6½. 4to.)

Celebrauit quoque Iubilaeum d. 29. Iun. solenni Oratione, ad quā SEBAST. KORTHOLTVS, Eloq. & Poët. Prof. O., Programmate *de singularibus Equitum Cimbricorum meritis in defaecata Sacra Cimbrica*, Auditores inuitauit, DETLEVVS REVENTLOVIVS, Eques Holsatus. Lucem ea aspexit hac inscriptione: *Oratio de Religione publicis fidei Confessionibus, inque Cimbricis, insigniter confirmata, in memoriam Augustanae Confessionis ducentos adhinc annos in Comitiis solemniter oblatae, in Academia Cimbrica memoriter recitata, & cum Notis* (2) *perpetuis edita.* (pl. 9. 4to).

Eod. mens. *Dissertationem Iuris publici Ecclesiastici de Iure Imperatoris circa Canonizationem Hildebrandinam*, in memoriam Augustanae Confessionis, sub praesidio ProRectoris, D. IO. ZACH. HARTMANNI, ha-

(2) Harum auctorem esse ADAM. HENR. LACKMANNVM, ex Praefatione apparet.

habuit *Antonius Orechius de Avalo*, Eques Neapolitanus. (pl. 8. 4to).

D. PHILIPPVS FRIDER. HANE edidit *Commentationem Academicam de Vario subinde ob rationes politicas Reformatorum sic dictorum in Aug. Conf. Animo*. (pl. 3. 4to.).

EIVSDEM auſpiciis *ex Hiſtoria Critica Aug. Conf. de Editionibus Germanicis incorruptis & omnino etiam invariatis*, diſputavit *Bernh. Io. Franckius*, Kilonienſis. (pl. 5. 4to).

EODEM praeſide *Diſſertationem Hiſtorico-Philologicam de Philippi Melanchthonis Moderatione in A. C. negotio conſpicua*, ſive, Philippi leiſe treten bey Verfertigung der A. C. publico examini ſubmiſit Auctor, *Henricus Scholtz*, Sileſius. (pl. 2. 4to.).

D. GVSTAV. CHRISTOPH. HOSMANNVS evulgavit Concionem Iubilaeam, Predigt über den am dritten Tage des zweyten Evangeliſchen Jubel-Feſtes Gnädigſt-verordneten Text, aus Apoc. II. 2. 3. 4. 5. (pl. 4. 4to); *Orationem Inauguralem de ea, quae Theologum apprime decet, Animi Moderatione* (pl. 6. 4to); *Proluſionem Academicam, qua Illuminatio Ingeniti paſſiva ſupernaturalis, ſed imperfecta, aſſeritur*. (pl. 3. 4to.)

LVBECAE.

Iubilaeum Auguſtanae Confeſſionis in

hac etiam Ciuitate sacro solenniq; ritu fuit celebratum. Magnificus Senatus, pro eo, quo in emendatam a MARTINO LVTHERO religionem laudatissime fertur, amore ac pietate, indicendum istud curabat e suggestis sacris per typis excusum & in omnibus Templis publice praelectum Scriptum, qvod vocatur: *Notification*, welche am 18ten *Junii*, *Anno* 1730. als am 2ten Sontage nach Trinitatis, von allen Cantzeln abzulesen. In hac ad pietatem & religionem solenni die Iubilaeo demonstrandam Patres Conscriptiserio omnes adhortantur. Sequebatur Veranstaltung des GOttes-Dienstes an dem zweyten Evangelischen Jubel-Feste, wegen der an. 1530 übergebenen Augspurgischen Confession, welches Ein Hochweiser Rath in der Kayserlichen, Freyen und des H. Römischen Reichs-Stadt Lübeck, An. 1730. den 25 Junii zu feyren verordnet hat; in qua Ordinatione non solum *Hymni* atq; *Collectae* cantandae, & *Textus* tribus concionibus explicandi indicantur, verum etiam in fine isthaec leguntur: Betreffend die Kirchen-*Music*, das Thurm-blasen und Geläute, soll es damit so, wie an hohen Festen üblich, gehalten werden. Cui mandato fuit omnino satis factum. Nam *Concionibus* solennibus maxima hominum multitudo interfuit:

Pre-

Preces ad haec solennia, & simul ad sacrorum emendationem Lubecensem an. 1530 factam accommodatae, (quae prodierunt titulo: Jubel-Gebet, 1730, 25 *Iunii*, auctoremq; agnoscunt M. IACOBVM a MELLE, Seniorem & Pastorem Marianum) non die solum Iubilaeo, sed multis etiam sequentibus in coetu sanctiori recitatae: *Musica* & in Templis & e Turribus audita: *Campanarum* sonitu ac *Tormentorum* explosione gaudium publicum fuit significatum. Excusus quoque est variis formis *Nummus Iubilaeus*, aureus pariter ac argenteus, in cuius vno latere conspiciuntur insignia Civitatis Lubecensis, nec non Viri magnifici, illustris & consultissimi, DN. HENRICI BALEMANNI, Consulis primarii ac dirigentis, addita hac perigraphe: IMPERIAL. CIVIT. LVBECENSIS. 1730; in altero Fides, vna manu tenens Crucem, altera Librum, sive Biblia, his literis conspicua: V. D. M. I. Æ., & verba: CONFESS. EVANG. IN. COM. AVG. EXHIBITAE. SAC. SAECVLAR. SEC. 25 IVN. Ipsa *Augustana Confessio* typis Lubecensibus, in forma octava, Germanico idiomate fuit excusa, & publice in Templis omnibus, in gratiam auditorum, doctrinis, qvas continet, imbuendorum, tempore Iubilaeum subsecuto tota praelecta.

K 4 Cum

Cum vero Annus MDCCXXX triplici Iubilaeo, *Augustanae Confessionis, Ecclesiae* ac *Athenaei Lubecensis*, fuerit commemorabilis, varios etiam *Actus Iubilaeos* L. IOANNES HENRICVS a SEELEN, Gymnasii Rector, publica auctoritate instituit. Primo, reliquis proludente, conspicuus est d. 30 Mart., quo die *Controversiae de Novo Testamento inter DESIDERIVM ERASMVM atque EDVARDVM LEVM agitatae Consideratione* (pl. 1. 4to) d. 29. Mart. indicta *Christoph. Anton. Erasmi*, Lubecensis, *de Meritis ERASMI in Literas humaniores Oratio*, ipsius auspiciis fuit habita, adeoq; de instauratis bonis literis verba fuerunt facta, quoniam, sicut aurora diem, ita meliorum artium instauratio sacrorum emendationem, singulari Numinis providentia, antecessit. Secundus actus, d. 25 Iun. *Commentatione Iubilaea de Augustana Confessione nomine Pupillae e Prov. VII. 2 eleganter insignita* (pl. 2. 4to) significatus, institutus est, praesente magna sincerorum Augustanae Confessionis aestimatorum copia, in Auditorio Cathariniano *Oratione Saeculari de Veritate, quam continet Augustana Confessio, per elapsum saeculum pressa quidem, sed non oppressa*, quae Oratio supra p. 377-416 exhibetur. Tertii Actus Iubilaei *ob conservata per duo saecula in Ciuitate Lubecensi Sacra Lutherana* die Petro

&

& Paulo in fastis sacro, 29 Iun. celebrati, *Eclogis Lutheranis, sive Observationibus* (3) *Historiam & Rem Lutheranam illustrantibus* (pl. 3. 4to) indicti, haec fuit ratio. Auspicatus eundem est SEELENIVS Sermone, quo *Lubeca doctrinam Petro-Paulinam profitens* repraesentata. Secuta eum est *Ioannis Vermehren*, Lubecensis, Oratio, qua *Lubeca de conservata per ducentos annos Lutherana religione gaudens* proposita. Hanc excepit *Ioachimi Henrici Dreyer*, Lubecensis, Oratio, cuius argumentum fuit *Lubeca perennitatem religionis Lutheranae exoptans.* Post hos Iuvenes SEELENIVS iterum verba fecit, quibus *Lubecam pro concessa solennitate Iubilaea Deo benignissimo gratias humillimas agentem* stitit. Quartus Actus, ad quem invitans *de Pseudo-Iureconsultorum Dillingensium, sic dictae Pacis Compositionis Scriptorum, irritis conatibus adversus Augustanam Confessionem, eiusq; Auctores ac Socios* (pl. 3. 4to) dis-

(3) His praemissa sunt nonnulla de praerogativa religionis Lutheranae prae aliis religionibus ob maximam rerum Lutheranarum scriptorum multitudinem. Ipsae Observationes inscribuntur: I. *Varia Lutheri Scripta in linguam Saxoniae inferioris translata.* II. *Lutheri Commentarius in S. Pauli Epistolam ad Galatas in linguam Gallicam translatus.* III. *Veritas Lutheranae Religionis ipsis Adversariorum obtrectationibus confirmata & exposita.*

disseruit, habitus est d. 5 Sept., quo die paulo ante citatus *Ioachimus Henricus Dreyer*, Lubecensis, *Oratione publica de Meritis Iureconsultorum in Augustanam Confessionem* solennia huius anni adauxit. Quinti Actus, in quo *Henning Petersen*, Holsatus, d. 10 Octob. *Orationem solennem de emendata, occasione Sacrorum a Martino Luthero emendatorum, Iurisprudentia* habuit, index fuit *Iureconsultorum* (4), *qui Lutheranumo insigniter profuerunt*, Τέτρας. (pl. 2. 4to). Sextum locum occupat Actus Iubilaeus *de Varia Athenaei Lubecensis Fortuna*, indictus *Schediasmate de celebrioribus quibusdam Scholis* (5) *Lutheranis ante Martinum Lutherum, sacra divinis auspiciis emendantem* (pl.3. 4to), & d. 31 Octob. ita habitus, vt initium SEELENIVS fecerit sermone, quo *Athenaei Lubecensis Fortunam, qua secundum ei celebrare contigit Iubilaeum*, exposuit: secuti sint *Gabriel Christlieb Fitzmann* atq; *Ioannes Fridlieb Fitzmann*, Travemünda-Lubecenses, fratres germani, quorum ille *Athenaei Lubecensis Fortunam, qua excellentissimos nactum est Conditores & Conservatores*, edisseruit, hic vero *Athenaei Lubecensis Fortunam, qua* meli-

(4) Io. Reuchlini, Bilibald. Pirckheimeri, Hieron. Schurfii, Conr. Heresbachii.

(5) Pragensi, Wesseliana, Reuchliniana, Buschiana

meliorum literarum, & *sacrarum* & *humaniorum*, *splendore per duo saecula coruscavit*, *hodieq; coruscat*, declarauit: SEELENIVS *Voto pro Fortunae huius perpetuitate* actui colophonem imposuerit. Septimo denique actui, quo IOANNES WIDA, Lubecensis, d. 14. Novemb. Scholae Collega fuit inauguratus, *de corruptis Scholis Monasticis ad Aug. Confess. Art. de Abus. V & VI. Commentationem* (pl. 2. 4to) praemisit. Ipsi porro actus funebres occasionem ei dederunt, quaedam ad res Iubilaeas spectantia proferendi. Sic *Memoriae Viri magnifici & illustris DN. HERMANNI RODDE*, Reip. Lubec. Consulis primarii d. 19 Maj. defuncti, varia praemisit ac inseruit *de Annis Iubilaeis*, & annum pii hominis emortualem inter Iubilaeos principatum obtinere, euicit; nec non in *Memoria viri nobiliss. ampliss. ac consultiss. Dn. HERMANNI KROHN*, I. V. D. & Caussarum Patroni, d. 18 Sept. mortui, inter alia, *annum Iubilaeum* recte etiam dici *coronatum*, ostendit. Et quemadmodum mense anni Iubilaei tertio *Venerabili Ordini Sacro Lubecensi* dedicavit *Meditationes Exegeticas*, supra p. 482 sqq. recensitas, atq; hac occasione merito collaudavit summum summi DEI beneficium, quo Lubeca per duo saecula gavisa est praeconibus sacris incorruptae Augustanae Confessionis doctrinae professis, ita ultimo eiusdem mense Lubecam, exoptatissimo sacrorum Antistite potitam, felicem praedicavit, simulq; *Selectis, de Veteris Ecclesiae Theologis, eorumq; Testimoniis in Augustana Confessione citatis, Ob-*

ser-

servatienibus (pl. 3. 4to) Theologo Augustanae Confessioni sincere addicto, Viro summe rev. atq; excellentiss. D. IO. GOTTLOB CARPZOVIO, Ecclesiarum Lubecensium Superintendenti felicibus auspiciis constituto, novum munus candide gratulatus est, cuius voto boni omnes subscribunt, & tanto Viro vitam longissimam, consummatamq; prosperitatem serio nobiscum apprecantur! Anno etiam Iubilaeo SEELENIVS ordinariis lectionibus sacris pertractavit, atque divina gratia absolvit, Augustanam Confessionem, & potiora eius momenta ope dictatarum auditoribus suis *Quaestionum Symbolicarum* illustrare studuit.

Neque defuerunt *Scripta Iubilaea Poëtica*, Latina pariter ac Germanica, occasione Actuum solennium edita, e quibus nominari inprimis merentur duo M. MARTINI CHRISTIANI GOELDELII, Conrectoris, *Carmina Saecularia*, quorum primum inscribitur: *Lutherus in Carcere triumphans d. 29. Iun. carmine heroico repraesentatus* (pl. 1. fol.); alterum: *Repurgatum Franciscanorum Monasterium duce Hercule togato, B. Ioanne Bugenhagio, ob Catharinianum Iubilaeum in ampliss. panegyri celebratum d. 31 Octob. carmine heroico depictum.* (pl. 1. fol.)

Tandem hic mentio etiam facienda est Scripti, nuper admodum editi hoc titulo: **Das / bey** *Celebrirung* **des zweyten Evangelischen Jubel-Festes / Lebende Lübeck / nebst einem kurtzen Bericht / von der vor 200 Jahren allhier angegangenen und glücklich zum Stande gebrachten heilsahmen** Reformation, **imgleichen / wie das erste** Anno 1630 / **und das zweyte** Jubilæum 1730 **den 25 Jun. hieselbst gefeyret worden / zum immerwährenden Gedächtniß kürtzlich notiret und vorgestellet von** JOH. MATTHÆO WILLEBRANDT, I. V. C. (pl. 5. 8vo.)

Pag. 430. lin. 13. *Symrnam* leg. *Smyrnam*.
Pag. 449. l. 18. *Principem*, l. a *Principe*.

BIBLIOTHECA LVBECENSIS.

Vol. XII.



LVBECAE

SVMTV IONAE SCHMIDII.

TYPIS KOOPIANIS, A. MDCCXXXII.

[illegible]

Contenta.

I.

Protectio bonorum ecclesiasticorum, & confirmatio decimarum, THEODERICO, Lubecensium Episcopo, à Papa Romano CLEMENTE III. anno 1188. concessa, Ex originali. (a)

(a) Literas hasce protectionis & confirmationis sive Bullam, sive Breve vocaveris, perinde erit; posterior tamen adpellatio illis magis convenire videtur. *Brevia* enim dicuntur, qvod brevi via seu manu, remotis omnibus ambagibus absolvuntur, qvippe qvæ à Pontifice, utplurimum, sponte & absq; rei longa discussiore conficiuntur. *Bulla* vero ea de causa fiunt, ut diuturniores sint, illæ potissimum, qvæ Cardinalium subscriptione firmatæ, & Consistoriales dicuntur. Nec minus olim Brevibus qvam Bullis idem sigillum plumbeum appositum fuit, qvanqvam hodierno tempore in obsignandis Brevibus annulus Piscatoris ceræ impressus adhibeatur, docente IOH. MABILLONIO de *Re Diplom.* Lib.

CLemens, (b) Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili

(b) Lib. II. Cap. XIV. §. XI. p. 129. sq. Præsentium literarum exemplum authenticum servat Museum Max. Rev. Dn. SENIORIS nostri, qvi editionem illius haud illubenter permisit. Scriptum est in membrana crassiuscula, charactere pro illorum temporum ratione satis eleganti, plumbeumq; adjunctum habet sigillum, funiculo serico flavo appensum, qvod, si nomen solum excipias, simile omnino est illi, cujus iconem Vol. IX. hujus Biblioth. p. 4. expressimus. In antica enim imagines Divorum Pauli & Petri sistuntur, cum epigraphe: SPASPE, in postica autem nomen Pontificis: CLEMENS PP. III. legitur. Usum harum bullarum, sive sigillorum plumbeorum, ista ratione efformatorum MABILLONIVS l. c. repetit à temporibus Urbani II. qvi anno 1088. electus est, cum in vetustioribus literis Pontificiis Johannis V. Sergii I. Stephani III. Benedicti III. aliorumq; , solum Pontificis nomen in una, & in altera parte *Papæ* vocabulum inscriptum fuerit; si modo illud *Papa* vocabulum non ipsa Apostolorum PAuli ac PEtri nomina indigitat, uti fere ex sigillo Benedicti III. insigni documento ex papyro Ægyptiaca, qvod in archivo Corbejensi extat, annexo, suspicari licet. Vid. MAB. Lib. V. Tab. XLVII. p. 438. Dictus autem Urbanus II. tantum ex una parte bullæ nomen suum, ex altera vero nomina Sancti Petri & Sancti Pauli cum cruce apposuit: at Paschalis II. illius Successor,

li fratri Theoderico, (c) Lubicensi Episcopo, Salutem & Apostolicam

cessér, aliiq; posteriorum Pontificum pro nominibus Apostolorum çorum imagines seu capita expresserunt, uti patet ex Bulla Paschalis II. anno 1103. scripta, qvam æri incisam MABILLONIVS l. c. Lib. V. Tab. LI. p. 447. exhibet. Tangit qvoq; MABILLONIVS l. c. Lib. II. Cap. XIV. §. XIII. p. 130. sq. celebrem controversiam, cur in bullis pontificiis S. Paulus à dextris, Petrus à sinistris exhibeatur, putatq; fieri illud habita ratione intuentium, ad qvorum dexteram positus intelligitur Petrus, qvi alias sinister est positione erga Paulum. Conf. Lib. VI. Corollar. I. p. 623. A populis Orientis mos iste poterat repeti, si Ecclesiam Latinam æqve certo constaret, Persicos adoptasse ritus, ac Judaicos. Persarum enim hæc qvondam erat consvetudo, ut sinistram honoratiorem haberent dextra, ceu ex ordine accumbentium, à Cyro ad prandium vocatorum, patet, qvem XENOPHON Libr. VIII. παιδ. p. 151. edit. Basil. 1545. ap Nicol. Brylingerum, his verbis describit: Ὡς δ᾽ ἦλθον οἱ κληθέντες ἐπὶ τὸ δεῖπνον, οὐχ ὅπου ἔτυχεν ἕκαστον ἐκάθιζεν, ἀλλ᾽ ὃν μὲν μάλιστα ἐτίμα, παρὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα, ὡς εὐεπιβουλευτοτέρας ταύτης οὔσης, ἢ τῆς δεξιᾶς· τὸν δὲ δεύτερον, παρὰ τὴν δεξιάν·

benedictionem. Qvotiens a nobis petitur, qvod religioni & honestati con-

δεξιάν· τὸν δὲ τρίτον, πάλιν παρὰ τὴν ἀριστεράν· τὸν δὲ τέταρτον παρά τὴν δεξιάν· Καὶ ἢν πλείονες ὦσιν, ὡσαύτως. i. e. FRANC. PHILELPHO interprete: *Sed ut venerunt invitati ad cœnam, non temere & inconsulto singulos locabat ad mensam: Sed qvem maxime honoraret, ad sinistram sedere jubebat manum, qvod hac insidiis magis subjecta sit, qvam dextera: secundum vero ad dextram, tertium rursus ad sinistram & qvartum ad dextram: qvodsi plures essent, eodem modo.* Rationem hujus moris exponit BARNABAS BRISSONIVS, dum vel hodieq; apud plerasq; Orientis gentes, sive in incessu, sive in consessu, honoratiorem illum locum existimari asserit, qvi sinistræ alterius subest, lævumq; ejus latus premit, ideo qvod ensis, qvi læva accingitur, capulo imminet; de *Regno Persar.* Lib. I. §. 102. p. 153. sq. edit. JOH. HENR. LEDERLINI. Apud Romanos tamen dexter locus sinistro præferebatur, qva de re conf. JOH. MICH. DILHERRI *Dispp. Academ.* Tom. I. p. 385. sq. Dum vero MABILLONIUS loco antea citato p. 131. addit, immerito Heterodoxos hanc Petri & Pauli in picturis ac bullis positionem detorqvere contra Petri prærogativam ac dignitatem: id qvidem apud Heterodoxos, qvos ipsi vocare libet, in minimis censebitur argumentis, si unqvam illorum loco proferatur, cum graviora alia majorisq; ponderis

convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium im-

ris ſuppetant argumenta, quibus tributa Petro a Romanenſibus prærogativa, ſive præ aliis Apoſtolis, ſive præ Divo Paulo, convelli atque everti queat. Cæterum noſtrum, quod exhibemus, documentum, eo majori omnino in pretio eſt habendum, quo remotiorem iſtud attingit ætatem, privilegio quippe FRIDERICI I. Imperatoris coævum, & conſignatum anno poſt conditam urbem quadrageſimo octavo, & poſt translatam huc Oldenburgo Epiſcopalem ſedem vigeſimo quinto, ut adeo vel nulla vel perpauca, ætate eodem priora, aut etiam illi paria, documenta domeſtica reperire liceat.

(b) Pontifex hic juxta indicem chronologicum a DAN. PAPEBROCHIO in Propylæo *Maji* editum, & a celeberrimo I. A. FABRICIO in *Bibliograph. Antiqu.* cap. VII. p. 219. ſq. repetitum, dignitatem papalem obtinuit ann. 1187. d. 19. Dec. & mortuus eſt ann. 1191. d. 5. Aprilis. Alii tamen paulo aliter temporum rationes ineunt, e quibus hic memorabimus IO. ANTON. BRANDI, cujus extat *Cronologia de' Sommi Pontefici*, Romæ 1627. 40. iterata vice edita. Ille enim lit. F 7. de Clemente noſtro ſequentia habet. " Fu Clemente Terzo " Romano, detto prima Paolo Scolare, Cardinale, " e Veſcovo di Preneſte, creato Papa nel 1188. alli " 4. di Gennaro. Si volſe anch' egli all' impre- " ſa di Terra Santa. Imperoche il Saladino ha- " vea già preſo tutto il Prencipato d' Antiochia. "

A"

impertiri. Eapropter, venerabilis in Christo Frater, devotionem, quam

"A prieghi dunque del Pontefice tutti i Prenci- "pi Christiani presero l' arme, e principalmente "l' Imperatore, il Rè d' Inggilterra, il Duca di "Borgogna, Venetiani, Pisani, ed altri. Passati "i Christiani contra il Saladino sotto Tolemaide "fecero il fatto d' arme, e colui hebbe gran "danni. Fece Clemente molte opere buone. "Creò 13. Cardinali. Visse nel Pontificato tre "anni, due mesi, e 22. giorni. E morendo all "25. di Marzo 1191. la Sede vacò tre di." In diversa iterum abit BARTHOLOMÆVS SACCHVS, dictus PLATINA, qui postquam laudasset Clementem, quod mores Clericorum quorundam non satis probatos severitate sua emendaverit, mortuum eundem esse asserit pontificatus sui anno tertio, mense quinto, (nisi forsan legendum sit anno *quarto*) in *Vitis Pontificum*, f. 73. a. editionis Norib. 1481 fol. per *Antonium Koburger* curatæ, quæ in Bibliotheca nostra publica asservatur. Quemcunque autem eligas supputandi modum, id certum est, documentum nostrum A. C. 1188. perscriptum esse.

(c) Intelligitur *Theodericus I.* de quo laudatus Dn. Senior noster Tom. II. *Rerum Lubecensium* MSt. qui *Lubecam Religiosam* complectitur, Lib. I. cap. IV. p. 25. sq. refert: "Post *Conradi* discessum in di- "versa abierunt eligentium vota, aliis quidem "Abbatem Hersfeldensem, Archiepiscopi Bremen- "sis fratrem, aliis vero Præpositum Lubecen- "sem, *Davidem*, Episcopum expetentibus. Et

"hac

qvam erga nos & Romanam ecclesiam habere dinosceris, attendentes, & qvod ecclesia tibi commissa assiduis Sclavorum incursibus dampnabili presumptione pulsetur, personam

Ll 4 tuam,

" hac dissensione contigit, quod neuter illorum " fuerit electus, sed potius THEODERICVS, Præ- " positus Segebergensis & monasterii Zeven, qui " munus hoc ann. MCLXXXIV. invitus suscepit, " & sibi non sine lachrymis imponi passus est. Erat " enim valde demissi, & ab honoris cupiditate " alieni animi, imo fastum adeo abhorrebat, ut " cum Lubecam veniret, non pedes tantum, sed " etiam discalceatus incederet. Archiepiscopo " *Hartvico* quidem cognationis vinculo erat jun- " ctus: at quoniam ille a Bremensibus suis, a quo- " rum partibus *Theodericus* stabat, fuerat offensus, " iratus Præsul in episcopum excommunicationis " fulmen vibravit, a quo tamen per Cardinalem " quendam, e legatione Danica reversum, & " hac transeuntem, fuit liberatus. Ad quantam " aliquando cani sui capitis, ac venerandi vultus " reverentiam prædones, qui villas monasterii " Zeven diripuerant, adegerit, adeoque ipsis præ- " dam extorserit, *Arnoldus* noster lib. 4. c. 11. p. " 397. & ex eo *Krantzius Vandal.* l. 6. c. 35. plu- " ribus recenset. Eximiam quoque pietatis & " diligentiæ in officio pastorali laudem huic Epi- " scopo *Hermannus Bonnus* tribuit, in *Chron. Lub.* " ad ann. 1184. dicens: Desse Bisshop ys fram un- " de gelert gewesen unde hefft sulvest gepredi- " get."

tuam, & ecclesiam tue cure commissam, cum omnibus bonis, tam ecclesiasticis quam mundanis, qve in presentiarum rationabiliter possides, vel in futurum, prestante Domino, poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem decimas, tam tue civitatis, qvam totius Episcopatus, sicut eas juste ac sine controversia possides, sinceritati tue auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, protectionis ac confirmationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qvis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Rome (d) apud Sanctam Mariam

(d) Locum, ubi Pontificis literæ datæ sunt, rarius ex-

Mariam majorem VII. Kl. Octobr. Pontificatus nostri anno primo. (c)



exprimi ante sæculum XI. eumque ab Urbano II. in bullis majoris momenti apponi solere, in aliis brevioribus rescriptis prætermitti, observat MABILLONIUS ad calcem Libri VI. de *Re diplom.* Corollar I. p. 623.

(c) i. e. die XXV. Sept. anno Christi MCLXXXVIII.

II.
Fundatio Sacelli (*) in templo monasterii arcis, olim Dominicanorum, apud Lubecenses.

1433.

Ex membrana.

Wy Brodere, *Robert*, Provincial van Sassen, *Marquardus VVise*, Prior, *Helvvicus van Geismer*, *Hinricus van der Linden*, *Hinricus Horneborch*, *Johannes Barenstecker*, *Hogerus*, *Johannes*, Lesemester, *Nycolaus*, Supprior,

(*) Hodie Sacellum hoc condendis funeribus familiæ MELLIANÆ dicatum est, uti cognoscere licet ex tabula in eodem suspensa, aureisque literis sequentem in modum insignita: UT EXANTLATIS VITÆ LABORIBUS, AC IMMORTALI MENTE CÆLO REDDITA, DEFATIGATO ET EXANIMATO CORPORI SIT COMMODUS QUIESCENDI LOCUS, UNDE SUPREMA SERVATORIS VOCE EVOCATUM, AD VITAM MELIOREM PRODEAT, INEVITABILIS

prior, uñ gemeynliken alle wy anderen Brodere des Closters to der Borch, Predikers Orden, to Lubeke, bekennen openbar in dessem Breue, vor alleswemе, dat de ersamen Manne, Her *Johann Bere*, *Hinrik Crul*, uñ *Clavves Sassen*, ichteswanne Hern *Lodevvich Crulles*, guder Dechtnisse, Vormundere, in guder Ynnycheid bewagen, Gode tho Love, uñ syner benedyeden Moder, Juncvrouwen Marien, uñ

BILIS LETHI MEMOR, AT GLORIOSO VITÆ PRINCIPIS TRIUMPHO, IMMOTA RESURRECTIONIS SPE SUFFULTUS, SACELLUM HOC SEPULCHRALE SIBI SUISQUE HEREDITARIUM FECIT JACOBUS A MELLE, PASTOR MARIANUS, ANNO MDCCVII. Nuper & alia accessit tabula, epitaphii vicem præstans, hujus tenoris : DOROTHEÆ POMARIÆ, UXORI OPTIMÆ, JACOBUS A MELLE, ORDINIS SACRI LUBECENSIS SENIOR, QUI ANNOS QUADRAGINTA SEX CUM EA PERJUCUNDE VIXIT, HOC MONUM. POSUIT. FUIT MATER LIBERORUM IX. E QUIBUS VIDIT NEPOTES XIII. ET PRONEPOTEM UNUM, ANNOQUE ÆTAT. LXVII. SALUTIS MDCCXXXI. D. XIII. MAJI PLACIDE DECEDENS, MARITO VIDUO, SEPTUAGENARIO MAJORI, INSIGNE HOC SOLATIUM RELIQUIT, QUOD, OB ÆTATEM TAM PROVECTAM, SUAVISSIMO ANIMÆ SANCTISS. CONSORTIO BREVI SIT ITERUM, AC SINE INTERRUPTIONIS METU, GAVISURUS.

vñ den hilligen Martileren, Cosme vñ Damiano, ghemaket vñ bereden laten ene Capellen, in der Norder Syden, jeghen deme hoghen Altare, in vnſem nyen Chore, myt yſernen Scranken, vñ vorghuldeden Loueren, dar bouen. Dar to hebben ſe gheuen in de Capellen, uppe dat Altare, twe Bilde ſunte Cosme vnd Damiani, myt eren Paſſien, alze ſe ſtaen, twe miſſynges Luchtere, twe Antipendia, myt twen Liſten, vñ veer Miſſewede, myt Aluen, vñ aller Tobehorynge, vñ darto dat Bilde vnſes Heren, (*) by derſuluen Capellen ſtande, myt deme Huſete, vñ ghantzer Tobehoringe, alset begrepen ys, bouen Hern *Lodevvich Krulles* Graue. Dar to hebben ſe in vnſe Kloſter gheuen ene ſchone ſuluerne Bretzen, wol vorguldet, veerdehalue lodighe Mark uñ verdehalff Loet weghende, de vor ene Koerkappen denen ſchall, in vnſen Kloſtere,

(*) Statua Servatoris lignea, cujus hic mentio fit, una cum operculo faſtigiato, columnæ proximæ olim fuit affixa. Sepulchro ſubjacenti inſcriptum eſt: "Anno Domini M. CCCC. XXXI. Sequenti "die nativitatis Johannis Baptiſte obiit ..... (li"terarum deletarum vice lege: Dominus Ludo"vicus Krull) Conſul Lubecenſis, dator hujus "imaginis, orate pro eo."

ſtere, to ewighen Tiden. Hyr vmme, went ſe deſſe vorſcreuen Woldat van des vorbenomeden Hern *Lodevvighes* nalatenen Guderen vnſem Kloſtere bewiſet hebben, ſo willen vñ ſcholen wi, vñ vnſe Nakomelinge, vnſem Heren Gode to Danknamycheyt, in der vorſcreuen Capellen alle Daghe ene Miſſen leſen laten, vñ vppe den Dach der hilligen Martilere Cosme vñ Damiani in derſuluen Capellen ene erlike Miſſen ſingen van en, vñ ſinghen vp vnſen groten Orghelen, vñ dar to den erbenomeden Hern *Lodevvighe Krulle* vppe den Dach ſyner Yartid myt Vigilien vñ Zelemiſſen erliken beghaen, ghelik eft ſyn Licham yegenwardich ſtunde, vñ ene, uñ *Gheſeken*, ſyner Husvrouwen, van vnſen Predikſtole in Dechtniſſe hebben, in den Vridaghen uñ Sondaghen, vñ wan men der Doden dencket, vor erer beyder Selen to biddende, vnd dit ſcholen vñ willen wi, vñ vnſe Nakomelinge, in gantzen truwen alſo holden to ewighen Tiden. Ok ſcholen vñ willen wy, vñ vnſe Nakomelinge, de vorbenomede Bretzen vmme nenerleye Stucke effte Anualle vorkopen, vorſetten, effte entferningen van vnſen Kloſtere, uñ ok nenerleye Dynk van deme vorbenome-

me-

meden Altare wechbryngen laten, men islik wol vorwaren, in syner Stede uñ Denste to bliuende, dar id Gode vñ vns ys to ghegeuen. Weret ok, dat van Hern *Lodewich Krulles*, oft *Clawes Sassen*, Vrunden jenych Prester were, de in der vorbenomeden Capellen begehrde Missen to lesende, wo he dar Orlof to hebbe van deme Capittele, van vnsen Priore, vñ van den ghebornen Vrunden, so wil wi em gerne willichliken gunnen vñ tosteden, myd den Ornaten to der Capellen behorende. To grotere Betuchnisse desser vorschreuen Stucke, in rechter Truwe, sunder Arghelist, ewichliken uñ stede vast to holdende, so hebbe wi *Robertus* Prouincial, uñ dat gantze Conuent vorbenomet, vor uns uñ vnse Nakomelinge, vnse Ingheseghel eendrachtliken henghen laten an dessen Breef, ghegheuen na Godes Bort M. CCCC. in deme XXXIII. Jare, vp sunte Andreas Auent.

(L.S.) (L.S.)

III.

III.
Cerevisiæ dilutioris,
quæ vulgo COVENT appellatur, verum etymon.

Potus ille hordeaceus, qui extremum inter cerevisias locum occupat, & tam exilis est, ut non nisi merum ὕδωρ κρίθινον esse videatur, Germanis vulgo *Covent* audit, & quidem tali modo, ut superiores Saxones priori hujus vocis syllabæ accentum imponant, & *Cóvent* dicant, inferiores autem ad syllabam posteriorem festinantes, nomen dicti potus *Covènt* enuncient. Si quæras, unde hæc tenuioris Cerevisiæ denominatio sit orta? nihil certius est quam quod illa originem suam debeat Monachorum atque Monialium receptaculis, quæ non solum Monasteria, sed etiam *Conventus*, solent appellari. Cum in his enim dudum solemne fuerit, non simplici tantum victu, sed exili quoque potu uti, is ipse potus tenuis & dilutus inde nomen *Conventus* obtinuit, quasi *Cerevisiam Conventualem* diceres,

res, & hæc denominatio postea in correptam illam, seu corruptam, vocem, quam hodie adhibemus, abiit; ceu ad oculum patet ex quam plurimis documentis Monasticis, quæ hodie adhuc supersunt. Et horum non postremum est, quod ex Codice membranaceo Monasterii *Lubecensis* Dominicani, sive Fratrum Prædicatorum, depromtum, annoque MCCCCXXIII. datum, ita habet:

"Wy Brodere, *Marquardus* Prior, *Al-* "*bertus* Lesemester, *Johannes* Supprior, "vnde alle wy anderen Brodere des ghe- "menen Klosters to der Borgh to Lubeke, "Predikers Orden, bekennen apenbare, "vnde betughen an desseme Breue, dat "wi vorplichtet vnde vorbunden hebben "vns vnde vnse nakomelinghe, dat wy "willen der erbaren Vrouwen *Ermegarde* "*Pinnekes*, de wy vntfanghen hebben, vn- "de vntfanghen jeghenwardichliken, ver- "middelst kraft desser Scrift, an vnse Be- "scherminghe vnde Broderschop, alle da- "ghe, de wile dat se leuet, gheuen vte "vnser Kokenen alsodane Prouene, also "wy daghelikes pleghen to gheuende der "Marthen vnses Klosters, vnde scholen "vnd willen dersuluen Personen *Ermeghar-*

de gheuen alle Wekene dre Conuentes"
Brod, also vnse Brodere daghelikes eten,"
vnde eyne halue Tunnen *Conuentes*, also"
vaken, also wy bruwen. Queme id ok"
so, van redeliker brukinghe der Perso-"
nen *Ermegardes* vorbenomet, dat de vor-"
screuene halue Tunne *Conuentes* eer vt:"
queme, eer wy bruweden, so schole wy"
vnd willen er to erer personliken no-"
troft *Conuentes* pleghen, went to deme"
neghesten bruwende, vnde wi scholen"
vnde willen de suluen vorbenomede"
Ermegarde besorghen myt eyner ghedeli-"
ken Woninghe, der se brukende"
schal wesen ere leuedaghe. Vppe dat"
nu desse vorbenomede erlike Vrouwe"
Ermegard Pinnekes nicht vndancknamich"
en were alsodaner Ghunst vnd Woldat, so"
heft se in dat erste ghegheuen vnseme"
vorscreueden Klostere, in eyne milde Al-"
missen, dortich Lub. Marck, de wy re-"
de vpgheboret hebben, vnde an vnses"
Klosters Nut ghekeret. Vortmer so"
heft de vorbenomede *Ermegard* darto vns"
ghegheuen und vpghelaten twelf Marck"
Gheldes, jarlikes vp to borende, de"
wyle dat se leuet. Vortmer so heft de"
vorbenomede *Ermegard* sik suluen, myd"
alle deme, dat se heft, buten desse vor-"

 scre-"

"screuen Summen Penighe, gheoffert vn-
"seme Klostere, vor eyne Suster vnde
"Denerinnen, de wyle dat se leuet, myd
"sodaner Vnderschedinghe, dat se to ne-
"neme sunderghen Denste schal vorplich-
"tet wesen, vnd dat se schal vnd mach
"brukende wesen alles, dat se heft, de
"Tyd eres leuendes; wan se ouer dot is,
"so schal vnsem vorscreuen Kloster toho-
"ren, alle, dat se na let, weghelik offte
"vnbeweghelik, sunder Ansprake vnde
"Hindernisse erer Eruen, also dat Instru-
"ment vtwiset, dat ouer desse vorbeno-
"mede Offeringhe vnde Geuinghe van
"eyme Notario ghemaket is. Vnde hir-
"umme schal de sulue *Ermeghard* brukende
"wesen aller Gnade vnd Vryheit, dar-
"myd vnse Orde vor sodane Personen van
"den Pawesen beghauet is. To eyner
"merer Betuchnisse vnde Beweringhe alle
"desser vorscreuenen Stucke, so is, mid
"vnser aller Wischop, vnses Klosters In-
"gheseghel vor dessen Bref gehenghet,
"de ghescreuen vnde gheuen is, na Go-
"des Bord, M.CCCC. in deme dreunde-
"twintighesten Jare, des Sonnauendes vor
"alle Godes Hilghen daghe.

IV.

IV.

M. HENRICI Scholtz, Silesii,

Dissertatio de Mem clauso, *Jes. IX, 6.* Litera non mystica, sed gemina Grammatica.

SYNOPSIS.

§. I. *Pravus & subdolus Spiritus sacrarum literarum studio insidiatur; Speciatim oraculo Jesaiano: cui obviam eundum.*

§. II. *Circa vocem* לםרבה *explicandam qui modum excedant, aut errores librariorum observent, aut ineptias quærant?*

§. III. *Via regia, hoc est grammatica, haud est deserenda, quæ tradit illam figuram esse duplicem literam.*

§. IV. *Cui sententiæ & Chal-*

Chaldæus & Syrus, & B. Lutherus, & Lucas præsertim favent, saltim non refragantur.

§. V. *Nec aliam sententiam Jesaiæ verba reliqua poscunt, aut patiuntur: quæ illustrantur.*

§. VI. *Nec duplicem literam a sacri Cod. consuetudine abhorrere, exemplis verborum, vocalium, imo & aliarum literarum constat.*

§. VII. *Litera mem Nehemiæ aperta, & Jobi nun exponuntur.*

§. VIII. *Veritas hæc non nova est. Literæ etiam sacræ singulæ sunt examinandæ. Talmudi nihil cedendum, quod Christianæ noceat veritati.*

FINIS.

§. I.

Nulli studio insidiatus est magis ille humanæ salutis obtrectator atque adversarius, quam, quod literis sanctioribus fuit sacrum: cumque suis insidiis grammaticam obstare omnium maxume intelligat, nervos omnes intendit, ut hanc aut tolleret, aut nugis suis enervaret. Cujus nequitiæ exempla ut multa hic proferantur, opus esse haud existimo, cum omnium esse loco possit oraculum ex Jes. c. IX, 5. 6. petitum

titum, quod *filium Dei nobis datum, filium vero hominis nobis natum* prædicat. Virus, quod Draco ille ſpargit, unguis, quem Leo ille rapax heic oſtendit, neminem rerum ſacrarum peritum fugiunt. Voci ויקרא, quam intentaverit vim, omnes norunt. Vocem לםרבה, cui luſui vel potius ludibrio tum apud Judæos, tum apud Chriſtianos ſubjecerit, plurimi quidem ignorant, haud tamen ignorabunt, ubi argumentis certis malint cedere, quam vagæ opinioni. Novi quidem fore nonnullos, quibus opella hæc grammatica videatur levis eſſe; attamen, qui ſacrarum literarum ſtudium primis vel labris delibarunt, intelligent, quid ſæpe unicæ vel literæ debeatur. Cæteris, qui meis neſciunt cedere argumentis, ut mea evertant ſuis, ſuadeo. Ut enim ſingula Codicis S. verba ruminationem exigunt, ſic etiam eorundem literæ præſertim hebraicum conſtituentes codicem poſcunt examen. Hujus itaque ad rationem figuram illam vocis לםרבה quadratam volo revocare, ut σκοπὸς ejus genuinus conſtet cuique, ac ipſa hæc figura ab ineptis quorundam vitilitigationibus vindicetur. Interea tamen haud abs re judico eſſe futurum, ut, quæ totius

hujus oraculi ſenſum illuſtrent, hic ſubinde interſerantur.

§. II.

Quantumvis enumeres multos licet, qui periculum figuræ hujus quadratæ ם enodandæ fecerunt, tamen eos video in duas hic diſtractos eſſe ſententias. Alii nodum gladio ſolvere, alii æque diu luctati cum latentibus nodis myſterium cæperunt quærere, quorum illi quaſi deſperabundi (a) librarios *oſcitantiæ* accuſant; hi vero ם *mem*, quod vocant, *clauſum* ſomniant, quod modo *fines* regni Meſiæ, modo *muros* hieroſolymitanos, modo Judæorum *carceres*, modo *uterum* virginis Mariæ clauſos adumbret; aut, vel *nomen* Mariæ Matris Meſſiæ, vel *numerum annorum*, quibus Meſſiæ adventus ſit & fuerit futurus, exprimat. (b) Sed hi omnes

(a) *Elias Levita* Germanus cognomine המדקדק grammaticus, quamvis nihil minus fuerit, quam bonus grammaticus, pro ignorantia ſua hoc ם in Maſoretharum, quos vocant, non ſolum commentis habuit, ſed etiam ſcribarum mendis, cujus veſtigia lubrica *Lud. Capellus*, *Morinus*, *Richard. Simon* & alii legerunt.

(b) Quorum omnium ſententias b. A. PFEIFFERUS recenſet in *dubiis Vex.* p. m. 687. ſqq.

omnes si grammaticæ fecissent antea satis, istas ad ineptias non abiissent.

§. III.

Equidem eorum vestigia hic nolo legere, qui non tam studio veri reperiendi ardent, quam libidine sententiarum cumulum nova eaque singulari sententia cumulandi, ducuntur, ut lectionis gloriosæ vanitatem studii nomine vendant: sed contemtum modo Grammatices hic tantopere neglectæ conor vindicare. Hæc enim literarum doctrina figuram hancce ם mem esse clausum nullo hic modo docet, neque defendit, quia hæc figura terminationi alias vocum propria usum tunc amittit literæ consuetum, cujus tamen gratia omnes tantum sunt literæ; nec ratio literarum hieroglyphica, uti Ægyptiis quidem olim singularis, sic a sacra simplicitate longe aliena, quicquam valet. (a)

(a) Valorem intelligo illum, quem literarum ductibus tribuunt CABBALISTÆ, FR. MERC. HELMONTIUS, JOH. CARAM. LOBKOVITZIUS, & J. W. ZIEROLDUS. De quibus *Joh. Mich. Langius* in diss. *de Charactere primævo bibl. Hebr.* c. III. B. CASP. NEUMANNUS Inspector Vratisl. omnium celeber-

Ut taceam veritatis ſanctæ hoſtes, quorum principes ſunt, qui divina ſemper oracula caliginis accuſant, oraculis Dodonæis obſcurioris. Hæc & multa alia me movent, ut figuram hanc ם voci לםרבה inſertam *literam* eſſe *duplicem* ſtatuam, ex duabus Hebræorum literis he ה nempe ac mem מ conflatam, quæ *duplicem* verbi *formam* Hebræis admodum familiarem, videlicet לְהַרְבָּה *infinitivum* ac לְמַרְבֵּה *participium* componeret atque efficeret. Si porro interpretationis ratio a me poſcitur, cur duplex hic temporis compareat forma, duplex ejus in ipſo oraculo latet cauſa. Alteram cohærentia literæ ל, quæ partim comma 6. cum comm. 5. partim prioris periodi membra ſecum conjungit, ut להרבה voci להכין reſpondeat, exhibet: Alteram cohærentia cum vocibus אין־קץ, ad quas vox למרבה pariter ac לשלום reſpiciunt, oſtendit. Quæ conſequen-

berrimus an illum valorem pleno aſſenſu approbaverit, haud ſatis conſtat. Interea conf. de eo *Acta eruditorum Germ.* Part. XXXIII. p. 728. *J. Ch. VVolffii Hiſt. Lexic. Hebr. Claſſ.* II. §. 92. *V. E. Læſcherus* de Cauſ. L. E. Lib. I. c. X. §. 16. p. 139. ſq. Lib. II. c. II. §. 6. p. 256. *M. Henr. Scharbau* V. D. M. Lub. P. II. *Parerg. Philol. Theol.* p. 129. ſqq.

quentur, hæc omnia illuſtrabunt magis & confirmabunt.

§. IV.

Hanc igitur figuram quadratam voci לםרבה inſertam ex ה atque ב ita conflari aio, ut, quamvis uno ſonitu pronuntiari nequeat, diſtincta tamen voce tam לְהַרְבֵּה quam לְמַרְבֵּה non poſſit non legi. Hanc præterea figuram loco literæ מ eſſe omnes præſertim Talmudis diſcipuli, atque recentiores C. S. interpretes ambabus, ut ajunt, largiuntur. Legunt enim למרבה omnes. (a) Sed, in quo jam rei verſatur cardo, literam ה, dum nunquam exprimunt, in voce hac למרבה ignorant. Nihilo tamen ſecius, ut fatear, quod res eſt, antiquiores illi C. S. interpretes vocem hanc non ita ex hebræo in alios transtulere ſermones, ut nulla plane iſtius literæ ה relinquerent veſtigia. *Jonathan* illeChaldæus vocem סגי e præcedente commate repetiit conſulto, cujus v. 5. verba poſtrema, hæc erant: דִּשְׁלָמָא יִסְגֵּי עֲלָנָא בְּיוֹמוֹהִי׃

Mm 5 cu-

(a) Conf. R. S. Jarchi, AbenEsra, Kimchi, Abarbanel, b. Melech; Chriſtiani haud abeunt.

cujus pax erit multa super nos in ejus diebus. Hæc ſequuntur noſtra: סַגִּי רְבוּ לְעָבְדֵי אוֹרַיְתָא וּלְנָטְרֵי שְׁלָמָא לֵית סוֹף וגו׳ *multiplicavit dignitatem facientibus legem ac cuſtodientibus pacem non eſt finis* &c. Atque ita, ſicut vox להרבה ad præeuntia reſpicit, Chaldæus quoque ea, quæ præeunt, cum iis, quæ ſequuntur, conjunxit. Longe autem felicius *Syrus*, licet vocem למרבה (b) neglexerit, tamen vocem להרבה adcurate expreſſit. Hanc enim ita transtulit: למסגיו שולטנה ולשלמה ליס סבא: *ad augendum ejus dominium, ut paci ejus finis non ſit.* Ita & b. *Lutherus*: Auf daß ſeine Herrſchafft groß werde.' Aliud hi non fecerunt, atque *Lucas* S. docuit. (c) Hic cum vox למרבה, quatenus Jeſus homines ad ſe convertendo, pacemque iis dando ſuum erat aucturus dominatum, expri-

(b) Syro quidem N. T. interpreti venit uſu non ſolum loco infinitivi græci participium exprimere, Marc. I. 45. II. 2.; ſed etiam infinitivum, quando participium græcus adhibet, exhibere, Ebr. VI. 14. An vero V. T. interpres adeum uſum hic reſpexerit, non examinandi locus eſt. Hoc liquet, quia מסגין infinitivus eſt, Syrum interpretem non vocem למרבה ſed להרבה expreſſiſſe. (c) Cap. I.

primenda esset, ait: καὶ τῆς βασιλείας αὐτῦ ἐκ ἔςαι τέλος; (d) Cum vero vox illa לםרבה esset interpretanda, statim ab initio (e) ait: ἕτος ἔςαι μέγας. Scilicet datus & natus Jesus erit magnus.

§. V.

Hæc quæ jam docui, non modo vocum sensusque cohærentia habet rata, sed etiam, ut ita se habeant, voluit. Litera enim ל huic voci præfixa aut ad voces אין־קץ eodem modo, quo vox לשלום se habet, respicit, atque tunc vocem למרבה esse nomen innuit, cujus formam litera מ præmissa ab aliis nominum verborumve distinguit formis: aut exponit, cur *natus ille filius principatu* illo *in humeros elato* gaudeat, curque nomen suum virtutemque suam prædicet? Atque vocem illam tunc infinitivum esse intelligimus facile, quam Hiphil absolvit. Hic tamen infinitivus terminationem in exitu ה habet singularem, non ות pluralem, quod unum modo objectum, ut vocant, adest, unus scilicet Spiritus, una fides, atque unum etiam cor-

(d) v. 33. (e) v. 32.

corpus (a) principe Christo componendum. Hanc porro vocem infinitivum esse duo potissimum evincunt. Si namque sola litera מ *mem* sive clausi sive aperti hic valeret, neque hunc in modum, uti ostendimus, cum iis, quæ præcedunt, vox hæcce cohæreret, ו *vav* copulativum præfigendum esse. statuatur, necesse est, quod alias sensus vocum אבי־עד שר שלום tantum in nostra voce למרבה, cum reliquis accentuum vinculo probe cohærente, repeteretur. Quæ etiam ratio græcum movit interpretem, ut, cum oraculum hocce, licet neque recte lectum, neque bene intellectum ex hebræo in græcum transferret sermonem, vocem καὶ adderet. Hunc enim in in modum scribit: ἄξω γὰρ εἰρήνην ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ ὑγιείαν αὐτῷ. (b) Deinde & conditio vocis לְהָכִין postulat, ut vox למרבה non solum in למרבה sed etiam להרבה exsolvatur, Manet enim & fixum est, duo oraculi nostri commata indissolubili inter se nexu cohærere, quorum

(a) Ephes. IV. 4. 5.

(b) Cf. B. *Weimari* usus accent. Bibl. edit. 1720. 4. p. 113. & D. *Varenii* Comment. in Jes. p. 244.

rum prius (c) Christi *naturas* atque *officia* designet, posterius (d) autem eorundem effectum describat geminum, alterum, quatenus Christus המשרה principatum istum

(c) Jes. IX. 5. vid. B. *VVeimari* usus accent. bibl. p. 112. sqq. *Henr. Bened. Starkii* Lux accent. p. 45. sq. & Præf. nec non *Joh. Franckii* Abyss. Myster. accent. p. 20. Horum postremus b. *Dörffelii* Tyrocinium secutus in vocibus, quæ Christi nomen hic describunt, mysterium S. S. Trinitatis sibi invenisse videtur. Verum, qua injuria, quo jure, quilibet intelligit, perpendens, hic non totius S. Triadis nomina, sed Jesu Christi prædicari. Tres dantur nominum ordines, ast æquali accentuum mensura haud distinguntur. Ultimus enim ordo a duobus prioribus majori cum discrimine distat, quam priores duo a semet ipsis distinguantur. Contra, omnibus rite examinatis, triplex potius Christi officium hic depingi colligo, ac ostenditur, quomodo Christus verus Deus & verus homo *Vatis*, *sacerdotisque* munus subierit, ac *regem* egerit. Horum autem quodlibet munus duobus vocabulis, quorum prius divinam naturam, posterius humanam, utramque tamen in uno ὑφισαμένῳ consideratam designat, delineatur. Quumque nomina postrema paulo efficacius distinguantur a prioribus, auctor porro divinus utrumque simul Christi statum & humilem & deinde excelsum tali accentuum discrimine voluit indicare. *Hieronymi* ratio & Tlischa פלא distinguens haud obstant

(d) v. 6.

istum *acquisiverit*, (e) alterum, quatenus eundem *conservet*. Vox להרבה indicat illam *acquisitionem*, vox autem לְהָכִין hanc ejus *conservationem*. Interea dum hæc meditor, tria se offerunt examinanda. *Primo* enim ratio est reddenda, cur vocem hanc להכין non potius ad *regnum*, cujus descriptio proxume antecedit, sed ad principatum per vocem המשרה indicatum, referam? *deinde*, si τὸ לְהָכִין ad regnum seu ad vocabulum ממלכתו haud respiciat, cur non vinculum ו *vav* cum τῷ להרבה conjungens præmittatur? *Denique*, cur τὸ להכין non æque ac τὸ למרבה figuram hanc ם quadratam acceperit? *Primo* illi dubio accentuum auctoritas pariter ac vocabulum אַתָּה occurrit. Uti enim vox להכין a proxume præcedentibus virtute accentus *Sakephkaton* dicti sollicitissime discernitur; ita quoque Sermoni hebræo solemne est objectum remotum non proximum per vocabulum אתה indicare, (f) quoniam, si vox

(e) Vates id adpellat hic משרה, quod v. 3. *baculum humeri* nominaverat. Vide Patrum τὴν βασιλείαν τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ. *Conf. Cotelerii* Epist. *Barnabæ* c. 8. & alii. (f) Jer. XXXIII. 2.

vox אתה ad lò מַמְלַכְתּוֹ respiceret, לַהֲכִינָהּ dici potuerat ac ſufficiebat. Vocabulo igitnr אתה Jeſaias hic utitur, quod Chriſtus non tam regnum ipſum erat confirmaturus, quam המשרה regni dominationem atque ſuum in iſto regno principatum, qui regni virtus verumque eſt indicium. *Deinde*, ut, dum dominatio illa ſeſe latius extendit, regnique fines longius promoventur, illam quoque confirmari ſimul ſignificaret vates, non ולהכין ſed tantum modo להכין ſcripſit. Vox quippe להכין æque a commate quinto pendet, ac vocabulum להרבה pendere demonſtravi. Ut *denique* conſtet etiam, cur vocem להכין non quoque, ut lò למרבה videamus לםכין ſcriptam, ex eo, quod ſupra dictum eſt, obſcurum eſſe nequit. Vocum ſeries, ad quas lò להכין proxume reſpicit, talem cohærentiam, qualem voces illæ אין־קץ habent, haud poſcit. Nam ubi petra eſt, (a) atque docet, ibi adverſus hanc etiamve firmiſſimæ inferorum portæ nihil valent; contra vero, licet homines doctrinam Jeſu amplexi pacem habeant divinam, quando puræ doctrinæ tol-

(g) Matth. XVI, 18.

tollitur palladium, ſtatim quoque pax illa divina auffertur. Hinc etiam vocibus, quæ dominationis acquiſitionem pacisque perpetuitatem pollicentur; voces hæ אין־קץ leguntur ſubjunctæ. Si ergo Jeſaias hebræus illam noſtram vocem לםרבה non conjunctim, ſed ſeparatim pingere voluiſſet, hunc fere in modum a ſemet ipſis disjunxiſſet literas. לְהַרְבֵּה־הַמִּשְׂרָה לְמַרְבֵּה וּלְשָׁלוֹם אֵין־קֵץ וגו׳ quarum vocum ſententiam cum reliquis hujus oraculi verbis ita cohærere intelligo: *Puer genititus eſt nobis, filius datus eſt nobis: ut ſit ille principatus* (h) *ſuper ejus humero; prædicet* (i) *ſuum nomen, mirum conſulens Deum*

(h) non משרה ſed המשרה principatus antea jam deſcriptus.

(i) Vox וַיִּקְרָא, qvatenus cum iis, qvæ conſeqvuntur, cohæret, me qvidem judice, tot rixis præter neceſſitatem ſuccubuit. Rectè omnino inexpiabilis illa ac ſcelerata Judæorum audacia reſpuitur, ſed, cur formam hujus vocis activam plane negligamus, neq; opus habemus, neq; tenemur. Si modo indolem Lingvæ hebreæ ſervemus integram; ſi modo in totius contextus naturam paulo penitius penetremus, ſi denique rationem accentuum habemus juſtam, ſane

Deum virilem; Patrem æternitatis, principem pacis: ad amplificandum illum principatum, sine amplificantis ac pacis fine, occupato Davidis solio regnoque: ad illius porro dominationem confirmandum stabiliendumque eandem: *quod utrumque dum* amplificat ac confirmat, *judicando faciet atque justificando*, &c. Quæ si cum Lucæ verbis conferantur, probe convenient.

 §.VI.

ſane verſuta illa & fallax nocendi ratio Judæorum nullo negotio per ſe evaneſcet. Egomet rei grammaticæ ſatis facturus retinui activum eo ſenſu, quem Moſes huic voci קרא ineſſe voluit Deut. XXXII. 3. ubi ait: את שם יהוה אקרא & b. Lutherus bene tranſtulit: Ich wil den Nahmen des Herren preiſen / ſeu predigen. Quorſum & ego ſine ullo ſcrupulo oraculum Jer. XXIII. 6. XXXIII. 16 refero; quod, *Christus*, inquit, *se ita prædicaturus est, ut se Deum nostram esse justitiam intelligamus ac credamus.* Nam Jeſ. LIII, 11. *sui cognitione justum* dicitur *justificare.* B. quidem Varenius ſtolidos vocat eos, qui paſſivam formam hic non ſub activæ ſpecie videant. At, quæſo, quale argumentum? Verbum, ויקרא nomina, quæ ſequuntur, non agnoſcit nominantia, ergo ſubjecto explicito caret. Cum tamen ſubjectum ipſum explicitum nominans in *puero nato & filio dato* exprimatur.

§. VI.

Vocis לםרבה sensum huc usque potissimum sumus persecuti. Ne autem nos, dum ejus formam explicamus, culpari possimus, quicquam ἄλερ γραφῆς dixisse aut scripsisse, brevibus jam ac paucis adhuc dicemus, Codicis Hebræi consuetudinem non abhorrere ab isto more *una voce* vel *plures* pingendi. Hinc est, ut in uno nomine, in uno verbo *plures* deprehendamus *formas*, in uno vocalis signo *duas* intelligamus *vocales*. Hinc quoque est, ut in una eademque figura *duas* videamus *literas* expressas. Quem enim rei grammaticæ Hebrææ peritum fugit vocabulum יִרַדֹּף, (a) cujus vocalis *chirek* hic etiam munus obit signi, quod grammatici *Schva* vocant? Hæc enim vox omnium peritiorum confessione duplicem in se continet formam, quæ vel est יִרְדֹּף vel יְרַדֵּף, qua *David* se ab hoste tum corporis viribus peti, tum animi studio exagitari significavit. (b) Ad hunc quoque modum se

(a) Psalm VII. 6.

(b) Conf. b. *Melechi Verba*, quæ hanc formam probe explicant.

ſe habet vox תְּבוּאָתָהּ, (c) quæ *Salomoni* b. *Melech Kimchii* Judæorum Grammatici compilatori recte quidem ex duplici compoſita eſſe videtur voce. In ea tamen abita vero, quod duplicem hanc vocem putat eſſe verbum תָּבוֹא bis eandem vocem ſubiens, cum tamen externa literarum ratio potius voces תָּבוֹא atque תְּאוּאָתָהּ componentes indicent. (d) Atque ita Cholem vocalis in ſe vocalem ſchurek, quam quam vocant continebit. Ita quoque Hoſeas vates ait: (e) בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי יְקִמֵנוּ *tertio die ſuſcitabit nos.* Cur non יְקִימֵנוּ? Ratio haud ſane alia eſt, quam ut formæ יְקַמֵּנוּ locus relinquatur, atque dicatur,

 Chri-

(c) Deuter. XXXIII. 16.

(d) תָּאוֹא תְּבוּאָתָהּ *proveniet terra iſtius proventus*, uti extat Levit. XXV. 22.

(e) Cap. VI. 2. Ne tamen me quis, putet illam ἀμφιλοξόγητα Sacrarum literarum tueri, ſciat me diſtinguere inter *ſenſum* & *formam* literarum SS. Literarum unus datur ſenſus, non una ubique forma adminiculo Grammatices ſemper clara. Cf. *Pfeifferi* Hermen. Cap. III, §. 4. Can. 7. n. 3. p. 143.

Christum, dum nos tertio die suscitaret, ipsum quoque antea jam surrexisse. Uti ait: (f) ἐγὼ ζῶ, καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε. Ezechiel prædixit: (g) שְׁמֻעָה אֶל־שְׁמוּעָה תִּהְיֶה Cur non utrumque potius שְׁמוּעָה est, sed prius tantummodo שְׁמֻעָה? Profecto, uno hoc vocalis *kübbutz* signo simul vocalem *Kametz* atque ita vocem שְׁמָעָה indicare voluit vates, ut famæ caussam, illiusque effectum, *auditionem* ac *auditum* simul significaret. Hinc & *Jesaias* (h) ait: מִי הֶאֱמִין לִשְׁמֻעָתֵנוּ quæ *Johannes* (i) ita transtulit: Τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; *Quis fidem habuit ei, quod auditio nostra est?* Vocabulum, ἀκοὴ magis voci שְׁמָעָה respondet (k) quam שְׁמוּעָה, quia ἀκοὴ est actio

(f) Johan. XIV. 3. 19. (g) c. VII. 26.

(h) c. LIII. 1. (i) c. XII. 38.

(k) Hac tam diversa vocalium ratione recte concludo, originem punctorum, quæ vocant, hebraicorum non ab hominibus seu literarum ætate recentioribus seu aliis præter sanctos pendere. Nam, si Masorethæ, quos nonnulli fingunt, ea

actio audiendi jam suscepta, (l) si vero τὸ שְׁמוּעָה, quod patiendi vim habet, fuisset græce exprimendum, apud Johannem non ἀκοὴ sed ἄκουσμα legeremus. (m) Exinde Joannes (n) Jesum porro dixisse refert: ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα. Jam quidem mihi videor satis exemplorum attulisse, quæ formas vocalis duplicis demonstrarent; sed, antequam progrederer, exempla formarum diversarum in una eademque seu nominum seu verborum voce latentium singularia fuissent proferenda: Attamen, quoniam alii (o) eorum copiam contulerunt, plura addere puto supervacaneum esse. Quod vero specialiter attinet de litera adhuc duplici dicere, unum illud תִּרְגַּלְתִּי (p) instar omnium esse potest.

ea addiderunt, cur non omnes has formas vel שְׁמוּעָה, vel שְׁמֻעָה vel שְׁמָעָה scripserunt? Omnes enim has formas Hebræis olim fuisse usui, aliarum probant vocum formæ.

(l) Cf. *Stephani* Thesaur. in voce ἀκούω f. *Scapula* Lexic. in voce ἀκοή.

(m) ibid. (n) c. XII. 49.

(o) Cf. b. DANTZII Præceptoris mei etiam post cineres venerandi Liter. c. V. §. 42. obs. 3.

(p) HOSEÆ XI. 3.

test. Figura enim ת in se & ה & ת continet. Litera ה efficit formam *hiphil*, הִרְגַּלְתִּי, litera vero ת constituit formam nominis תִּרְגַּלְתִּי. (q) Quam duplicis literæ figuram *Chaldæus Jonathan* innuit (r) & *Kimchius* (s) cum aliis concedit, quasi esset scriptum: וְאָנֹכִי הִרְגַּלְתִּי־תִּרְגַּלְתִּי לְאֶפְרַיִם קָחָם עַל־זְרוֹעֹתָיו *Et ego constitui exploratorem Ephraimo sumentem hos in suas ulnas*. Atque ita quoque hoc exemplum nostram figuram, quæ in voce לםרבה apparet, duplicem esse literam potest confirmare.

§. VII.

(q) Hoc nomen eadem terminatione concluditur, quam nomen מוֹרַשְׁתִּי Jerem. XXVI. 18. Mich. I. 1, in exitu habet, quod talem significet, qui exploratorum curam agit, atque ipse est *exploratorius* Ephraimo destinatus.

(r) Targum Jon. ita transtulit: *Atque ego per angelum a me missum deduxi in via recta Israelem.* Conf. *Abarbanel, Jarchi*, & alii, qui per angelum intelligunt Mosen, cum tamen sine dubio Christus fuit.

(s) KIMCHIUS probata grammaticorum sententia, quod ת loco ה sit intelligendum, addit sententiam alius Rabbini, quod sit formæ תפארת.

§. VII.

Quum igitur hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem divini verbi esse fixam immotamque intelligamus, ut *ultra literam haud sapere audeamus*, (a) in misero versentur errore, necesse est, qui literis divinis aliunde, quam ex grammatica ab ipsis literis tradita opem ferre cupiunt. At ii, qui opem illam ab audaci mysteria fingendi lacuna petunt, literam parvi pendunt. Quorum in numero habeo & illos, qui cum Talmude fabularum utero figuram Jesaiæ hanc non solum nomine *mem clausi* excludunt, sed etiam ejus mysterii rationem in Nehemiæ (b) *mem aperto* invenisse sibi videntur. Hi fabulas fabulis cumulant, hoc modo fabulas conantes probare. Judæi & Christianorum nonnulli, qui sibi laudi ducunt Judæorum in nugis esse discipuli, hoc *mem clausi* mysterium revelaturi ajunt, hac figura muros hierosolymitanos clausos, seu imperium Christi ab hostium irruptione tutum adumbrari, quia Nehemiæ מ apertum muros Hierosolymorum disruptos li-

(a) 1. Cor. IV. 6. (b) Nehem. II, 13.

beram hostibus in urbem irrumpendi viam reliquisse ostenderet. Egregia sane fabula illius reconciliationis gratia denuo data! An literarum figura, an grammatica docet? Deinde, si hoc Judæorum argumentum ex Nehemiæ libro petitum, paulo accuratius examinemus, non modo ejus vanitatem cognoscemus, verum & aperte videbimus, in quam crassam Linguæ S. ignorantiam sese Talmudis gratia conjecerint, ut discrimen generis maris & fœminæ haud amplius teneant. Nam, si voces הֵם פְּרוּצִים de Hierosolymorum muris aut ipsa urbe essent intelligendæ, Nehemias non potuisset אֲשֶׁר הֵם פְּרוּצִים scribere, sed אֲשֶׁר הֵנָּה פְּרוּצִית quod, voces חוֹמֹת יְרוּשָׁלַיִם sine aliarum vocum interventu præcedunt. (c) Rectius ergo illud

(c) *Enallagen*, quam alias tantopere venditant, esse asylum ignorantiæ scio. Quod, cum cel. Witteb. Prof. FR. WOKENIUS nuper destruere cœperit, non mediocriter de sana C. S. interpretandi ratione meritus est. Dedit enim Ao. 1730. *Enallagen e N T. græci textus præcipuis & plurimis locis exterminatam.* Uti autem felici aggressus est ausu, eam præcipuis N. T. locis exterminare,

illud eſt conſilium, quod duplex hic eſſe objectum uno etiam vocabulo indicandum, ſuadet. Voces illæ diviſæ ad שערים ſeu portas, per quas Nehemias jumento vectus noctu exierat, partim reſpiciunt, partim quoque ad rudera murorum portarumque, quod jumentum Nehemiæ pedibus calcabat, (d) referuntur. Ut ergo ex duabus illis vocibus המ פרוצים, quas portas dicunt ruptas, componi poſſet una הַמְּפְרוּצִים, quod rudera denotet, auctor ſacer literam מ reliquit apertam, quod Nehemiam, quum portæ eſſent *dirutæ*, igneque conſumtæ, per murorum *rudera* ire coactum fuiſſe, ſignificaret. Ita etiam illa Jobi litera נ nun contracta, quam loco literæ ה demiſſæ offendimus, eſt æſtimanda, per quam itidem duæ indicantur voces. Primo enim (e) cum Deus Jobum ex turbine illo מִן הַסְּעָרָה eſſet affaturus מֹנֵה סְעָרָה turbinem ſeu *tempeſtatem contrahens* dicitur. Deinde (f) cum affatus

nare, ita feliciori rem auſu aggrederetur is, qui eandem ex utroque teſtamento exterminaret, quod facili negotio poſſe fieri ſcio.

(d) Quod vox שבר probe depingit.

(e) Job. XXXVIII. 1. (f) c. XL. 7.

tus eum esset Deus, atque *ex tempestate* מִן סְעָרָה pergeret eum affari, dicitur eundem Jobum ex illa *tempestate* jam *concitata* seu contracta מִבְּסְעָרָה סְעָרָה affatus. Sed, quia hæc litera nugis Judaicis minus favet, vix curant, nihilo tamen secius, cum literam vel unam trium vocum formas edere, ostendit, meam quoque sententiam de figura ם admodum juvat atque confirmat.

§. VIII.

Quanquam multo plura in hanc sententiam possunt dici, tamen hæc, quæ dicta sunt, satis cumulate facient his, quibus non tam patefactio rei, quam ipsius hujus veritas curæ cordique est. Dum enim hæc ago, id volo, id contendo, non, ut novis veritatibus inhiem, quæ nullæ sunt, sed, ut veritatibus injuria hominum suppressis officiosam pro viribus fidem dextramque porrigam. Quod etiam consilium, cum, si ingenuo viri S. R. HENR. SCHARBAVII, judicio (a) statur, inno-

(a) Part. II. parergg. Phil. Theol. p. 147.

innocens ſit, me ab adverſariorum petulantia præſtat ſecurum. Quippe veritate judico fundatum, quod etiam cæca alias Judæorum indoles nobis integrum cogitur relinquerē, eſſe in ſacris literis ne unam quidem literam, a qua non ingentes pendeant montes. (b) Quin imo nos, quorum intereſſe debet cæcum Judæis velamen Moſis ab oculis tollere, pudeat, hanc literam ם duplicem concedere Talmudi eſſe myſterium, cui illa tantummodo ad Chriſti tempora myſterium fore (c) videatur.

(b) Sic enim Cabbaliſtæ. אין בתורה אפילו אות אחת שאין הרים גדולים תלויין בה׃

(c) *Tract. Schabbath.* Cap. XII. it. Sanhedrin. c. XI. רצ׳ תה בת קול ואמרה רזי לי כנ׳ לי וגו׳ אמר נביא עד מתי נסתרות שלי חן יבוא משיח׃

V.

V.

M. HENRICI SCHARBAU OBSERVATIONUM BASNAGIANARUM In Flavium Josephum

Pars altera. (*)

Quibus varia illustris scriptoris loca illustrantur, vindicantur, emendantur.

Conspectus.

§. *I.) Amplificatio Regni Agrippæ contra Harduinum ex Josepho. II.) De Dominio Herodis in Hierosolymarum urbem ejusque morte. Illustratur Act. XII. 21. III.) De Cassio Longino Marsi in præsidio Syriæ Successore. Josephus contra Taci-*

(*) Vid. vol. X. p. 202. sq. hujus Bibliothecæ.

Tacitum vindicatus. IV.) De literis Claudii quarum Josephus mentionem facit, disceptatio cum Baronio. V.) De Quadrati in Judæos supplicio, contra Orosium & Baronium. VI.) De Præfectura Cumani & Felicis. Discordia inter Tacitum & Josephum frustra a Baronio & Pearsonio composita. VII.) De Lydda ex Josepho ad illustrationem Act. IX. 32. De Berenice ad Act. XXV. 13. VIII.) Josephus in historia de Mago Ægyptio ex Act. XXI. 38. emendatus. IX.) Herodes an Judæus an alienigena? contra Natalem Alexandrum, an Atheniensis? contra Harduinum. X.) Narratio Josephi de Jacobo fratre Christi contra Hegesippum defensa. XI.) Epocha Herodis ex morte Antigoni contra Capellum.

Ad libros de bello Judaico.

§. *I.) Gelenii versio emendata ad L. I. c. XIV. II.) Josephus emendatus circa tempus instaurati templi. Lightfootus notatus. III.) De Caligulæ morte ejusque tem-*

tempore, contra Baronium Josephus defensus. IV.) L. II. c, XII. n. IIX. *non legi debere Felicis sed Philippi. Agrippam annum Domini LXXVI. vita attigisse.* V.) *Votum Berenices quale? Quis* στρατηγῶν *apud Josephum.* VI.) *Gelenii versio denuo reprehensa.* VII.) *De Phane summo sacerdote hominum ignorantissimo.* VIII.) *Disceptatio Chronologica de anno, quo Vespasianus Judaeam, exceptis Hierosolymis subegit.* IX.) *Character temporis ex Josepho. Novilunia Judaeorum non ex phasi sed calendario.* X.) *Duo loca ex* vita Josephi *illustrata.*

§. I.

Josephus noster Lib. XIX. cap. V. n. 1. p. 943. describit Claudii erga Agrippam benignitatem. Proposito quippe edicto imperium, quod Cajus ei dederat confirmavit, Regem verbis quam amplissimis laudavit, & adjecit, quicquid Judaeae & Samariae olim ad ejus avi Herodis regnum pertinuerat. HARDUINUS (*de num. Herod.* p. 46.) Josepho contradicit; sed loquatur ejus defensor *Basnagius.*

gius. Placuit Harduino, de donato Agrippæ Samariæ regno convellere Josephi narrationem, eo solo freto argumento, quod Judæa defuncto Archelao *Provincia Augusti fuerit.* Josephum tamen vera prædicasse, ostendit Dio, nobilis Historicus (L. LX. p. 670.) *Agrippæ Palæstino, qui eum in potiundo Principatu adjuverat, regnum auxit, honores consulares tribuit, fratri ejus Herodi Prætoriam dignitatem & Principatum quendam concessit.* Neque sane Jacobum Domini fratrem Hierosolymis morti mittere potuisset Agrippa, nisi regium in hanc urbem dominatum habuisset, cum nil ei juris fuerit Romanorum in provincia. Neque solum interfecit Jacobum, sed alios etiam ex Ecclesia Hierosolymitana vexavit, quod non passus fuisset Judææ Præfectus. Ut summo quidem in aliena ditione uteretur imperio, debuisset prius Præsidis impetrare consensum, qui plectendos homines ad regnum Agrippæ pertinentes, eorum Domino remisisset, quomodo Pilatus Christum Herodi Hierosolymis agenti tradiderat. Jacobum vero & Petrum coram Romano Præside, a Judæis accusatos, ad Regem Agrippam fuisse remissos, commentum est, cujus ne minimum apparet in Luca vestigium.

Ver-

Verba ſunt ſacri ſcriptoris: *Per id tempus injectu Rex Herodes manibus, male accepit nonnullos ex Eccleſia.* Act. XII. 1. Quæ non delegata, ſed propria auctoritate, ab Herode patrata, nemo non videt. Similiter abſque prævia ulla legatorum Romanorum permiſſione *perrexit comprehendere Petrum.* Solvit deinceps Harduini argumentum, docetque non deeſſe exempla regionum, quæ ſub imperium ditionemque Principis ceciderunt, poſtquam Provinciæ Romanæ ſunt factæ. p. 512. §. VI. b.

II. Ib. p. 539. b. §. III. ex Joſepho l. c. c. VII. n. 3. p. 948. docet: Fuiſſe Agrippam inſtitutorum rituumque patriorum cuſtodem obſervantiſſimum, nec ullum ei diem præteriiſſe abſque ſacrificio. Hunc ipſum fuiſſe autorem ſecundæ perſecutionis, quæ in Apoſtolos præcipue graſſabatur, *Act.* XII. 1. ſic, addit: in Religionem Judæorum bene animatum, in Chriſti diſcipulos ſeſe intendiſſe adverſarium, nil miri. In reliquos quidem flagris & vinculis, in Jacobum autem animadvertit gladio. Diſputat denuo pro Joſepho cum *Harduino* Noſter. Quibus ſane factis aperte liquet, clariſſimo vel repugnante Harduino: Hieroſolymitanam urbem ditio-

ne

ne sua tenuisse Herodem. Num Romanorum in provincia jus dicere potuisset? idne tulisset impune? Hoccine passus aut Vibius Marsius, Syriæ Præses, qui imperioso mandato Regum, Tiberiade agentium, conventum dissolverat? Hoccine tulisset Judææ Præfectus? ut in aliena actione proprios vel subditos afficeret pœnis Herodes? - - - Judææ igitur Agrippam a Claudio Regem impositum esse credimus. Sed & Herodis gessisse nomen, quo a Luca semper afficitur egregie demonstrat nummus, superiore anno percussus, Scaligero Harduinoque bene notus.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. ΕΤ. γ.

De morte Agrippæ agit p. 545. a. §. XVIII. comparat verba Lucæ Act. XII. 21. & Josephi l. c. *cap.* IIX. n. 2. p. 950. Ait Josephus inter alia de Agrippa: *ἀνακύψας δὲ οὖν μετ' ὀλίγον τὸν βουβῶνα τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν ἐπὶ σχοινίου τινος. ἄγγελόν τε τοῦτον εὐθὺς ἐνόησεν κακῶν εἶναι.* *Basnagius* addit: Josephi verba interpolavit *Eusebius*, Nam cum Josephus bubonem dixisset supra caput Agrip-

pæ adstitisse, Eusebius e Josephi textu bubonem expunxit. In Josephi narratione, ut aliquid superstitionis inesse lubentes fatemur, sic pessimi esse moris autores adulterare censemus. Conf. ad h. l. HUDSON.

III. *Jos.* L. XX. c. 1. §. 1. ab init. p. 955. narrat: Defuncto Rege Agrippa, Claudium Cæsarem misisse Cassium Longinum ut Marso succederet. Memoriæ regis, addit, hoc tribuisse, a quo dum viveret, sæpe per literas rogatus fuerat, ut nollet Marsum amplius rebus Syriæ administrandis præesse. Hoc anno Domini 44. factum esse statuit *Basnagius*, Josephi filum secutus. Vindicat hac occasione Josephi fidem contra TACITUM: Ansam quidem dubitandi præbet Tacitus, qui ad annum Domini XLVII. Claudio IV. & Vitellio III. coss. hæc habet: Bardanes *exin validissimas præfecturas invasit, & recuperare Armeniam, ni Vibio Marso Syriæ legato, bello minitante, cohibitus foret.* (Annal. l. 11.) Cæterum Josephi magis sententiæ sumus, qui de rebus Syriæ Judææque longe præstat Tacito, crebro in errorem labente. Quæ forsan causa est, cur Tertulliano

dedit

dedit pœnas; *At enim idem Cornelius Tacitus sane ille mendaciorum loquacissimus.* (Apol. c. 16.) Assentiuntur Josepho viri doctissimi nummorum periti, ut ex observatione PAGII (*crit. An.* 42. n. 3.) discimus. Toinardus v. c. mecum communicavit Caji Cassii Longini, Marsi successoris Nummum, qui Josephum adversus Tacitum tuetur. Legitur enim in eo annus Antiochenus XCIV. Deducta ea Epocha ab anno urbis DCCV. percussusque ille nummus anno urbis DCCXCIX. aut insequente, anno nempe Christi XLVI. aut XLVII. vid. *Basnag.* p. 545. b. n. XVIII.

IV.) *Ibid.* n. 2. p. 956. exhibet Epistolam Claudii ad Judæos, in qua Judæis custodiam sacræ stolæ & tunicæ, quam solum Pontificem Max. induere fas erat, quamque in turrim Antonium deponere debebant, ut in Romanorum potestate esset, concedit. Initium Epistolæ est: ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ, ΥΠΑΤΟΣ ΑΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΣ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ. finis: ἐγράφη πρὸ τεσσάρων καλανδῶν Ἰȣλίȣ ἐπὶ ὑπάτων Ῥȣ́φȣ καὶ πομπηΐȣ Σιλȣανȣ̃. Disputat hac occasione

Basnagius contra *Baronium*, p. 546. a. §. 11. Hac Claudii Epistola non unus error evellitur Baronio. Primum enim Anno Dom. XLVI. qui ipsi quadragesimus & octavus est, censet Cuspidium Fadum jus eripuisse Judæis servandæ stolæ Pontificiæ. *Hoc eodem*, inquit, *anno Cuspidius Fadus Judaæ Procurator, negotium fecit Judæis de stola Pontificia.* (*Ann.* 48. n. 27.) Unius anni metachronismus hic est. Deinde Consulum corrupta fuisse nomina, Claudii in Epistola, Purpuratus statuit. (*Ann.* 48. n. 29.) *Porro literæ Claudii in nomine Consulum & in titulo depravatæ noscuntur, dum primo Sylvanus pro Silano ponitur, & Rufus pro Valerio Asiatico, qui hoc anno Consulatum gesserunt.* Verum enimvero ex Epistolæ Claudianæ titulo doceri Baronius potuit, quintam Claudii Tribunitiam potestatem anno Domini quadragesimo *quinto* non *sexto* incepisse. Proindeque de servanda Pontificis stola, nullum a Cuspidio Fado factum esse Judæis negotium, anno Claudii sexto, cum *quinto* id ipsis concessum fuerit, ad Junioris Agrippæ preces, ut sub eorum potestate esset. Neque etiam corruptus est Claudii Epistolæ titulus, qui non ordinarios, ut Baronius putat, sed suffectos consules complectitur.

V.)

V.) *Ibid.* C. VI. n. 2. p. 968. de Quadrato scribit: eum quosdam Judæorum qui res novas moliti sunt in crucem egisse, quos Cumanus vivos ceperat. Addit his capitale supplicium, in Dortum Judæorum Primatem, & quatuor alios socios Judæos ad defectionem sollicitantes. Hæc ita refert Orosius (L. VIII. c. VI.) *Anno ejusdem* (Claudii) *nono, expulsos per Claudium urbe Judæos Josephus ait.* Basnagius addit: Huic innixus Chronologiæ *Baronius* (*Ann.* 51. n. 1.) anno Domini XLIX. Judaicum alligavit exilium, ac solito acumine has expulsionis causas profert: *Haud dubium est, Judæos adversus Petrum Romæ Evangelium prædicantem, turbas sæpius concitasse, rursumque alios Christianæ fidei studentes, eidem fortiter restitisse.* At, quin ab Orosio bis peccatum sit, negari sane non potest; primum enim perperam autoritate nomineque Josephi abutitur, statuendæ suæ chronologiæ, de qua ne verbum ullum est apud Josephum. Deinde anno Claudii nono, nullum tumultus Judaici vestigium apparet in historia. Anno igitur Domini 51. Judaicam expulsionem contigisse existimamus. v. pluribus p. 649. b. §. LXIX. Josephi verba, addit: non male respondere & verbis *Svetonii, Judæos tu-*

multuantes & chronologiæ. Etenim Dorti conjuratio hæc in annum indicatum incidit, ut vero fiat simile, eodem quoque anno amandatos esse Roma Judæos. Itaque nihili facienda est Baronii conjectura, utpote quæ & Chronologiæ repugnat, & Historiæ. Urbe Petrus aberat, cum lata est in Judæos sententia.

VI.) Ib. n. 2. & 3. p. 968. 969. prolixa extat narratio de Cumani Præfectura ejusque successore Felice, confert cum his ea quæ de utroque refert *Tacitus*. Pugnant hic inter se duo hi scriptores. Josepho Baronius errores tribuit. Loca utriusque nimis ampla sunt. Inspiciat qui velit. Audiamus *Basnagium* causam pro Josepho dicentem. p. 621. in fine. At hic, ait: ut alibi quoque sæpius, Baronius iniquum acremque Josephi Judicem se præbet. Equidem si Josephus erroris est damnandus, tota ejus historia ruit ad interitum. Pessimo enim stant ordine Judæorum Præfecti. Felici non decessit Cumanus; quæ de orta Judæos inter & Samaritanos seditione narrantur in Judæorum historia, sunt fabulæ nutricum. Non Cumanum, cui, si creditur Tacito, nil in Samaritanos juris fuit, sed Felicem ipsis Præsidem

da-

datum, interpellare Galilæi debuerunt, ut seditiosis pœnam irrogaret. Non Cumanus sed Felix, Samaritanorum muneribus corruptus est. Tota vero via hic aberrasse Tacitum, compluribus docemur argumentis. Primum omnium magna rerum Judaicarum ignorantia affici Tacitum ejus passim & ubique docet historia. Deinde exiguæ Samaritanorum regioni Præfectum fuisse Felicem, Pallantis fratrem, qui maxima apud Claudium in gratia erat, non fit vero simile - - - Itaque non ante revocatum Cumanum Felici Samaria paruit, nec sola hæc Provincia unquam ejus ditioni permissa, sed toti Judææ Rector est impositus. Neque soli Galilææ sed Samariæ quoque tractuique Hierosolymitano præfuit Cumanus, cui decesserat Tiberius Alexander. Josephi Tacitique discordiam amoliri tentat clarissimus PEARSON *Annal. Paul.* gemina Felicis administratione proposita: *cum Cumanus*, inquit, *jam condemnatus esset*, *Felix a Claudio Procurator Judææ rursus factus est*. Attamen nauci est hæc solutio. A moribus Romanorum alienum prorsus fuit, uni eidemque Rectori eandem bis delegare Provinciam, nullumque ad hunc diem exemplum est. Deinde geminæ Felicis

Præfecturæ, ne vel minimum est in Josepho Tacitoque vestigium. Denique Tiberius Alexander, proximo Cumano decesserat, non Felici. Scripto igitur Tacitum peccasse existimamus, quod illi solenne est, dum res tractat Judæorum. p. 622.

VII.) Ib. Josephus Lyddam nuncupat κώμην πόλεως τὸ μέγεθος ἐκ ἀποδέκσαν, vicum instar urbis amplum. *Butnagius*: Est κώμην inter & πόλιν aliquid discriminis, cum urbs mœniis cingatur, non vicus. Qua occasione, de situ hujus vici, de mutatione nominis ejusdem & alia disputat partim contra *Baronium*, partim contra *Autorem de locis Hebraicis actuum Apostolicorum apud Hieronymum*, Josephi fidem secutus p. 501. b. §. XVI. Capite dein VII. n. 3. p. 970, Josephus narrat: Berenicen ob libidinis intemperantiam deseruisse Polemonem Ciciliæ Regem, qui ut ea potiretur Religionem Judaicam amplexus erat, solutus vero nuptiis in moribus & institutis Judæorum perseverare desiit. Hanc ἀκολασίαν Berenices Josepho memoratam confirmat *Basnagius* testimonio *Juvenalis* Satyr. VI.

Ada-

Adamas notissimus & Berenices in digito factus pretiosior; hunc dedit olim Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippa sorori.

Hæc est illa Berenice cujus in Actis Apostolorum mentio fit, *Cap.* XXV, 23. vid. p. 656. b. §. IV.

IIX.) *Ib.* c. IIX. n. 6. p. 973. refert: venisse in Judæam Magum quendam Ægyptium, qui Prophetæ sibi munus arrogans compluribus persuasit, ut secuti se, in montem Oliveti ascenderent; visuri suo jussu cadere Hierosolymorum moenia. Felicem vero invasisse turbam, cecidisse τετρακοσίους CCCC. vivos autem cepisse διακοσίους CC. Idem de Bello J. *Lib.* II. c. XII. Ægyptii Magi comites ad triginta circiter millia multiplicat. Sed Josephum hoc loco *Basnagius* ex Luca emendat: Hic sane, ait, maximus error ex Luca detegitur. *Act.* XXI. 38. *Nonne tu es Ægyptius ille, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millo sicariorum?* Si tanto sectatorum numero abundasset Ægyptius ille, ac tradit Josephus, incredibile est, plures & occisos & captos a Felice non fuisse, p. 672. a.

§. IV. Ib. c. VIII. n. II. p. 975. Intercessionem Poppææ effecisse tradit, ut Judæis contra Festum Nero concesserit privilegium de muro, ab iis extructo conservando, ait: τῇ γυναικὶ ποππηίᾳ, θεοσεβὴς γὰρ ἦν, ὑπὲρ τῶν Ἰουδαίων δεηθείσῃ, χαριζόμενος. Sed observat *Basnagius* p. 700. a. §. III. Poppæam tamen Nero nondum matrimonio sibi copularat uti opinatur Josephus. Nuptiæ demum celebratæ sunt, anno Dom. LXIV. P. Mario & L. Asinio Coss. quadriennio scilicet post.

IX.) Ibid. c. IIX. n. 7. p. 973. de rixa Cæsareæ inter Judæos & Syros orta scribit: voluisse Judæos sibi deferri primas: διὰ τὸ τὸν κτιστὴν τῆς Καισαρείας Ἡρώδην αὐτῶν βασιλέα γεγονέναι τὸ γένος Ἰουδαῖον, quod Rex illorum Herodes, Cæsareæ conditor genere fuerit Judæus. *Basnagius* hoc præ aliis loco utitur ut prolixam controversiam de religione & Patria Herodis contra *Baronium* & alios decideret. *Baronius Appar.* n. 5. *Herodem* vocat *Idumæum, gentilem hominem, postea proselytum.* Docet contra Basnagius Gentilis & Idumæi titulum simul in Herode residere non potuisse,

tuiſſe, cum Idumæi, centum amplius annis, ante æram Chriſtianam, religionem Judaicam & circumciſionem amplexi fuerint, Joſ. l. XIII. c. XVII. obſervatque, mirum eſſe, Joſephum, qui res Herodis accurate ſcripto complexus eſt, ejus circumciſionem prætermiſiſſe ſilentio, cum Izatis Helenæque qui abdicata Ethnicorum Idololatria Judæiſmum ſuſceperant, Proſelytiſmi meminerit. Patres inprimis Juſtinum martyrem Herodem exiſtimaſſe Proſelytum, quia Patria Aſcalonitam imaginati ſunt, a qua opinione diſceſſiſſent ſi eum Idumæum ſciviſſent. Audiamus Basnagium contra NATALEM ALEXANDRUM H. E. *Sect.* I. c. 1. diſputantem p. 22. b. §. XXVI. Quid igitur, Judæis Herodem inſeremus nec ne? Non tam Baronium quam Natalem Alexandrum in hac hiſtoriæ luce miramur affirmantem. *In Herode Sceptri Judaici defectio: ille enim alienigena fuit non Judæus, qua in re Joſepho aſſerenti ipſum Idumæum genere fuiſſe, potius quam Nicolao Damaſceno credendum. Joſepho ſuffragantur Patres, Africanus, Euſebius &c. tantum abeſt ut Judæum eum eſſe crederent, ſicut contendit Caſaubonus.* Neutrum quippe verum eſt, de Herodis Patria natalibusque Patres aſſenſos eſſe Joſepho & Caſaubo-

bonum contendisse, *Patres Herodem Judæum credidisse.* Quid? tradiditne Josephus Herodem & Ascalonitam & Gentilem extitisse, qui abdicato præputio, Mosaicam disciplinam amplexus erat? Hoc scriptum ab Africano, Eusebio, Epiphanio, Theodoreto. Vice versa Herodem negaverunt Idumæum, quem Ascalonitam dicebant, qui tamen Josepho, non Ascalonita est, sed Idumæus. Casaubonum quod attinet, quid his disertius? *Mirum est, tot pios Patres, illius narratiunculæ apud Africanum non deprehendisse vanitatem.* Exerc. I. 28. Num ergo credidit, Patres Herodem Judæum credidisse? *Porro* cum quæritur, Herodes alienigena fuerit nec ne, vox *alienigena* in homonimia cubat. Cui tollendæ, Judæi trifariam sunt dividendi, in *naturales* scilicet, *ascitos* & *Proselytos*, omnis quidem Proselytus ascitus est, at non omnis ascitus Proselytus. Judæus *naturalis*, sanguine Jacobi ortus erat. Judæus *ascitus*, non ex Jacobo quidem ducebat originem, octavo tamen die præputium deposuerat. Judæus Proselytus, nec Jacobo genitus fuerat, nec octavo die circumcisus, sed compos rationis admissa circumsione & baptismo Mosaicam disciplinam susceperat. Paulus Judæus erat *naturalis*; Izates

Rex

Rex Adiabenorum Judæus erat Proselytus; Herodes Judæus *ascititius*, quia ex Idumæis in Judæos transcriptus, ortus tamen a Parente circumciso, eoque non in Ethnica superstitione, sed Numinis in Religione natus & educatus. Hactenus *Basnagius*, qui hæc ex *Theophylacto* & ex *Phil.* III. 5. illustrat. Concludit: Proinde cum Proselytis Herodes prorsus permisceri non debet, quippe qui a majoribus circumcisis procreatus erat, provocatque ad locum Josephi, cui illustrando hæc adscribimus. Insignis sane locus, *denuo addit*: quo Baronianus error evellitur. Nempe quorum majores genti Judaicæ adscripti erant, illi & ortu Judæi censebantur, etsi sanguine Jacobi clari non essent. Paulus civis Romanus erat: *Ego*, inquit, *natus sum civis*, quia Tarsus donata civitate erat; Tribunus etiam civis erat, (Actor. XXII. 27. 28.) *ego multa summa civitatem istam acquisivi*. Quomodo Paulus *natus civis*, sic Herodes *natus Judæus*, cum Proselyti Claudii Lysiæ potius similes fierent. - - - Ab incunabulis Herodem Judæum fuisse, eo certa ducitur conjectura, quod cum cæteris pueris ludum literarium frequentaret. Manachemus Essenus (*Joseph.* L. XV. c. 13.) eum *Regem Judæorum* salu-

salutavit, scholas vero cum hominibus circumcisionis expertibus Judæi non frequentabant in Palæstina. Nobis igitur non est in dubio, quin de Herode Ascalonita fabula, ab ejus manarit hostibus, quomodo & Augusto objectum ab Antonio (*Sueton. August.* c. IV.) *Proavum ejus Afri generis fuisse, & modo ungentariam tabernam, modo pistrinum, Antiæ exercuisse.* Peculiaris & paradoxa *Harduini* est sententia: Herodem fuisse Atheniensem, fundamentum sententiæ quærit in lapide *Sponiano* Athenis memoriæ Berenices posito. Sed eandem eleganter refellit *Basnagius* p. 33. §. XVII. Ea vero etiam quæ hactenus in medium produximus erroris satis arguunt opinionem de *Herode Attico*.

X.) *Ibid.* c. IX. n. I. p. 976. Josephus martyrium Jacobi, fratris Jesu Christi describit. Albinus παραγαγὼν εἰς αὐτὸ (συνέδριον κριτῶν) τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ καὶ τινας ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους. Hegesippus narrat, Jacobum de pinna Templi docentem a Pharisæis præcipitem fuisse datum. Hegesippum sequuntur

tur (ita *Basnagius*) Clemens Alexandrinus, Eusebius, Epiphanius, Hieronymus. Quorum vestigia legunt Baronius, Cabassutius, Ruinartus aliique bene multi. Nos vero majorem Josepho fidem habemus, quia & versabatur Hierosolymis annos circiter quatuor & viginti natus, cum damnatus est Jacobus & simplicior ejus narratio est. Quis autem testi & coævo & pene oculato non credit magis quam aurito & recentiori? Petavius quidem, cui innatum fuit Scaligero contradicendi studium, diffiteri nequit: *Nonnulla vel ab aliis inserta, quæ parum probabilia videntur. Animadv. ad hæres. Epiph.* p. 332. Pharisæorum tumultu, impacto in caput fuste, in mediis Hierosolymis occisum esse Jacobum, prædicat Hegesippus, nullas hac in cæde partes agunt judices, solus a Pharisæis interficitur Christi frater & martyr. Contra vero tristem non vi Jacobum modo, sed in alios quoque promulgatam esse sententiam Josephus tradit. Addit a Saducæis, de quorum grege Ananus, illatam martyribus mortem fuisse, præeunte Magistratuum judicio: ex quo conficitur, non in urbe sed extra urbem Jacobum occisum esse. vid. p. 701. a. §. VI.

XI.) *Ibid.* L. XX. c. IX. n. 7. p. 978. agit de instauratione templi & inprimis porta illa ἀνατολικῆ. Sed vid. supra ad Lib. XV. c. XI. n. 3. *Ibid.* c. X. p. 980. de Antigono refert: Hunc τρία ἔτη καὶ τρεῖς μῆνας ἄρξαντα cum tres annos totidemque menses regnasset, Sosium & Herodem obsidione expugnasse, abductumque Antiochiam morte affecisse Antonium. Ex hac Antigoni morte observante *Basnagio* p. 31. b. §. XIV. nova Herodi Epocha nascitur. Ex his enim & secundam Herodiani imperii Epocham, quæ a remoto regni competitore incipit & annum & tempestatem discimus expugnationis Hierosolymitanæ. Anno U. C. 714. Juliano *6.* non multo ante Pentecostem Antigonus a Parthis Rex creatus est. Tribus igitur annis totidemque mensibus numeratis, æstate anni Juliani *noni* Herodis in ditionem missa est Hierosolyma. Mortuo Antigono extinctus est & Assamonæorum principatus, post annum centesimum sextum. Defuncto Antigono absque competitore regnavit Herodes, a quo tempore natale imperii ejus frequentissime numeratur a Josepho. Defendit hæc noster deinceps contra *Jacobum Capellum* aliosque.

XII.)

XII.) Basnagius anno Domini XCIII. adscribit absolutionem operis Antiquitatum & ex Josepho contra dissentientes demonstrat. Ita ille p. 800. b. §. III. Currente anno (93.) magnum Antiquitatum opus Epaphrodito dedicavit eximius Historicus. Baronius quidem, Capellus, Sueurius aliique tradunt, historiam absolutam esse anno Christi XCIV. qui unius anni ~~metachronismus est.~~ — Doceat hoc Josephus. Cap. XI. p. 982. *Atque ita concludetur harum antiquitatum tractatio comprehensa viginti voluminibus, versuum vero sexaginta millibus. Quodsi Deus concesserit, compendio rursus referam belli casus, & quæ nobis in præsentem usque diem evenerunt, quæ incidit in decimum tertium annum Principatus Domitiani Cæsaris, ætatis vero meæ sextum & quinquagesimum.* Natus est Josephus anno Domini XXXVII. qui Caji Cæsaris primus fuit, proindeque ductus ab illo sextus & quinquagesimus in Christi XCIII. incidit. Dedicata est Epaphrodito historia post Septembris XIII. quo incipit Domitiani Imperii XIII. Conf. quæ his similia habet *Petavius* apud *Havercampium*.

OBSERVATIONES BASNAGIANÆ in Libros de bello Judaico Fl. Josephi.

§. I.

Libro primo, Capite XIV, numero 2. p. 88. Josephus de Herode, qui, Alexandriæ Cleopatram salutaverat scribit: μήτε τὴν ἀκμὴν τȣ̃ χειμῶνος, ὑποδείσας, μήτε τὰς κατὰ τὴν Ἰταλίαν θορύβȣς, ἐπὶ ῥώμης ἔπλει. *Gelenius*: *Neque hyemis asperitatem neque marina discrimina quo minus navigaret Romam extimuit.* Hanc Gelenii versionem, quæ multos eruditos in fraudem induxit emendandam esse *Basnagius* docet. Primum enim, (ita disserit,) de Italiæ tumultibus ne μυ quidem in versione, qui in Græco, de bello Antonii cum Augusto sunt capiendi. Deinde χειμων *hyemem* hoc in loco significare nequit cum non multo post Pentecostes ce-

le-

lebritatem Herodes relictis noctu Hierosolymis, cito venerit Alexandriam: χειμῶν ergo procella est, cujus vim adeo contemsit, ut se mari committeret. Quomodo memorat Antonio, quod διὰ χειμῶνος πλεύσειεν infesta tempestate navigasset, & *Ovidius* de Ceyce:

Aspera crescit hyems, omnique a parte feroces

Bella gerunt venti. *Metam.* L. XI. *fab.* 10. Sic igitur Josephus verti debet: *Neque procellæ vim, neque Italiæ tumultus timens, Romam navigabat.* vid. *Basnag.* p. 16. §. XIV. a.

II.) Cap. XXI. n. 1. Herodes dicitur templum instaurasse ingenti sumtu, & singulari magnificentia πεντεκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας. Locum hunc Josephi vitio librariorum corruptum emendandum esse putat *Basnagius* p. 66. §. VI. & Legendum anno XVIII. addit: Nemini probari posse paratam a Lightfootio aliisque excusationem, qua Josephum cum Josepho adducant ad concordiam. *Nec*, (inquit, *Lightfoot* in Joan. 3. pag. 607.) *secum pugnat Josephus, quippe quod decimus quintus, ex quo solus regnavit Herodes devicto Antigono, erat decimus octavus, ex quo declaratus est Rex*

a Romanis. Quæ utut veriſſima, rem tamen acu non tangunt. Certo quippe certius eſt, *octauum & decimum*, in quo de condendo Templo cogitavit Herodes, ab expugnatis Hieroſolymis eſſe deducendum, & cum Juliano XXVII. copulandum. Conferri hic merentur quæ ex Aldrichio, Capello, Cellario, Hudſono, Spanhemio in notis producit *Havercampius*. Ib. n. 3. p. 106. quædam leguntur de templo Cæſari ab Herode ad Jordanis fontes poſito, ubi confer. ſupra allata ad *Antiqu*. L. XV. c. X. n. 3. Ib. c. XXXII. n. 2. p. 124. titulum Volumnii ἐπιτρόπου illuſtrat. Vid. quæ ſupra annotavimus ad Αρχ. lib. XVI. c. IX. n. 1.

III.) Lib. II. c. XI. n. 1. p. 171. de Caligula Imperatore ſcribit: interemtum eum eſſe dolo, poſtquam regnaverat ἔτη τρία καὶ μῆνας ὀκτώ. In Rufini exemplaribus *ſex menſes* ſcribi notat Havercampius, Basnagius obſervat: falli Baronium circa Joſephum. *Longius* inqvit annal. 43. n. 1. *aberrat Joſephus, dum Caji imperio tantum tribuit tres annos atque ſex menſes*, additque: Id quidem legitur in verſione latina Joſephi, non in græco avtographo, qui habet

ἔτη

ἔτη τρία καὶ μῆνας ὀκτώ. Etsi fateamur & in Græcis errorem esse, quem tamen librarios potius quam Josephum præstare existimamus. Subducto enim calculo monstrat Cajum imperasse annis tribus, mensibus decem & diebus octo p. 511. n. III.

IV.) Ib. c. XII. n. VIII. p. 176. Josephus docet Felici qui Cumano successor dabatur, traditum fuisse illam quæ *Philippi* fuerat tetrarchiam, τὴν τε Φιλίππου γενομένην τετραρχίαν. Componit hac occasione Basnagius controversiam Pagium inter & Baronium, monetque Gelenianam versionem Pagium in errorem adduxisse, in qua loco *Philippi* legitur *Felicis*, qua occasione fontium horum integritatem defendit, p. 622. §. IX. Ib. cap. XIV. n. 4. p. 180. Initium belli Judaici tribuit anno Agrippæ decimo septimo: quo loco Basnagius utitur, ut doceat: Agrippam anno Domini LXXV. adhuc fuisse superstitem. Audiamus nostrum Josephi huic loco & historiæ Agrippæ lucem afferentem p. 783. §. IV. Ex Dionis narratione liquet, ait, Agrippam præsente anno (Domini 75.) adhuc inter homines fuisse, quem tamen anno Domini LXXII. ad

plures abiisse tradunt viri eruditissimi Pearson atque Dodwellus, capite quinto de annis primorum Romæ Episcoporum p. 174. *Si a tertio Vespasiani anno defunctus fuerit ante Julii initium, anno LXXII. obierit, necesse est.* Tam maturam Agrippæ mortem contigisse, credere non possumus, repugnante Dione. Præterea nondum lucem deseruerat Agrippa, cum libri de bello Judaico, a Josepho ad umbilicum ducti sunt. Etenim sexaginta duas Agrippa Josepho dedit Epistolas, quibus eum laude cumulat, ob navatam fideliter operam in scribendo eo bello. Incredibile autem est, approbandæ historiæ tot ab Agrippa ad Josephum scriptas esse Epistolas, si mortem obierat anno Dionisiano LXXII. quo tempore Græca historia hæc lucem non aspexerat, cui scribendæ operam dabat post triumphum Vespasiani anno LXXI. ductum. Insuper belli Judaici initia incidunt in annum Christi LXVI. *qui fuit Agrippæ decimus septimus.* Atqui in nummis continetur Agrippæ annus XXVII. ut observant eruditi; anno igitur LXXVI. vita etiamnum manebat Agrippæ. Non tamen assentimur Scaligero, cui sententia est, Agrippam ad usque Trajani III. regnavisse; quam hausit ex Photio chro-

nologiam: τελευτᾷ δὲ ἔτει τρίτῳ Τραιανῦ. Errore affectum esse locum, necessario fatendum est. Clarissimus Pearson loco Τραιανῦ pronomen substituit αὐτῦ, quod ad Vespasianum, cujus mentio facta fuerat, retulit. Sed allatæ jam rationes repugnant emendationi, qua in tertium Vespasiani, Agrippæ conjicitur obitus, mallemus ergo legi Τίτῦ. Periit Agrippa tertio Titi anno qui biennio regnavit, mensibus duobus & diebus viginti quinque, ut in Dione legitur atque Svetonio. Quo sequeretur, Agrippam mortem obiisse anno Christi LXXXI. in eo intervallo, quod est VIII. calend. Julii inter Idus Septembris.

V.) Cap. XV. n. 1. p. 183. de Berenice narrat venisse eam Hierosolymam, ut vota Deo solveret. His enim, ait: qui morbo vel aliis necessitatibus implicantur, consuetudinis est vovere per triginta dies, antequam immolent hostias & vino abstinere & capillos radere. Illustrat hac Josephi narratione Basnagius votum Paulinum, quod post successum ex Corinthia civitate Cenchreis persolvit. Actor. XIIX. 18. Nazaræatum hoc Berennices voto pin-

gi, ait Basnagius: p. 657. extra dubium eſt, cum Moſaico reſpondeant præcepto Nazaræis & vini abſtinentiam & capillorum raſuram imperante. Vide tamen quæ contra hanc opinionem diſputantur a Capello, Grotio, Spencero in notis Havercampianis, qui hæc non intelligunt de voto Nazaræatus, ſed de voto, ob liberationem vel à morbo vel ab aliquo periculo vel neceſſitate concepto. Quamobrem Capellus verba πρὸ τριάκοντα ἡμερῶν mutat & legit πρὸ τριῶν ἡμερῶν, quia minus longum fuiſſet tempus, neque voventibus omnibus commodum, tam diu Hieroſolymis hærere. Ib. c. XVII. n. 2. p. 192. inter eos qui bellum Judaicum maxime concitarunt numerat Eleazarum Ananiæ Pontificis filium, qui ſacrificiis miniſtrantibus perſuaſit, ut nullius munus aut hoſtia, qui non eſſet de Judæorum gente ſuſciperetur, ςρατηγὰν Joſepho audit. Illuſtrat hac Joſephi narratione Basnagius loca ſcripturæ, in quibus Præfecti Templi nominantur. *Luc.* XXII. 4. 52. *Actor.* V. 26. Idem qui Ebræis dicitur: איש הר הבית.

VI.) *Ibid.* C. XIX. n. 6. p. 204. Joſephus conjecturam addit, cur civitas tunc tem-

temporis in Cestii, qui eam obsidione obsidione cinxerat, potestatem non venerit. ἀλλ᾽ οἶμαι διὰ τοὺς πονηροὺς ἀπεστραμμένος ὁ Θεὸς ἤδη καὶ τὰ ἅγια, τέλος λαβεῖν ἐπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐκώλυσε τὸν πόλεμον. *Gelenius* transtulit: *Sed credo jam tunc infestus Deus pessimis, ejusque Sancta illo die finem bello dare prohibuerunt.* Hæc infeliciter reddita sic vertit Basnagius: p. 749. §. XI. Sed, ut puto, Deus aversus ab impiis, & sancta loca, illo die bello finem imponi prohibuit. *Havercampius*: *sed Deus, ut arbitror, propter sceleratos* istos *etiam sacra* sua *aversatus, in causa erat, quod iste dies finem bello non attulerit.* Ib. in fine capitis p. 206. prælium Romanos inter & Judæos commissum tribuit octavo diei Novembris, quem Sabbati diem fuisse observat Noster.

VII.) L. IV. c. III. n. 8. p. 275. narrat Illustris scriptor Phanniam quendam Samuelis filium Pontificatu indignum summo Sacerdotio admotum fuisse, qui ob rusticitatem nesciverit quid istud rei esset. Basnagius hac occasione p. 757. ab initio §. VII. In latina Josephi versione ea leguntur de Phane: *Non erat ex genere Pon-*

tificum, quod viros doctissimos Capellum usseriumque egit in errorem. Certum enim est, vel ex ipso Josepho, Phanem ex Aarone duxisse originem: *Itaque*, inquit, *una sacrarum Tribuum accita nomine Eniachim* sors in Phanem incidit.

VIII.) Lib. IV. c. IX. n. 9. p. 304. fl describit Vespasiani in Judææ partes quas nondum subegerat impetum; quem ut faceret quinto die Dæsii mensis Cæsarea egressus erat. Successus expeditionis Vespasiano fuit optatus, omnes enim Judææ civitates Romanis subjecit, exceptis Hierosolymis tribusque castellis Herodione, Massada, Machærunte, quæ tenebantur a latronibus. Quo anno hæc contigerint, an anno Domini LXVIII. an sequente, sequentem in modum exponit Basnagius, p. 762. §. XV. Ab eruditis quæstio movetur, utrum anno currente (LXVIII.) Romanorum ditioni omnes Judææ civitates subjectæ fuerint exceptis Hierosolymis castellisque Massada, Machærunte, Herodione? Affirmat secundum Calvisium Pagius, cui certum est *toto capite octavo libri quinti* (juxta divisionem Ruffini.) *Josephum loqui de rebus hoc anno gestis*. Baronius vero contendit anno se-

quen-

quente Vespasianum *quæ reliqua esse videbantur loca Judææ, Romano subjecisse imperio.*

Inter utramque Chronologiam nos pendemus animi, quia utrique sententiæ suæ sunt nec contemnendæ rationes. Expositis deinceps rationibus, quæ vel pro Baronio, vel Calvisio Pagioque militant, concludit: Perpensis tamen omnibus, magis eo inclinat animus, ut expeditio Vespasiani, ad annum proxime secuturum pertineat, quod & innuit Josepus, cujus autoritas in iis, quæ ad bellum spectant Judaicum, fide Taciti (ad quem Pagius provocat,) pluris est æstimanda.

IX.) Lib. VI. c. V. n. 3. p. 388. In enumeratione prodigiorum, quæ fatalem urbis interitum prænuntiarunt, mentionem facit lucis, quæ altare & templum adeo circumfudit, ut dies clarus esse videretur. Contigisse, ait, hoc, cum populus ad festum Azymorum congregatus esset, die octavo mensis Xanthici, Basnagius p. 734. §. VIII. Extat apud Josephum insignis anni character. Dies festus Azymorum in *octavum Aprilis* incidit. Epacta Lunæ est IV. Novilunium ergo Martii XXVI. proindeque Luna XIV. Aprilis octavo affigitur: quo liquet non ex phasi sed ex Calendario sua Judæos novilunia constituisse.

X.)

X.) Sub initium denique *vitæ suæ* Josephus narrat: se, ex genere Sacerdotali esse ortum & quidem ex prima classe inter viginti quatuor illas, quas inter non tenue est discrimen. Ex quo merito conficit Basnagius p. 81. §. VIII. suum locum honoremque pristinum Ephemerias sacerdotales a Davide institutas habuisse, adeoque quamlibet ordine a Deo constituto sacris esse operatam, secus quam Spanhemius de iis judicaverat. Paulo post Josephus addit: Matthias genuit me Imperii C. Cæsaris anno primo, ipse autem filios habeo tres: quorum Hircanus maximus natus est anno quarto Vespasiani Principis. Ex hoc loco demonstrat Basnagius p. 669. §. XXIV. Josephum, qui Bani cujusdam ad exemplum crebris nocte ac die lavacris frigidis ad castitatem tuendam usus fuerat, anno ætatis trigesimo vel tertio vel quarto, matrimonium iniisse. Scribit enim: Primus Caligulæ annus incidit in XXXVII. Domini: Vespasiani vero quartus cum LXXII. Dionysiano currit. Deductis 37. & 72. quinque & triginta supersunt, ex quibus unus saltem effluxit antequam Hircanus ederetur in lucem.

T A N T U M.

VI.

VI.
Recensiones Librorum.

I.

ACTA BORVSSICA Ecclesiastica, Civilia, Literaria, oder sorgfältige Sammlung allerhand zur Geschichte des Landes Preussen gehöriger Nachrichten, Uhrkunden, Schrifften und Documenten. P. III. IV. Königsberg und Leipzig, 1730. 8. Pl. 20.

Haud immemor promissi, Bibliothecae huius Vol. XI. p. 459 dati, ad continuandam Actorum Borussicorum recensionem eo lubentius accedo, qua notatu dignioribus rebus ea abundant.

Tertia autem *Pars*, cui praefixa imago et insignia PAVLI SCALICHII, Comitis Hunnorum, Marchionis Veronae, Sanct. Theol. Doct., continet.

1. *Scalichiana*, das ist, Merckwürdige Umbstände von Pauli Scalichii Leben und Händeln. p. 305 --- 354. Supplentur et emen-

emendantur hic scriptores, de Scalichio commentati, et varia afferuntur in medium, quae pertinent ad ipsius stirpem, e Scaligerana familia deriuatam; astutiam in Borussia, e qua tandem abire iussus est, exercitatam; studium Cabbalae, Philosophiae mysticae, artis Lullianae, et similium, quibus non paucos decepit; calumniam, qua ALBERTVM, Borussiae Ducem, tanquam Lutheranae religionis desertorem, onerauit; religionem, qua lusit; et alia. Quod ad religionem attinet, verba dedit laudato ALBERTO, cum, Borussia exceptus, se *exulem Christi* nominauit, qui religionis caussa Italiam relinquere sit coactus. Etenim cum Borussia eiectus, inter Pontificios nomen suum aperte profiteretur, rogatus: cur se *exulem Christi* nominaverit? respondit: quia in Borussia, extra ecclesiam Romanam, inter haereticos vixerit, atque sic a vera ecclesia fuerit remotus. Neque a Socini dogmatibus eum abhorruisse, patet e literis, p. 316 suppeditatis, quae comprobant, quod *Laelium Socinum* tanquam *verae religionis fautorem, virum solide doctum et multarum linguarum expertum*, MAXIMILIANO, Regi Bohemiae et Archi-Duci Austriae, commendauerit. Mira quoque est Precum formula, in

in gratiam ALBERTI, Principis, ab eodem consignata, quae, prolixior licet, integra tamen, p. 338 sqq. inserta legitur. In ea occurrit locus, quo multi Angeli nominatim adducuntur. Is vero ita habet: *Hanc Scalam aperi mihi Domine Deus Sabbaoth, ut intrem in sanctuarium tuum, et characteres illos volantes, superne in fundamento sapientiae spiritualis, videlicet administratorios spiritus, seu praefectos orbis terrarum, in uno sanctissimi tui Tetragrammati nomine expositorio Semhammaphoras comprehensos, cum timore ac tremore enunciare valeam. Vehviah, Jeliel, Sitael, Elemimah, Mahasiah, Jelahel, Achaja, Cahethel, Haziel, Aladiah, Laviah, Hahaiah, Jezalel, Mebahel, Hariel, Hakamiah, Loviah, Caliel, Leuviah, Pahaliah, Nelchael, Jejajel, Melahel, Haiviach, Nithhajah, Haaiah, Jerathel, Sachiah, Rejajel, Omael, Lecabel, Vasariah, Jehuja, Lehabiah, Chavakjah, Manadel, Aniel, Haamiah, Rehael, Jejazel, Hahahel, Michael, Vevaliah, Jelehiah, Sealiah, Ariel, Asaliah, Mihael, Vehvel, Daniel, Hahasiah, Imaniah, Nanael, Nithael, Mebahiah, Poiel, Nemamiach, Ieialel, Harahel, Mizrael, Vmabel, Iabhael, Anavel, Mehiel, Damabiah, Mavakel, Eiael, Habuiah, Rochel, Iabamiah, Haiaiel, Mumiah.* Iurares, Scalichium familiarissime

cum

cum Angelis fuiſſe verſatum, quia nomina ipſorum tam exacte cognovit. Aſt quid non comminiſcuntur homines ſpiritu vertiginis correpti?

2. Leben und Thaten CONRADI TIBERII von WALLENRODT, XXIſten Hohe-Meiſters in Preuſſen. Ex MSCto. p. 354 - 384. Auctor huius Biographiae Wallenrodtianae eſt D. MART. SYLV. GRABE, qui e Chronicis Boruſſiae eandem conſignauit. Laudatur hic heros, qui, Principum more, titulo ſuo inſerenda curauit verba: *Dei gratia*, ob res feliciter in bello geſtas, ob incrementa, quae Ordini ſuo conciliauit, ob Clerum Papalem ſub praetextu Patrimonii Petri per indulgentias, aliasque res illicitas, multa bona corradentem, officio autem ſuo indiligentius fungentem, emendatum. Commemoratur quoque praeſtantiſſimus nummus, ipſius iuſſu ſignatus, in cuius vno latere imago, cum nomine ac titulo: CONRADVS III. MAGISTER GENERALIS; in altero Ordinis inſignia, cum verbis: MONETA NOVA AVREA DOMINORVM PRVSSIAE. Deſcribitur porro pag. 363 ſqq. ſplendidiſſimum conuiuium, Ehren-Tiſch dictum, quod in in-

insula, in fluuio Memel sita, ab ENGELBRECHTO RABE, Mareschallo primo, magnis sumtibus (1) belli tempore fuit institutum. Huic non solum vasa aurea et argentea (2), verum etiam conuiuae in primis decus acquisiuerunt. Primum autem locum occupauit KINODIVS a RICHARDSDORFF, Eques Austriacus: secundum FRIDERICVS, Marchio Misniae: tertium HILDERMIDVS, Comes Scotus: quartum RVPERTVS, Comes Wirtembergicus: quintum CONRADVS

(1) Die Ehren-Tafel ist / samt der Jährlichen Besoldung der zu Hülff gekommenen Ritter / auf 500000 Rthlr. geschätzet worden. p. 365.

(2) Alles was auf dem Tische war / das war Gülden oder Silbern und verguldet / das glänzet gar schön / daß man es weit sehen konte. - - - Zu jedem Gerichte hatte man neue silberne Teller und Löffel. p. 363. Auch hatte man köstliche Geträncke / aus fremden Landen / und zu einem jeden Geträncke sonderlich silberne und güldene Geschirr / und wenn einer einen guten Trunck aus einem gethan hätte / kriegte er ein anders. Unter dem Essen hielte man einem jeglichen einen grossen breiten Hut von güldenen Stücken übers Haupt / für die Sonne. - - - Das Gefässe / daraus ein jeder trunck / das behielte er / sagte dem Hohe-Meister Danck und gelobte ihm treulich zu helffen.

von WALLENRODT: sextum DEGENHARDVS, Bannerius (Panier-Herr) Westphalus: septimum FRIDERICVS a BVCHWALD, qui omnes insignem Ordini opem tulerant. Biographiae additur (1) Nachricht von dem Wapen der Wallenrodtischen Familie. (2) Kayserl ches Diploma, des An. 1676 von LEOPOLDO in den Grafen-Stand erhabenen Johann Ernst von Wallenrodt, darin dem Hoh-Meister CONRADO dies gute Zeugniß gegeben wird, daß er löblich regieret habe.

3. **Historischer Bericht von Ankunfft des Deutschen Ordens in Preussen**, p. 384-435. Consignauit hanc notitiam LVCAS DAVID, e cuius *Chronico Borussico* MSC. ea est desumta. Prima aduentus origo derivatur a consilio, quod, post finitam an. 1224 aduersus Borussos gentiles expeditionem cruciatam, CONRADO, Duci, dedit CHRISTIANVS, Borussorum Episcopus, de mittendis ad HERMANNVM a SALZA, Ordinis Teutonici Magistrum, legatis, de cedendis ipsi locis nonnullis, quo ad Borussorum gentilium furorem reprimendum incitaretur. Instructa est haec notitia variis Documentis, saeculo decimo tertio scriptis.

4.

4. D. BERNH. DERSCHAVEN Geistlicher Prüfe-Stein der Schrifften und etlicher Reden des itzigen neuen Propheten Giffttheils. p. 435 -- 446. Disseminaverat LVDOV. FRID. GIFFTHEIL, Borussiam an. 1628 ingressus, varia scripta fanatica, quibus contentos praecipuos errores DERSCHAVIVS hoc scripto, quod ex autographo suppeditatur, breuiter refutauit, simulque defendit ministerium ecclesiasticum omnino reiectum: ecclesiam, cuius vnicum verum membrum agnouit fanaticus BANNIERIVM: magistratum, de quo GIFFTHEILIVS Anabaptistica fouit principia: cultum Numinis publicum: veram de vanitate regni chiliastici doctrinam. etc.

5. Ordnung, wie es bey dem auf den 25sten Junii 1370 einfallenden Gedächtniß- und Jubel-Tage der Augspurgischen Confession, bey dem öffentlichen Gottes-Dienst, in allen Kirchen des Königreichs Preussen gehalten werden soll. p. 447 -- 451. Textus praescripti sunt Ebr. X. 38. 39. 1. Tim. VI. 12. 13. 14. Iud. v. 20. 21.

6. *Nova Literaria.* p. 452 -- 458. Recensentur hoc articulo varia specimina Academica Regiomontana: dantur nomina

quadraginta et quatuor Professorum: notitia quoque CHRISTIANI BAIERI, qui Augustanam Confessionem an. 1530 in Comitiis praelegit, e D. CHRISTOPH. LANGHANSEN Programmate suppeditatur.

Quartae Partis, quam ornat GEORGII SABINI, I. V. D. primi Rectoris Acad. Regiom., effigies, contenta sunt

1. *Sabiniana*, oder Beytrag zu D. GEORG. SABINI Leben. p. 459 -- 481. Quae ad magni huius viri vitam plenius describendam pertinent, ea magno studio et sumtu collegerat CAROL. ANDR. HENNINGIVS, Subrector Berolinensis. Sed is Vitae, quam moliebatur, Sabinianae immortuus est. Quod si vero quis velit telam ab HENNINGIO coeptam pertexere, ei varia hic suppeditantur egregia subsidia, quae sunt, praeter effigiem, cuius originale, vt vocant, asseruatur in Bibliotheca Senatoria Regiomontana, Diploma, quo HIERONYMVS ALEANDER, Archi-Episcopus Brundusinus, SABINVM Comitem Palatinum Aulae Lateranensis creauit, hactenus, censente celeberr. LILIENTHALIO, ineditum: Diploma, quo CAROLVS V, Imperator, eundem in or-

ordinem Nobilium cooptauit, quod in multis differre dicitur ab eo, quo THEODORVS CRVSIVS recusam Lignitii. 1724. 8vo. Vitam Sabini a PETRO ALBINO conscriptam, auxit: Memorabilia varia de Rectoratu, qui eidem traditus erat, perpetuo sponte deposito, cuius causae, praeter alias, fuerunt odium Collegarum, et praesertim FRID. STAPHYLI, nec non simultates, quae inter ipsum et Osiandristas, et in primis ANDR. AVRIFABRVM, Osiandri generum, intercesserunt. Quibus rebus factum est, vt SABINVS an. 1554 Regiomontanam cum Viadrina Academia commutaret.

2. Historische Nachricht von dem *Corpore Doctrinae Prutenico*. p. 482 -- 517. Paulo ante traditam an. 1530 Augustanam Confessionem, GEORGIVS von POLENTZ et PAVLVS SPERATVS, Episcopi Borussici, *Agenda Ecclesiastica Borussica* renouaturi, iis addiderunt *Constitutiones Synodales*, quae praecipuos fidei articulos complectuntur, atque inter Libros Symbolicos Borussicos primum locum obtinent. At non multo post recepta etiam est *Augustana Confessio*, et ministris sacris de meliori commendata, addita, Principis au-

ctoritate, seuera hac comminatione: Wer etwas wieder die Augspurgische *Confession* lehren würde / der soll *excommuniciret* seyn / und wo er nicht wiederruft / aus der Kirchen gantz verworffen werden. Praeter quam Augustanam Confessionem deinceps etiam *Apologia* eiusdem, *Articuli Smalcaldici* atque LVTHERI *Scripta* in Borussiam sunt introducta. Cum vero postea Ecclesia Borussica ab *Osiandristis* misere turbaretur, haec controuersia, quae diu durauit, *Repetitioni Corporis Doctrinae* ansam suppeditabat. Conficienda isthaec demandabatur IOACH. MORLINO et MART. CHEMNITIO, Theologis Brunsuicensibus, qui olim doctorum publicorum munia praeclare in Borussia obierant. Ad hos mittebantur an. 1567 legati, qui laudatos Theologos a Brunsuicensibus expeterent. Successit res ex voto, et MORLINVS aeque ac CHEMNITIVS d. 9. April. Regiomontum intrarunt. Cum his CASPAR von VASOLDT, Burggrauius primus, D. IOANNES von KREVTZEN, Cancellarius, nec non D. CHRISTOPHORVS IONAS, Vice-Cancellarius, consilia inierunt. Theologorum erat sententia, non esse adornandam nouam Confessionem, sed Augustanam, eiusque Apo-

lo-

logiam, Articulos Smalcaldicos et Scripta LVTHERI retinenda, articulos ſaltem, recentioribus erroribus corruptos, vberius declarandos, corruptelas diſerte nominandas, nominataſque refutandas et condemnandas. Placuit conſilium ALBERTO, Principi, cui iſtud, tradito peculiari *Scripto Thetico-Antithetico*, vna cum literis, quae p. 493 ſqq e MSCto cum lectore communicantur, luculentius fuit expoſitum. Ipſum Scriptum in Synodo d. 16 Mai. Regiomonti inſtituta fuit expenſum, approbatum et d. 28. Mai. an. 1567, praevia 86 Theologorum et ſanctioris ordinis virorum ſubſcriptione, acceptum. Quo facto, Theologi Brunſuicenſes abitum pararunt, ipſum autem Scriptum typis expreſſum prodiit hoc titulo: *Repetitio Corporis Doctrinae Eccleſiaſticae*, oder Wiederholung der Summa, und Inhalt der rechten allgemeinen Chriſtlichen Kirchen-Lehre, wie dieſelbige aus Gottes Wort, in der Augſpurgiſchen Confeſſion, Apologia und Schmalkaldiſchen Articuln begriffen, und von Fürſtl. Durchl. zu Preuſſen ꝛc. auch allen derſelbigen getreuen Land-Ständen und Unterthanen, Geiſtlichen und Weltlichen, im Herzogthum Preuſſen, einhellig und beſtändiglichen gewilliget und angenommen, kürtzlich

zusammen verfasset. Zum Zeugniß eintrechtiger beständiger Bekäntnuß reiner Lehre, wieder allerley Corruptelen, Rotten und Secten, so hin und wieder unter dem Schein-Deckel der Augspurgischen Confession, die Kirche zerrütten. Königsberg. 1567. fol. min. Addita est huic libro *Augustana Confesſio*, vna cum *Apologia* et *Articulis Smalcaldicis*: additi quoque sunt *Articuli*, Artickel, so da hätten sollen aufs Concilium zu Mantua, oder wo es sonst worden wäre, überantwortet werden ꝛc. durch *D. M.* Luther geschrieben. Vtrum vero hoc Scriptum sit *Corpus Doctrinae Prutenicum*? porro disquiritur, idoneisque rationibus ac documentis evincitur, quod, cum sub hoc titulo nullum extet scriptum, per illud sit intelligendum Corpus, quo *Augustana Confesſio*, eiusdemque *Apologia*, nec non *Articuli Smalcaldici*, a Borussis accepti, continentur. Instar omnium esse poterunt verba ipsius Principis, e Praefatione *Repetitioni* praemissa, desumta: Und ist demnach in solchen Synodo einhelliglich vereiniget und verglichen worden, daß man bey dem CORPORE DOCTRINAE, wie dieselben aus den Prophetischen und Apostolischen Schrifften, in der Augspurgischen Confession, derselben Apologia, und Schmalkaldischen Artickeln verfasset, begriffen,

griffen, und in den Schrifften Lutheri verklåret ist, unverrůckt bleiben solte.

3. *MARTINI JESCHKE Dissertatio de Quercu Romove, gentilibus olim Prussis sacra.* Resp. Theod. Rhodman, Regiom. 1674. p. 518 -- 531. Insigne δενδρολατρείας Borussicae specimen recusa haec Dissertatio rarior exhibet. In ea primum disceptatur de loco, vbi Quercus culta, eundemque esse *Natangiam*, concluditur, in cuius tractu pagus *Romsdorff* reperitur. Deinceps disquiritur de tribus *idolis* circa hanc arborem, quae a nonnullis *quercus diabolica* vocatur, olim cultis. Isthaec vero a GAGVINO Descript. Pruss. p. 52 *Petuno, Potrempo* et *Patelo*: ab aliis *Picollos*, aut *Pocollos*, *Percunos* et *Potrimpus* nuncupantur. Humanum quoque sanguinem his idolis fuisse immolatum, obseruatur.

4. *Vitae et Mores LITHVANORVM, in Borussia sub districtu Insterburgensi et Ragnitensi degentium, breui delineatione adumbrata per ERHARDVM VVAGNER, Insterburg. Borussum.* p. 532 -- 550. Editum prima vice est hoc scriptum Regiomont. 1621. 4. En! quae-" dam ex eo notabilia: Gens haec vt su-" pra fidem robusta, sic aeterna est nata"

 la-"

"laboribus. Nullis omnino imbuun-
"tur literis, nec in Musarum castris feros
"animos vel aliqua literarum humanitate
"mitigant, sed adeo illarum rudes sunt,
"vt nonnulli nec vulgatissimas preces me-
"moria teneant. p. 533. Cultum diuinum,
"si ex crebris gemitibus aestimandus, sa-
"tis deuote peragunt, et licet modestum
"aurium obsequium verbi ministro prae-
"buisse semper videantur, coelestium ta-
"men rerum curis nunquam vacant at-
"tentius, quam vbi potu incaluerint.
"Tum enim hymnos modulari, inuocare
"Deum, sua deflere piacula, alter alte-
"rum docet, vt saepe impurum diuerso-
"rium sacratissimum mentiatur delubrum.
"p. 534. Pertinax etiam illis superstitio-
"nis ingenium est, cuius vtique labecula
"in hunc diem non leuiter infuscati sunt.
"Nec abstinent hodie, quin finita felici-
"ter messe, euacuatisque spicis, viri gal-
"lum, gallinam mulieres mactent, hanc-
"que haec, illum ille deuoret. - - - Re-
"periuntur insuper nonnulli, qui nescio
"quid fere ethnicarum reliquiarum o-
"lent, manibusque quotannis sacra fa-
"ciunt. Quamuis mos iste execrandus
"Pastorum vigilantia iam pene inter illos
"rarescat. p. 535. etc. Superstitionum, ine-
ptia-

ntiarum et barbariei apud veteres Lithuanos plena fuiſſe omnia, ſi ſcriptum Wagnerianum vbique fidem meretur, certum eſt.

5. **Nachricht von** D. IOACHIMI MORLINI *Revocation* **und Wiederkehr nach Preuſſen**, *ex Actis MSCtis.* p. 551 -- 600. Continuantur hic, quae de MORLINO dicta ſunt Act. Boruſſ. P. II. p. 165 ſqq. et a nobis in compendio exhibita Bibl. huius Vol. anteced. p. 448 ſqq. Poſt MORLINI ſcilicet diſceſſum Eccleſia Boruſſica magis ſemper magisque conturbabatur ab Oſiandriſtis et Philippiſtis, quare neceſſe erat, vt reuocaretur MORLINVS, Theologus, qui aptus iudicabatur ac idoneus ad veritatem, etiam contra Anabaptiſtas, paſſim prorumpentes, defendendam et afflictam Eccleſiam Boruſſicam pacandam. Ipſe Princeps, infenſus olim MORLINO, gratioſas valde ad eum idcirco mittebat literas, an. 1566. d. 30. Nov. ſcriptas, et pag. 557 ſqq. exhibitas, in quibus p. 558 iſthaec leguntur: Wir tragen nicht geringe Hoffnung, es ſolte durch euch auch dieſen unſern Landen, in jetzigen greulichen Zeiten wohl und viel können gedienet werden. Und ob wohl ehemahls etlicher Irrung halben zwiſchen uns und euch Beſchwerlichkeiten eingefallen;

fallen; so sind wir doch vorlängst des gnädigen Gemüths gegen euch wieder worden, daß es alles verziehen und vergessen, und unser Hertz und Sinn euch mit allen Gnaden gewogen. ꝛc. Accedebant D. GEORG. VENETI, Borussia ob Osiandristarum persecutiones egressi, et Antistitis Colbergensis munia adepti, literae, Colbergae. 1566. d. 10 Dec. datae et a LILIENTHALIO p. 560 sqq. redditae, quibus variae, eaedemque minime leues, caussae reditus MORLINI in Borussiam omnino necessarii continentur. *Ecclesia*, sic inter alia scribit VENETVS, *suo quodam iure te reuocat, quae te in hunc vsque diem non dimisit, sed pro γνησίῳ suo Pastore, spretis aliis, semper habuit et coluit, ac nunc in summa necessitate ac morbis, cum quibus adhuc conflictatur, medicam tuam opem implorat, quam ei negare, qua es pietate praeditus, profecto sine conscientiae laesione non potes. Postremo, si nulla est causa, quae te mouere posset, vt Deo vocanti obtemperares, vel vnica haec, meo iudicio, satis grauis et magna est, quod hac occasione personam Principis posses lucrari, qui nunc procul dubio, postquam peccatum diu sopitum reuixit, cum mala bestia, conscientia irrequieta, luctatur et varias tentationes experitur. Hunc nemo te melius posset consolari, erigere, confir-*

firmare. Quod opus quam necessarium et sanctum sit, tu pro tua sapientia facile intelligis. Neque MORLINVS solum, sed CHEMNITIVS etiam, cuius perhonorifica in citatis Epistolis fit mentio, desiderabatur. Vtrique cum non statim iter in Borussiam ingrederentur, ab ALBERTO, Principe, GEORG. VENETO ac CHR. IONA denuo inuitabantur literis et clementer et officiose scriptis, quae p. 563 sqq. integrae sistuntur. Auspicato tandem veniebant an. 1567. m. April., magnoque omnium, qui purioris doctrinae in Borussia erant studiosi, gaudio excipiebantur. Non erant autem otiosi spectatores, sed strenue laborabant, cuius rei documenta capi possunt ex *Recessu*, quem MORLINVS manu sua consignauit, eidemque hunc praescripsit titulum: Kurtzes Verzeichniß, was die Fürstl. Räthe, beneben den Verordneten der Ehrbahren Landschafft mit uns gehandelt. *Actum* Königsberg, am Tage der Himmelfahrt Christi, im 1567. Jahr, qui Recessus pag. 571 -- 579 est insertus. Die autem 8 Iul. abeuntes et Brunsuicum repetentes, praestantissimum laborum Regiomonti exantlatorum reliquerunt fructum, *Repetitionem* scilicet *Corporis Doctrinae*, de qua paulo ante fuit actum. Absen-

ſentia non minuebat, ſed augebat potius deſiderium, hos Theologos in Boruſſiam retrahendi. Ablegabantur eo fine Conſiliarii: calamum arripiebat ipſe Princeps, cuius Epiſtola ad MORLINVM et CHEMNITIVM d. 13. Aug. 1567 exarata p. 580 ſq. legitur: rogabant Ordines Prouinciales, quorum literae eod. die ſcriptae p. 581 ſqq. extant: inſtabat VENETVS, cuius epiſtola d. 22. Aug. conſignata p. 583 ſqq. occurrit. Quid vero Brunſuicenſes? Illi aegerrime carebant MORLINO, qui tamen honorifice tandem dimiſſus, Boruſſos voti reddidit compotes, qui ob MORLINVM ſibi redditum, et Epiſcopi Sambienſis honore auctum magna laetitia ſunt affecti. Princeps inprimis de recuperato MORLINO vehementer eſt gauiſus, probe gnarus, quantum decus, quantum veritatis ſtatorem, quantum vindicem Boruſſicae ſuae Eccleſiae reddiderit. Docent hoc Epiſtolae, ad eundem in Boruſſiam reuerſum ſcriptae, quae gratiae ac beneuolentiae ſigna habent luculentiſſima. His pag. 586 ſqq. praebitis, *MORLINI Teſtamentum* p. 595 ſqq. annectitur.

6. *MICH. BATTOLOVII, Diaconi Polonici,* Nachricht wegen der Magd im Löbenicht,

ſo

ö von einem Engel in den dritten Tag soll
eyn weggeführet gewesen. p. 601 -- 607.
Visio haec Regiomontana an. 1635 d. 24.
Sept. horam inter secundam et tertiam
pomeridianam in aedibus MICHAELIS
ERING, Praetoris, contigisse dicitur.
Ancilla nimirum, *Barbe*, in cubiculo lecti
sternendi ergo morata, non sine horro-
e vidisse fertur Iuuenem, candida veste
amictum, quem ipsa Angelum Dei nun-
cupavit. Ab hoc non compellata solum,
ed adducta etiam eo, vbi Deum viderit,
nteriecto autem triginta et sex horarum
patio ad idem cubiculum reducta perhi-
etur. Reuersa quid ad propositas varias
uaestiones responderit, his verbis pag.
05 sq. edisserit BATTOLOVIVS: Ich
abe sie gefraget, 1) was sie denn da gese-
en? R. GOtt den Herren, mit weissen
Kleidern, mit grauen Haupt und Bart, für
elchen die Engel stehen und singen, auch
ndere fromme Christen, die hätten Bücher
or sich an den Tischen und sungen. 2) Was
r Sprache der Engel zu ihr gebraucht?
olnisch, daselbst auch Polnisch und Deutsch
sungen ward. 3) Ob sie nicht etwas be-
lten? Etwas, sie kan es aber nicht hersür
ingen, wegen Schwachheit des Haupts.
Wie lang sie da gewesen an den Ort
und

und unterwegens? Nur ein Augenblick. 5) Was sie unterwegens gesehen? Nichts, denn sie im Augenblick hin, da und hie gewesen. 6) Ob sie jemand gekannt? Nur etzliche aus ihrem Ort, ihre Frau, wo sie dienet, mit ihren Kindern, ihren Vater, welcher gestorben, und ihre Mutter, welche noch am Leben ist, die hätte sie gefraget, wo sie so lang wäre gewesen? Sonst hätte sie keinen gekannt, denn sie nicht lang zu Königsberg gewesen, und ihr die Leute nicht bekannt sind. 7) Ob sie da gegessen, getruncken, oder geschlaffen hätte? Nein, denn sie nur ein Augenblick daselbst wäre gewesen. 8) Ob sie Kälte empfunden hätte? Nein, so lang sie da wäre gewesen und biß wieder ins Haus gebracht worden. 9) Wie der Ort wäre beschaffen? Sie könte ihn nicht beschreiben, allein er wäre hell, klar, grün, lieblich und frölich. 10) Warum sie da nicht blieben wäre? Sie wäre noch schwartz, die andere wären alle schön weiß daselbst, sie allein schwartz, und müste erstlich der Welt solches verkündigen. 11) Ob sie auch bald hin wolte? Wenns GOtt wird haben wollen. 12) Was sie gedächte? Sie bitte GOtt, daß ers wolle auf eine Seite kommen lassen, beydes zur Gesundheit in diesem, oder jenem Leben. 13) Weil die Schrifft saget, daß

GOtt

GOtt keiner jemahls gesehen hätte, wie sie ihn denn hätte sehen können? GOtt ist unsichtbahr, aber er lässet sich sehen von wem, und wenn er will. 14) Zu jener Zeit hätte der Abraham zum Reichen gesaget, seine Brüder, das ist, die Welt hätten Mosen und die Propheten 2c. Item: GOtt handelt nicht mehr mit uns durch solche Wunder-Zeichen. Item: Sie soll GOtt nicht potten/die Leute nicht betrügen, noch teuchen, sondern die Warheit reden, wo sie edenckt an den Ort zu kommen, von welchem sie sagte, und nicht an den Ort der Quaal? Was wolt ich anders sagen, was itte ich davon, wolt auch nicht gerne an den rt kommen, da die Gottlosen seyn, sondern o sie gewesen zu den Engelichen Gottes.) Ob sie auch den Ort der Quaal gesen? Nein. Solches alles hat sie deutlich, rständig und beharrlich, nicht allein den 26. . 28, sondern auch so offt bey ihr gewesen, Beysein vieler glaubwürdiger Leute geret, bejahet und zugestanden. Quid iudicas, ndide ac perite Lector? Phantasiam foragnosces corruptam: aut fanaticam et thusiasticam declarabis hanc ancillam. uodcunque elegeris, facile inuenies, i tecum consentiant.

7. *Noua Literaria continuata de A.* 1730. p. 607 -- 614. Hauriri inde poteſt notitia variorum ſpeciminum et actuum Academicorum : Miniſterii Regiomontani, 34 membris conſtantis: ſcriptorum homileticorum et aſceticorum: CHRISTOPH. FRID. GRVBE Orationis *de ſingularibus diuinae prouidentiae, Boruſſiae in Aug. Confesſionis introductione et conſeruatione praeſtitu, documentis.* Quorſum refertur 1) *Tempus*, multis tum inuolutum difficultatibus. Boruſſia ſcilicet adhuc nexu feudali cum Polonia erat coniuncta: ALBERTVS ob derelictionem Ordinis Teutonici multis vexabatur difficultatibus, et ſub excommunicatione Papae ac banno Imperii erat. 2) *Ordo*, quod Boruſſia vna ex primis fuerit, quae Auguſtanam Confeſſionem vix exhibitam receperit. 3) *Modus* introductionis, qui non erat violentus, ſed ſpontaneus 4) *Defenſio* contra Haereticos, Fanaticos, Anabaptiſtas. 5) *Pretium*, quod in patrocinium pacis publicae Auguſtana Confeſſio fuerit recepta in Priuilegio a SIGISMVNDO AVGVSTO an. 1569 dato, et in pace Olivenſi.

II.

II.

LUDEWIG HOLBERGS, Assessoris Consist. und Prof. Publ. bey der Königl. Universitæt zu Copenhagen, Dännemarckische-Norwegische Staats- und Reichs-Historie, worinnen viele curieuse Antiquitäten von dem alten Staat vorstellig gemacht, und eine accurate Beschreibung von dem jetzigen Staat der Reiche Dännemarck und Norwegen gegeben wird. Im verwichenen Jahre in Dänischer Sprache heraus gegeben, nunmehro aber denen Liebhabern der Dähnischen und Norwegischen Historie zum Nutzen und Vergnügen in Teutscher Sprache übersetzet und ans Licht gebracht von FRIDER. GERHARD. VOSS, Philol. & Historiar. Studioso. Copenhagen A. 1730. 4 Alph. 19 B. in 4to.

Gratam & civibus suis & exteris operam præstitit celeberrimus libri præsentis Auctor, quod Historiam

Regnorum Daniæ & Norwagiæ, illis maculis & erroribus liberam, quibus conspersa in plerisque scriptoribus cernitur, exponere nobis voluerit. Laudem vero eo majorem meretur, quo magis brevitati studet in iis, quæ aliunde satis nota sunt, eo autem prolixius tradit, quæ frustra alibi quæsiveris. Ex his enim apparet non exiguam Historiæ huic impensam fuisse operam, & non tam de magno, quam utili libro condendo Autorem fuisse sollicitum. Æquum erat vernacula lingua Historiam Danicam componere, utilitas tamen & præstantia libri merebatur, ut Germanis quoque intelligi posset. Quamobrem Cl. *Vosio* non parum laudis debetur, qui librum in germanciam linguam transtulit & labore hoc eleganter functus est.

Integer liber quindecim capitibus absolvitur. Primum agit de indole nationis Danicæ & Norwagicæ. II.) De Qualitate regionis. III.) De Forma Regiminis. IV.) De Religione. V.) De Academia Hafniensi. VI.) De Regibus Daniæ stirpis Oldenburgicæ. VII.) De divisione incolarum in classes varias. VIII.) De Commerciis. IX.) De re monetaria. X.) De In-

si-

ſignibus horum Regnorum. XI.) De potentia terreſtri & maritima. XII.) De origine & progreſſu Juris Danici. XIII.) De tribunalibus Daniæ, & quomodo Proceſſus in iisdem inſtruendi. XIV.) De Collegiis ſupremis eorumque Miniſtris, aliisque officialibus. Occurrunt in ſingulis multa maxime memorabilia, & ex ipſis fontibus omnia hauriuntur. Cum vero ſingula accuratius recenſere prolixum nimis foret, dabimus ſolum quædam ex capite quarto, quod de Religione horum Regnorum agit. p. 99. ſ.

Initium Tractationis de Religione Danorum facit expoſitione Religionis paganæ. Erudite docet, quid eo tempore crediderint de Creatione, de Idolis Odin, Freyr, Freya & Tyr, de Vahalla ſede Odini, de Valkyriur, quod nomen Parcæ quaſi quædam Septentrionales gerebant, altera Gude Rota, altera Skullda vocabatur: De Niflheim ſede eorum, qui vitam hanc in ſilentio & otio tranſigere: De interitu mundi denique, cujus veſtigia cernere licet in verſibus quibusdam Eddæ latine ex *Bartholini corpore antiquitatum* exhibitis. p. 116.

Nigrescit sol,
Immergitur mari tellus,
Disparescunt e coelo
Serenæ stellæ,
Sævit ignis
Sub seculi extremitatem,
Lambit ascendens flamma
Ipsum coelum.

De primordiis Christianæ Religionis p. 117. sq. agit. Seculo nono ope Ansgarii monachi ea esse facta satis constat; Hunc vero virum Danos in sanctis veræ doctrinæ capitibus prius, quam Svecos informasse, contra alios disputat. Quæ Religioni huic vel prospera vel adversa contigerint, prolixius exponit, & in origines octo Episcopatuum, Slesvicensis, Ripensis, Aarhusensis, Odenseensis, Rolchildensis, Wiburgensis, Wendsyssclensis seu Borglumensis & Lundinensis, qui Archiepiscopatus titulo gaudebat, inquirit. Illud vero merito dolet, cum annuntiatione salutaris doctrinæ, tyrannidem simul papalem hæc regna intrasse. Producit hic memorabilem *constitutionem Dacianæ Ecclesiæ, VVedelii* A. 1256. promulgatam, qua Anathema Regi & Regno indicitur, si ullo modo Episcopus læsus fuerit: prima

Con-

Constitutionis famosæ verba sunt: *Cum Ecclesia Daciana adeo persecutione tyrannorum est subjecta,* &c. v. p. 121. Hanc Constitutionem sæpe executioni datam, & Anathematis fulmen in Regem vibratum fuisse, ibidem ostendit. Vexabatur hoc jugo inprimis Rex Ericus, cognomine Mendvedus. Sequentes enim, ut Regno quietem redderet, Papæ literas offerre cogebatur: *Vestræ Sanctitati in omni misericordia quantum possum supplico, quatenus me misericorditer recipere dignetur vestræ sanctitatis Pietas, ut non desoletur Regnum, ne tota gens pereat. Illi enim oves cum sint, quid fecerunt? convertatur, obsecro, in vaginam Petri gladius, & restituat servo auriculam Christi vicarius, imo verius ipse Christus, ut restitutus ad Ecclesiastica Sacramenta, liberius audiat verbum Dei, & quicquid humeris meis portabile jusserit vestra Sanctitas reverenda, licet perquam durum fuerit, non negabo; quid plura? loquere Domine & audiet servus tuus.* Mirari, addit, Historicos, Regem Waldemarum III. Papæ fulmine suo minitanti hæc rescribere fuisse ausum: *VValdemarus Rex Pontifici Romano salutem. Naturam habemus a Deo, Regnum ab incolis, divitias a Parentibus, fidem a tuis Prædecessoribus, quam, si nobis non faves, per Præsentes remittimus.* Norwagicis Regibus

A. 1280. juramenti formula a Clero præscribebatur, quam præstare tenebantur, cum Regnum capesserent. Meretur etiam hic legi: *Profiteor & promitto coram Deo & Sanctis ejus pacem & justitiam Ecclesiæ Dei, populoque mihi subjecto, observare. Pontificibus & clericis (prout teneor) condignum honorem exhibere, secundum discretionem mihi a Deo datam, atque ea, quæ a Regibus Ecclesiæ collata ac reddita sunt, sicut compositum est inter Ecclesiam & Regna, indelebiliter observare, malasque Leges & consuetudines perversas, præcipue contra Ecclesiasticam Libertatem facientes, abolere, & bonas condere, prout de consilio fidelium nostrorum melius convenire poterimus.* Ericus Magnusen primus erat, qui juramento hoc adstringebatur, parum vero hoc vinculo suo Clericos obtinuisse monstrat. Alios enim indignos præbendis exuebat, alios Regno ejiciebat, qui Romam petentes mirum in modum contra Regem conquerebantur. Cum vero irrita essent omnia & vani conatus cleri, impedire tamen Rex non potuit, quod in Chronicis Norwagicis atro notatus fuerit lapillo & nomen obtinuerit *Präste-Hader*, seu Hostis clericorum. Superstitiones & varios modos, incolas horum Regnorum nummis emungendi, nolo repetere. Si enim

enim aliquos horum modorum noris, omnes noris. *Conradi Celtis* hos versus hac occasione producit:

Quicquid in extremis habuit Germania terris
Et mediis quicquid continet illa plagis,
Exhaustum est, totum Latias migravit in arces,
Expleat ut luxus, impia Roma, tuos.

Emendatæ Religionis initia exponit p. 126. ubi videas, quos per varia obstacula progressus fecerit, regnante Rege optimo Friderico I. Magnum hoc tempore nomen fuit viri non indocti *Hans Taussen*, qui puriori doctrina apud Wittebergenses imbutus erat. Hic A. 1529. Wiburgo Hafniam vocatus tempore autumnali in templo Nicolaitano Psalmos Davidicos & plura cantica spiritualia vernacula lingua canere ordinabat. *Paulus Eliæ* Carmelitensis monachus, unus erat ex primis, qui felici purioris doctrinæ progressui sese opponebat; Episcoporum enim jussu A. 1531. scribebat *Explicationem Missæ ad Hafnienses.* Hunc *Paulum Eliæ* primo Evangelicam doctrinam approbasse narrat, sed a pontificiis canonicatu Rotschildiensi auctum, ab eorum partibus stre-

nue ſtetiſſe. Unde quod pallium alteri humero injecerit & auram pontificiorum captarit *Paulum Vendekaabe* dictum fuiſſe. Notabile præ reliquis eſt Mandatum Regis Chriſtiani III, quo purior doctrina demum ſolenni modo obtinuit, p. 134. & commercium cum B. Luthero Epiſtolicum, & conſtitutio denique Eccleſiaſtica. Hæc publicata fuit a *D. Bugenhagio* Hafniæ A. 1537, poſtquam Luthero fuerat transmiſſa, ut eam legeret & approbaret. In linguam vernaculam translata fuit A. 1539, in comitiis Odenſeenſibus. Anno vero 1542. aucta fuit XXVI. articulis, quos Ripenſes vocant, quoniam ab Epiſcopis VII. Ripis congregatis conſignati ſunt. Accedebat generalis ſubſcriptio Auguſtanæ Confeſſionis A. 1544. Hanc excipiebat verſio ſacrorum bibliorum lingua Danica ad fidem verſionis B. Lutheri expreſſa, A. 1550. in majori forma. Nam ante iſta tempora ſacri codicis verſio Danica nunquam edita fuerat. Fridericus II. Rex translationem ſacrorum librorum Islandicam adornari jubebat, quod factum opera Epiſcopi Holumenſis, Gudbrandi Forlakſen, utque purior coetus a corruptelis eo magis integer ſervaretur, conficiendos curabat *articulos* XXV, *de quibus interrogabantur*

tur peregrini & hospites, qui a Regia Majestate & in Regnis Daniæ & Norvvagiæ Hospitia petunt. Hafniæ 1569.

Fata Formulæ Concordiæ, & meram esse Fabulam, quæ de eadem a Rege Friderico II. flammis combusta narrantur, docet p. 167. Ordine exponit motus varios excitatos a Calvinianis, p. 147. Socinianis,(*) ib. Remonstrantibus, p. 148. Anabaptisticis. ib. Inprimis eorum antesignano Joanne Claussen Cottenio, David Joristis, p. 149. Quakeris, p. 150. Schurmannia, p. 151. Melchiore Hoffmanno, p. 154. Anna Owena Hoyeria,(**) p. 156. Christiano Hoburg, p. 157. Antonia

(*) Stanislaus Lubienitski, Socinianus, aliquam apud Regem Fridericum III. gratiam iniit, sed propter eruditionem solum variarumque rerum notitiam. Quam parum enim Rex doctrinæ hominis tribuerit, ex eo docet, quod cum in disputatione aliqua Regem interrogaret: *Jubesne me incipere?* Rex dixerit, *quin insipies*.

(**) Composuit hæc inter alia Satyram, qua clero Danico insultavit, titulo: *De Dänische Dörppape, im korten Tüge, up Dütsch uthstaffert van J. O. T. A.* In fine libri hæc leguntur, quibus *David, Georg-* extollit:

Dit

nia Bourignonia, p. 158. Matthia Knudsenio, p, 160.

Quemadmodum vero hi motus partim in Holſatiæ, partim in Jutiæ auſtralis oris ſubſtiterunt, ita felicitatem Regni Danici merito extollit & teſtimoniis Joh. Meurſii, Dan. Pfeiffii & ipſius Molesworthii, notiſſimi iſtius Angli, confirmat. Pauca enim ſunt, quæ moleſtiam Daniæ crearunt. Sed tamen dignæ ſunt, quæ obſerventur controverſiæ, quas moverunt Niels Hemmingius, qui græcam primo linguam, deinceps ſacram doctrinam publice profitebatur in Academia Hafnienſi: Holger Roſenkrantz, ornamentum alias nobilitatis Danicæ, & variis negotiis atque legationibus cum gloria exantlatis inclytus: Joh. Paul Reſen, Epiſcopus Seelandiæ. Obſcuriora ſunt reliquorum nomina, qui controverſiis inteſtinis anſam dederunt: Conradus Aslacus, Nic. Stenonius,

Dit heft geſecht
De truvv Gottes Knecht
Den gy verdömen,
Syn Lyf is verbrandt,
Syn Seel in Gottes Handt,
Ick darf em nicht nömen.

nius, Nic. Chronichius, Joannes Canuti Vellejus, Jonas Jacobi Venusius, &c.

Singula hæc in hoc libro magna cum diligentia enarrantur. Multa præterea occurrunt in singulis capitibus memorabilia, sed ne nimis excrescat hæc recensio, hic subsistimus, & rerum Danicarum curiosos ad librum ipsum remittimus.

III.

III.

Einleitung zur Schleßwig-Holsteinischen Historie, und zwar Zeitwährender Regierung des herrlich ausgebreiteten und noch blühenden Oldenburgischen Stamms, aus beglaubten Geschicht-Schreibern, auch zum Theil ungedruckten Urkunden, bis auf gegenwärtige Zeiten mitgetheilet, und durch und durch mit Anmerckungen begleitet, von Adam Henrich Lackmann. Erster Theil. Hamburg, 1730. 8vo. 2 A. 1 pl.

Fidem, quam aliquo abhinc tempore dederat, jam liberat Cl. Dn. AUCTOR, (*) dum introductionis in Hi-

(*) De scriptis ab illo evulgatis vid. Volum. III. hujus Biblioth. p. 421. sq. quibus add. *Epistola diversi argumenti, maximam partem a Variis ad Clarissimum multorumque meritorum Virum, LUCAM LOSSIUM, Illustris Lycei apud Luneburgenses, dum viveret, Pro-Rectorem, & post eum a* Du-

Hiſtoriam Ducatuum Slesvici & Holſatiæ partem primam luci publicæ exponit. Occaſionem conſcribendi illam caſum magis, quam arbitrium, ſuppeditaſſe, in præfatione aſſerit, accedente ſuaſu & adhortatione eorum, queis refragari haud licuerit, cum alias difficultates plurimæ, & inprimis idoneorum defectus documentorum, nec non dubia & controverſa plurima facile inceptum potuerint ſufflaminare, quibus tamen medela non levis parata fuerit, ceſſantibus moleſtiis officii

DURÆO, LANGVVEDELIO, BOECLERO, PORTNERO, BERNEGGERO, FREINSHEMIO, aliisque ad alios exarata, & in Compendium redacta, partim vero integra ex autographis deſcripta, & cum Diſſertatione *de multiplici Eruditorum ſtudio epiſtolis hactenus impenſo* editæ Hamb. 1728. 8vo. Geiſtreiche Gedichte / zur Erweckung heiliger Vergnügung gröſtentheils aus gantzen Sammlungen der berühmteſten Poeſien / nach der Wahl des Beſten erleſen / zum Theil aber itzo allererſt ans Licht geſtellet / nebſt einer Vorrede / vom Zeugniß der Lieder für die Warheit der Religion / Hamb. 1730. 8vo maj. itemque *Nota perpetua* in DETLEVI REVENTLOVII, Equitis Holſati, *Orationem, de Religione publicis fidei Confeſsionibus, iisque Cimbricis, inſigniter confirmata, in memoriam Auguſtanæ Confeſsionis ducentos abhinc annos in Comitiis ſolenniter oblatæ, in Academia Cimbrica memoriter recitatam.* Kilon. 1730. 4to.

ficii publici laboribus, variisque subsidiis intervenientibus. Ordinem sequitur chronologicum, historiæ cumprimis accommodatum, ipsisque scriptorum verbis ut plurimum res gestas proponit, nec illa tantum, quæ memoratos in titulo Ducatus concernunt, sed & quæ in illorum vicinia, variisque in terris & locis, vinculo aut nexu aliquo hisce regionibus junctis, velut in Germania, Dania, Norvagia, Suecia, Livonia, civitatibus Hanseaticis, & præsertim Lubecæ, acciderunt, attingit. Testimoniis ubique scriptorum fide dignorum nititur, fontesque ipsos commonstrat, e quibus sua hausit, ut & certitudo narrationis ipsius pateat, & ulterius inquirendi ansa suppeditetur. Eam in rem non modo edita auctorum monimenta, sed & inedita in subsidium vocat, ad quorum posteriorum classem pertinent: *Volumen privilegiorum Femariensium, Tabularii Slesvicensis Repertorium, Miscellanea Historiæ Vtinensis, Codex Jur. Flensburg. Volumen privilegiorum Nordstrand. Collectanea seu Dithmars. singular.* ALARDI *Nordalbingia,* ANONYMI *Chronicon Lubecense,* (*) COGELII *Vti-*

(*) Cum nomen compilatoris hujus Chronici Lube-

Vtinisches Bischoffs-Gedächtniß, *MARTINI CORONÆI Antiquitäten* des Closters Bordesholm, (*) Hans Detlefs, tho Windbargen Chron. van Dithm. (**) *RHVMANNVS de Episcopis Aarhusiensibus, PETRVS SAXIVS de Rebus gestis Frisiorum e summis antiquitatum tenebris productis, EIVSD. Descriptio Helgolandiæ, HENRICI SEEDORFFII Dithmarsia libera, ADAMI THRACIGERI Chronicon Hamburgense,* & alia. Si qua tamen in his omnibus occurrunt, notationis aut correctionis indiga, modesto illa examini subjicere, justisque de causis emendare haud intermittit, quod inprimis in Genealogiis Regum ac Principum usu venit, etiam iis, quæ stirpem Oldenburgicam illustrant, ita ut nec HERMANNUS HAMELMANNUS, nec JOH. JUSTUS WINCKELMANNUS, nec JOH. ADOL-

 PHUS

becensis MSti non exprimatur, haud equidem, cujus vel qualitatis vel auctoritatis illud sit, judicare licet, quanquam parum fidei aut judicii eidem tribuendum esse, ipse Dn. Auctor p. 415. indicet.

(*) Illas alibi die magern Bordesholmischen Antiquitäten Auctor vocat p. 66.

(**) Uberiorem hujus Chronici delineationem & recensionem vid. in JOH. HENRICI a SEELEN *Selectis Literariis*, p. 324. -- 350.

PHUS CYPRÆUS, nec NICOLAUS HELDVADERUS, nec Tabulæ *Apologiæ Sonderburgensi* annexæ, nec alii in omnibus satisfaciant. A partium vero studio se vel maxime alienum profitetur, nec vel odio, vel amicitiæ, vel commodo, quicquam dedisse testatur, ita ut CHYTRÆI simili in re assertum suum facere omnino possit.(*) Dolet interea, scripta nonnulla ad historiam regnorum & ducatuum septemtrionalium facientia vel nimis sero vel nondum omnino prodiisse, adeoque a se

(*) Von dem verdammlichen Vorurtheil eines eingebildeten natürlichen Wiederwillens / oder des mit den ersten Jahren / wil nicht sagen wieder eintzele Menschen / sondern gegen gantze Völcker uns eingepflantzten tieff-eingewurtzelten Hasses / habe ich mich längst gereiniget / und ich kan ungescheuet bey dem Auffsatz nachfolgender Bogen / wenn sonst die Vergleichung für mich nicht zu ansehnlich / dasjenige auf mich deuten / womit **Chytraeus** ehebevor in einem Sendschreiben an **Laurent. Andreae** den Verdacht abgelehnet / als wenn er in seiner neuen Sachsen-Chronick einer gewissen Parthey nebst ihrem Könige gar zu sehr ergeben gewesen. Ego nihil ullius, sind seine Worte *Epist.* p. 787. Dani aut Sueci, alteriusve gentis amore aut odio in historia illa scripsi; sed expositiones rerum gestarum, sicut a fide dignis mecum communicatæ sunt, fideliter recitavi. *Præf.* (b) 4. sq.

a se consuli haud potuisse, quorsum refert LUDOVICI HOLBERG, Assessor. Consist. & Profess. publ. *Historiam Daniæ & Norvagiæ*, Hafniæ primum Danice 1729. & deinde vertente anno 1730. germanice editam; *l' Histoire de Dannemarc avant & depuis l' etabliſsement de la Monarchie, par Mr. J. B. des ROCHES, Escuyer, Conseiller, & Avocat General du Roi Tres-Chret.* a se nondum visam; *Tomum Tertium Scriptorum rerum Germanicarum maxime Saxon.* BRODERI Boissen *Chronicon Slesvicense* continentem, atque a celeberrimo D. JOH. BURCH. MENCKENIO tum demum publicatum, cum præsens Introductio prelo jam tradita esset; *Librum Imum Tomi IXni Reliquiarum Manuscriptorum omnis ævi diplomatum ac monumentorum* Dn. Cancellarii JOH. PETRI a LUDEWIG, *duodecim Scriptores antiquos Danicos* e Bibliothecis atque Archivis Hafniensibus depromptos complexum, & nuper demum prelo liberatum; *Compendium Historiæ Suecanæ*, quod Gryphiswaldiæ CHRISTIANUS NETTELBLADT adornat; ANTONII Vieth *Historiam Dithmarsicam*, quæ propediem cum Praefatione doctiss. FABRICII lucem videbit; & alia plura. Excusationem quoque subnectit, quod non integram, uti promissum

sum fuerat, historiam, sed partem tantummodo ejusdem primam jam emittat, rerum quippe copia impeditus, moxque alteram cum indice & tabulis genealogicis subsecuturam pollicetur.

Hæc de Præfatione. Jam ubi Tractationem ipsam aggredimur, illam ita esse concinnatam deprehendimus, ut continua serie res gestæ inde ab anno 1426. usque ad annum 1588. enarrentur, adspersis ubique larga manu adnotationibus doctissimis utilissimisque, quibus ea, quæ referuntur, aut corroborantur, aut illustrantur, aut ab aliis minus recte prolata corriguntur. Neque vero instituti nostri ratio, ut singula percurramus, patitur: sufficiat nonnulla, inprimis quæ ad historiam ecclesiasticam & literariam spectant, hinc inde excerpsisse.

P. 146. mentio injicitur libri perrari, Lubecæ 1496. 4to hoc titulo excusi: *Statuta Synodalia & Provincialia reverendi in Christo patris Domini* EGERDI, *Episcopi Slesvicensis, nec non sacri palatii apostolici causarum auditoris*; de quo meminimus fusius agere SEELENIUM nostrum in *Supplem. III. ad Maittaire Annal. Typographicos, Selectis Literariis*

rarius inserto, p. 661. sq. P. 175. sq. de vita & meritis celeberrimi Canonici Hamburgensis, Lectorisque Theologiae, ALBERTI CRANTZII, deque illius scriptis editis ac ineditis agitur, auctoresque, qui prolixius de eo exposuerunt, adducuntur. P. 228. sq. memorantur nundinae indulgentiales, quas per terras septemtrionales instituit *Arcimboldus*, Nuncius Apostolicus, hoc titulo superbiens: "JO. ANGELUS" ARCIMBOLDUS, Juris U. D. Praeposi-" tus de Arcisate, Protonotarius & Refe-" rendarius Apostolicus, nec non ad Co-" loniensem, Treverensem, Saltzburgen-" sem, Bisuntinensem, Bremensem, ac" Upsalensem, provincias, illarumque ac" Cameracensem, Tornacensem, Morinen-" sem, Atrebatensem, Caminiensem &" Misnensem civitates & dioeceses, super" executione plenissimarum indulgentia-" rum immensae fabricae basilicae principis" Apostolorum, caelorumque clavigeri," de urbe Nuncius & Commissarius."

Prae aliis vero historia emendatorum sacrorum, & propagatae per Daniam ac Holsatiam purioris doctrinae, singulari cura p. 281. sq. traditur. Initium arduae hujus rei jam ann. 1522. Husumi fecerat

 HER-

HERMANNUS TAST, socias manus jungente M. THEODORICO Becker, sive PISTORIO, primo Husumensium Archi-Diacono; ac licet egregii veritatis testes HENRICUS ZUTHPHANIENSIS & ADOLPHUS CLARENBACH (de quorum fatis & meritis p. 285. sq. uberius disseritur) furori Pontificiorum succumberent, FRIDERICUS I. tamen subditis suis in regno & ducatibus ann. 1524. serio injunxit, ne religionis causâ cuiquam ægre facerent, sed potius verbo DEI audientes idololatriam papalem desererent. Vi cujus mandati Evangelium *Gardingæ* apud *Eiderstadienses* per HERMANNUM TAST, apud *Nordstrandenses* per HOMERUM Hansen, FRIDERICUM Backen, & LAURENTIUM Jansen, apud *Dithmarsos* autem per NICOLAUM Boye *VVeslingburæ*, aliumque hujus nominis *Meldorpii* prædicatum, & anno 1527. magis magisque receptum fuit. Ulterioribus illud gavisum est progressibus opera EBERHARDI Weidensee, Pastoris *Haderslebiensis*, JOHANNIS Wend, Rectoris Haderslebiensis, & deinde Episcopi *Ripensis*, GERHARDI Slewerth, Ecclesiastæ *Flensburgensis* & postea Præpositi *Nordstrandensis*, JOHANNIS Brun, Præpositi Apenradensis, alio-

rum-

rumque fide, doctrina, & candore insignium virorum. Illorum tamen numero eximendus est MELCHIOR Hoffmann, qui *Kilonii* quidem concionatoris munus ann. 1527. obtinuit, mox vero ob sparsos errores Anabaptisticos & Zvinglianos, post habitum cum ipso Flensburgi ann. 1529. colloquium, quod singulari Oratione MS. descripsit Vener. D. HENR. MUHLIUS, urbe & regione ejectus est, demumque Argentorati in carcere 1533. decessit. *Slesvici* interea doctrina purior propagata est per MARQUARDUM Schulsdorff, Kiloniensem, ex Academia Wittebergensi evocatum, renitente licet adhuc Capitulo atque Episcopo. *Hamburgi* STEPHANUS Kempe, & JOHANNES ZEGENHAGEN corruptelas Pontificias strenue impugnarunt, cumque ann. 1528. instituta in curia disputatione, quid lucem & tenebras inter discriminis esset, clarius pateret, errorum papalium patroni emigrare coacti sunt, & JOHANNES BUGENHAGIUS accersitus est, qui rem ecclesiasticam & scholasticam egregie ordinavit, cæptamque etiam *Lubecæ* per ANDREAM WILHELMI, JOHANNEM Walhoff, MICHAELEM Freund & JOH. Osenbrugge, sacrorum repurgationem ann.

1530. feliciter ad finem perduxit. *Bergis* in Norvagia ann. 1528. evangelium increbuit, ut & *Malmoæ* in Scania, itemque ann. 1529. *Hafniæ*, ubi deinde rerum summam moderante CHRISTIANO III. ann. 1530. Episcopi Romano-Catholici ab officio remoti, eorumque loco ann. 1537. per BUGENHAGIUM VII. Superintendentes religioni evangelicæ addicti inaugurati sunt, recepta per totum regnum Augustanæ Confessionis doctrina.

Hac occasione singularia multa *Ordinationem Ecclesiasticam* Regni Daniæ & Ducatuum Slesvici ac Holsatiæ concernentia, p. 384. sq. adducuntur. Scilicet convocatis doctoribus e regno & ducatibus mandaverat Rex, ut ordinationem aliquam sacram conscriberent, quam deinceps LUTHERO transmissam, ipse cum aliis, qui Wittebergæ erant, Theologis, approbavit, ut adeo BUGENHAGIO soli ista ordinatio adscribi nequeat, prouti variis argumentis ostenditur. Typis deinde evulgata est hæc ordinatio latino idiomate, hoc titulo: *Ordinatio ecclesiastica Regnorum Daniæ & Norvvegiæ, & Ducatuum Slesvicensis, Holsatiæ, &c. &c. Anno Domini MDXXXVII.* Et sub finem additur: *Ex officina literaria JOANNIS VINITORIS Stutgardiani in novo Clau-* *stra-*

strali vico Haffniæ die Luciæ Virginis 1537. 8vo. Danico autem sermone eadem, sub tit. Christselige Kircke-Ordonnantz, Hafniæ 1539. 12mo. prodiit, postquam a PETRO PALLADIO, Episcopo Seelandiæ, e latino versa, in comitiis Othiniæ 1539. celebratis revisa, atque a Rege & Proceribus subsignata fuerat. Prima hac editione Danica divendita, alia ann. 1542. curata est, a memorato PALLADIO sollicite prius perlustrata, & XXVI. Articulis aucta, quos congregati Ripis VII. Episcopi seu Superintendentes regni in variorum defectuum abolitionem composuerunt. Eodem anno Ordinatio latina consilio & opera BUGENHAGII ex mandato regio in linguam Saxoniæ inferioris translata, atque in Comitiis Rendsburgensibus instar legis ecclesiasticæ publicæ in Ducatibus Slesvici & Holsatiæ recepta, hac inscriptione prodiit: Christlyke Kercken-Ordeninge, de yn den Fürstendômen Schleßwig-Holsten &c. schal geholden werden, gedruckt tho Magdeborg, dorch Hans Walther, 1542. 4to. quæ editio repetita est Hamburgi 1557. Francofurti 1565. Slesvici 1601 & 1612. Danica versio etiam in ecclesiam Islandicam ann. 1551. introducta est, & ann. 1555, in Synodo Hafniensi XXXI. Articuli sunt conge-

ſti, in quibus varia hanc ordinationem ſpectantia illuſtrata & explicata fuerunt. Pluribus deinde vicibus hæc ordinatio idiomate Danico lucem vidit, nempe Hafniæ 1562. 8vo. 1582. 8vo. 1617. 8vo. & 1646. 8vo. nec minus eadem e Danica in linguam Saxonicam veterem ann. 1617. converſa eſt. Neque tamen hiſce aliisque CHRISTIANI III. ſalutaribus inſtitutis Papismus in Dania penitus fuit extirpatus, docente NICOLAO CRAGIO in *Annal. MSCt.* latinæ ordinationi eccleſiaſticæ etiam viros doctrinæ Pontificiæ ſuſpectos ſubſcripſiſſe, quos tandem Rex tolerans ſubſignare voluit, ne quid contra hanc formulam tentarent. In Epiſcopatu Slesvicenſi autem papismus aboleri cœpit, pio atque erudito Theologo TILEMANNO Hus ann. 1541. in Epiſcopum electo, qui omnem operam evangelio promovendo impendit, cum quo paria fecit GERHARDUS Slewerth, Superintendens Præfecturarum Flensburgenſis et Tunderenſis conſtitutus, quam in rem Ordinationes regiæ nonnullæ ex MSto adducuntur, e quibus harum eccleſiarum poſt reformationem facies elucet. Hafniæ quoque ad convincendos, qui pontificiam adhuc religionem amplectebantur,

Ca-

Canonicos, quorum præcipui doctiſſimique erant PETRUS SEVERUS, PETRUS JAREUS, M. JONAS THURONIS, M. BERNHARDUS ARVIDI, Lundenſes, Abbas HEREVADENSIS & ESSERVMENSIS, atque M. ERASMUS SARTORIUS, Sorenſis, hos inter & Lutheranos Theologos, nimirum NICOLAUM CRAGIUM, OLAUM CHRYSOSTOMUM, & JOHANNEM SENINGIUM, Diſputatio publica per integros VIII. dies, horis matutinis a VII. ad XII. & pomeridianis a II. ad V. præſente Rege habita fuit, in qua priores victi Auguſtanæ Confeſſioni ſine mora ulteriori ſubſcripſerunt, quorum exemplum & alii ſecuti ſunt. Nec ſtabilire ſolum, ſed & ab omni labe puram conſervare religionem veram ſtuduit CHRISTIANUS III. id quod ea, quæ cum 175. exulibus ex Anglia advectis, inter quos præcipui erant JOHANNES a LASCO, MARTINUS MICRONIUS, FRANCISCUS RIVERIUS, & JOHANNES UTENHOFIUS, ann. 1553. acta ſunt, comprobant. Cum enim Rex ex PAULI NOVIOMAGI d. 16. Nov. cum illis inſtituto Colloquio intelligeret, peregrinos hoſce Anabaptiſtico & Sacramentario veneno infectos eſſe, ne malum latius

tius serperet, eos terris suis egredi jussit, oblato centum thalerorum viatico; quæ omnia refutandis GODOFREDI ARNOLDI criminationibus apprime inserviunt. Parem adhibuit vigilantiam, cum Anabaptistarum & Sacramentariorum Secta in Ducatibus Slesvici & Holsatiæ grassari inciperet, dum edito severissimo mandato ann. 1555. prohibuit, ne quis ejusmodi homines hospitio susciperet, quo exemplo excitatæ civitates quoque Vandalicæ seductores hosce proscripserunt, quod ipsorum edictum frivole satis a CHRISTIANO THOMASIO ejusque asseela ENN. RUD. BRENNEYSENIO, decreti Anti-Christiani nomine traductum fuit. Ministerium etiam ecclesiasticum quantopere ab erroribus talibus abhorreret, satis declaravit edita ann. 1556. Confessione fidei, Calvino opposita, atque Hamburgensium Pastori JOACHIMO WESTPHALO transmissa; & ipse Dux quoque ADOLPHUS corruptoribus veritatis evangelicæ se strenue opposuit, inque suarum ecclesiarum incrementum MELANCHTHONI Superintendentis munus ann. 1558. obtulit, qua de re VOLQUARDUS JONAS olim *Johanni Pistorio* scripsit: "De Domino Præceptore (MELANCH-

"THO-

THONE) aliud tibi ſcribam, quod forſ" taſſis nondum ſcis. Princeps noſter lite-" ris admodum ornate ſcriptis ipſum huc" vocavit, & multis verbis ab ipſo petiit," ut velit munus & labores Superinten-" dentis ſuſcipere: obtulit quoque non-" gentas marcas, & ultra, pro ſtipendio" annuo. In fine literarum erat, ſi ipſe" venire non poſſit, alium idoneum ut" mittat, & illum judico futurum M. PE-" TRUM, qui non gravatim Wittenber-" gam relinquet, quod certo ſcio."

Sub Regimine FRIDERICI II. conſcripta eſt *Confeſſio præcipuorum articulorum doctrinæ ac fidei eccleſiarum Danicarum, una cum gubernatione Eccleſiaſtica ad mandatum Sereniſſimi Danorum Regis FRIDERICI ejus nominis ſecundi, anno* 1561. *menſe Majo*, quæ in Regia Bibliotheca Hafnienſi MSta adſervatur. Et quamvis Nuntius Pontificis PII IV. COMMENDONUS, Lubecæ commorans, intrandi Daniam callidum ſuſciperet conſilium, a FRIDERICO II. tamen repulſam paſſus eſt, quippe qui nihil amplius ſe cum Papa commercii habiturum eſſe, ipſi notum fecit, teſtantibus literis ad Legatum Cæſareum ſcriptis. Cæterum quæ hujus Regis temporibus ab

ann.

ann. 1576. ad ann. 1580. circa *Formulam Concordiæ*, motæ sunt controversiæ, prolixius p. 617. sq. referuntur. Præcipuus, qui eidem se opposuit, fuit PAULUS ab EITZEN, Superintendens, amicus MELANCHTHONIS singularis, JACOBO ANDREÆ vero & JOHANNI BRENTIO infestus, qui crebris licet ac peramicis literis rogatus, nunquam tamen librum hunc calculo suo approbare voluit, sed potius Regi & Principi eundem exosum reddere omni nisu studuit, NICOLAI HEMMINGII quoque, discipuli Melanchthonis, ac CHRISTOPHORI KNOPFII opera usus; quibus rebus effectum est, ut non modo Rex admissionem & receptionem libri in ditiones suas severe interdixerit, sed etiam Duces Holsato-Gottorpienses istum librum cæteris ecclesiarum suarum symbolicis accenseri in hodiernam usque lucem nondum jusserint constituerintque. Celebris quoque hac occasione quæstio tangitur, num *Formula Concordiæ* a Rege FRIDERICO in ignem fuerit conjecta? productisque utraque ex parte testibus & argumentis, factum ipsum non adeo inficiandum esse Auctori videtur, quod tamen nuper pro

me-

mera fabula declaravit LUDOV. HOL-BERGIUS in *Histor. Dan. & Norv.* p. 167.

Vel ex iis, quæ hactenus ſpeciminis loco adduximus patebit, quanta cura ac induſtria in conſignanda hac hiſtoria Cl. Auctor fuerit verſatus; cujus proinde Pars altera omnibus Hiſtoriæ Slesvico-Holſaticæ amantibus non poterit non eſſe acceptiſſima.

VII.

VII.

NOVA LITERARIA.

WISMARIÆ.

M. JOH. FRIDERICUS SCHOMERUS, Lycei Rector, *lenta pacis consilia, violentibus belli remediis præferenda*, Programmate publico exposuit, quo ad III. Orationes solennes, *de felicitate Populi sub Principe bella consiliis remorante*, ex legatione B. *Sam. Petersenii* m. Aug. A. R. S. MDCCXXXI. habendas, invitavit. 4to. 1. pl.

ROSTOCHII.

JOACH. HENR. BURGMANNUS, Rostochiensis, celeberr. Dn. D. JOH. JOACHIMO WEIDNERO, fasces Academicos tertia vice collatos gratulaturus, *de DEO, Archetypo immediato, ad cujus instar imago divina in homine expressa fuit*, disseruit m. Nov. MDCCXXX. 4to $1\frac{1}{2}$. pl. quod idem officium antea is ipse Dn. D. FRANCISCO ALBERTO ÆPINO, m. Apr. ejusd. anni præstiterat, edito schediasmate *de Lusibus ingenii eruditorum quorundam in rebus Theologicis*, 4to. $1\frac{1}{2}$. pl,

D.

D. XX. Dec. superioris anni Præses M. JO. GEORGIUS RAPHELIUS, & Respondens BRANDANUS LUDOLPHUS RAPHELIUS, Luneburgenses, fratres germani, *Præstantiam Rhetorices Aristotelis, Analysi triplici, Enthymematica, ex Matth. V. 24 -- 34. Affectuosa, ex Es. I. 1 -- 20. & Morata, ex Rom. I. 1 -- 15. demonstratam* exhibuerunt, 4to, 4 pl.

REVALIÆ.

Mense Maj. præteriti anni CHRISTIANUS Pfitzner, S. Th. & OO. LL. Prof. inaugurationem Augustissimæ Imperatricis ANNÆ JOANNOWNÆ solenni Oratione *de Origine & usu Coronarum* veneratus est.

Jubilæum Augustanæ Confessionis secundum, anno elapso celebratum, variis actibus in Gymnasio institutis ansam dedit, uti cognoscere licet ex scripto edito: *Orationes solennes Memoriæ Augustanæ Confessionis renovandæ causa, ipsa Jubilæa festivitate secunda, in Auditorio majori Imperatorii Gymnasii Revaliensis coram illustri Panegyri habitæ, & in publicum pietatis symbolum ad posteros duraturum jussu inclyti Senatus ad prelum adornatæ a M. JOH. DAVIDE GEBAVERO, VValtersh. Goth. Lit. Gr. & Poëf. Prof. P.* 4to, 17 pl.

Professor Mathematum & Historiarum constitutus est JOANNES GEORGIUS HEINSIUS, Spremberga-Lusatus, munerisque sui d. XXVI. August. MDCCXXX. initium fecit habita Oratione inaugurali *de Vtilitate Matheseos in studiis & statibus*, ad quam audiendam CHRISTIANUS Pfützner, S. Th. & OO. LL. Professor programmate publico invitavit, fol. 1 pl.

PETROBURGI.

Cum nuper urbi & academiæ huic rara obtigerit felicitas, Serenissimum Portugalliæ Principem EMANUELEM mens. Sept. anni præteriti præsentem videndi, Gymnasii alumni eandem concelebrare non intermiserunt, evulgato carmine latino & Russico, chart. pat. 1 pl. cujus prioris tenor hic est:

Regiæ Celsitudini,
Serenissimo Principi ac Domino,
DOMINO EMANVELI,
Infanti Portugalliæ,
&c. &c. &c.

Europa tantum non universa peragrata,
cum lustraret Petropolin,

de

de adventu,
lætabunda gratulatur,
cultusque devotiſſimi monumentum,
conſecrat
STVDIOSA IUVENTVS
Gymnaſii Imperatorii.

Felicem fauſtumque diem, CELSISSIME PRINCEPS
Prædico, quo noſtris præclarum ſidus & almum
Affulges terris, patriis qui primus ab oris
Decedens maria emetire cupidine laudis
Regnaque tot, celeremque imitatus lampada Phoebi,
Tot mergi fatis optas, tot adire labores.
Adjicis huic animo momenta potentia, regium
Et genus & nomen; quanquam quæ non facis ipſe,
Hæc tua vix ducas; etenim ipſe pericla ſubire,
Ipſe illuſtre caput media in diſcrimina geſtis
Tradere: terribilis Mavors cum prælia miſcet,
Bellica ſiquando horrentem quatit ægida Pallas,

Tunc alacer ruis in densos EMANVEL hostes,
Teque viro confers vir forti pectore & armis.
Quod porro decus ore refers? quæ gratia vultus?
Quantum Musarum studium? genus esse DEOrum
Cuncta probant. Ergo in Pontum dum flumina current,
Sidera dumque Polus pascet, CELSISSIME PRINCEPS,
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

KILONII.

D. XIX. Jun. anni præteriti Præside D. CAROLO FRIDERICO LUTHER, Consiliar. Justit. & Archiatro, Medicin. & Physicæ dogmaticæ Prof. publ. ordin. disputationem inauguralem de *Epilepsia* habuit DANIEL HENRICUS Höflich, brega-Silesius, Med. Pract. Ducat. Brem. 4to. 4 pl. cum progr.

D. XXI. Jun. ejusd. anni *Varii generis Theses Philosophicas* Præside FRIDERICO GENTZKENIO, Phil. prim. & artis ratiocinand. Prof. Ord. disquisitioni submisit

sit *Johannes Bernhardus* Suchland, Heiligenw. Prussus, 4to. 1 pl.

Eodem mense & anno Dissertationes inaugurales sequentes prodierunt:

Dissertatio inauguralis Juridica *de Juris Canonici testamento testamenti Lubecensis causa*, Præs. D. JO. ZACHAR. HARTMANNO, Com. Palat. Cæsar. & Jur. Prof. publ. ordin. Respond. *Georgio VVilhelmo Mercato*, Dramburgensi Neo-Marchico, Regiæ Majestatis Danicæ in aulico & provinciali Judicio Advocato, 4to. 9 pl. cum progr.

Dissertatio inauguralis Juridica, *differentiarum Juris Pomeranici & provincialis Rugiani Specimen* exponens, Præs. D. JO. ZACH. HARTMANNO, Resp. *Christiano Nicolao Helvigio*, Gryphisw. Pomer. Summi Regii Tribunalis Wismariensis Advocato, 4to. 9 pl. cum progr.

Dissertatio inauguralis *Prudentiæ legulatoriæ* specimen exhibens, Præs. D. FRANCISCO ERNESTO VOGT, Consil. Jucit. Causarum fiscal. Procuratore Generali, & Prof. Jur. primar. Resp. *Ludovico Friderico Hudemann*, Fridrichstadio-Slesviensi, 4to. 2½ pl. qui & Orationem Panegyricam Serenissimo Slesvici & Holsatiæ

 Duci

Duci CAROLO FRIDERICO dixit, typis exſcriptam, 4to. 1½ pl.

Diſſertatio Medica inauguralis *de Incubo*, Præſ. D. CAROLO FRID. Luther, Reſp. *Christiano Bernhardo* Hagedorn, Mulhuſa-Thuringo, 4to. 2½ pl.

Diſputatio Medico-Chirurgica inauguralis *de* ΚΗΛΗΤΟΜΙΑΣ *absque castratione instituendæ nova methodo*, Præſ. D. WILHELMO HULDERICO Waldſchmiedt, Conſil. Juſt. & Archiatro, Medic. Prof. Primar. Phyſicæ experimentalis Ordinario, Academiæ Cæſar. Nat. curioſ. Colleg. Reſp. *Joh. Henrico Schuckmann*, Guſtroa-Megapolitano, 4to. 2½ pl.

D. XII. Jul. dicti anni habita eſt diſputatio medica inauguralis, Theſes quasdam ſiſtens *de Febre Quartana*, Præſ. D. WILHELMO HULDER. Waldſchmiedt, Reſp. *Philippo Ignatio Meyerhof*, Practico Hamburgenſi.

Hoc anno memoria celebrati in ditionibus Sereniſſ. Principis CAROLI FRIDERICI, & inprimis Academia Kiloniensi, Jubilæi ſecundi Auguſtanæ Confeſſionis, literis conſignata eſt, ſequenti inſignita titulo: Gedenckmahl der Hollſteiniſchen Jubel-Freude, wegen der vor 200.

Jahren auf öffentlichem Reichs-Tage übergebenen Augspurgischen Confession, wie solche auf selbsteigene hohe Anordnung Sr. Königl. Hoheit, des Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn, HERRN CAROLI FRIDERICI, Erben zu Norwegen, regierenden Hertzogen zu Schleßwig-Hollstein, &c. so wohl in denen gesamten Dero hohen Herrschafft untergebenen Kirchen und Landen, als auch besonders auf Höchst-Deroselben unterthänigsten Universität zu Kiel aufs feyerlichste begangen worden; anitzo zu einem fürwährenden Andencken bey denen Nachkommen mit historischer Feder aufgerichtet. Kiel, 1731. 4to. 15 pl. Auctor hujus scripti est D. PHILIPPUS FRIDERICUS HANE, Histor. Eccles. & Civil. Prof. Ord. & Theol. Extraordin. Quæ p. 116. hujus *Monumenti* memoratur Exercitatio Historico-Theologica Vener. D. HENRICI MUHLII, *de Religionis Evangelicæ in Aug. Conf. duobus abhinc seculis Imperatori Carolo V. exhibita, solstitio*, ea itidem hoc anno prodiit, 4to. 18 pl.

D. XX. Jun. h. a. Disputatio habita est, *de eo, quod Justum est circa vocem vivam in processu civili & criminali*, Præside D. FRIDERICO GOTTLIEB STRUVIO, Consil. Duc. & Prof. publ. O. Respondente

Matthia Henrico Oppermanno, Slesvicensi, 4to. 5½ pl.

Prodiit quoque: ILLUMINATION, durch welche den höchstschuldigsten, und allerunterthänigsten brennenden Eyfer aller getreuen und redlich gesinneten Unterthanen für die höchstbeglückte Wohlfahrt Ihro Königl. Majest. Majestäten CHRISTIANI des Sechsten, und Deroselben Allerdurchlauchtigster Gemahlin, SOPHIÆ MAGDALENÆ, Souverainen **Erb-Königs und Königin** zu Dännemarck und Norwegen, der Wenden und Gothen, Hertzoge zu Schleswig-Hollstein, Stormarn und der Dithmarschen, Grafen zu Oldenburg und Dellmenhorst, am solennen Salb- und **Crönungs-Tage** anno 1731, den 6. Jun. jedermänniglich mit höchster Freude wolte in die Augen leuchten lassen ein allerunterthänigster Knecht und Unterthan Jasper Ludewig von Qualen, fol. 3 pl.

LUBECÆ.

Ipso Nativitatis C. festo, quod elapso anno celebravimus, solemni ritu inauguratus est, eodemque die ardui muneris primordia cepit, electus nuper Superintendens, Vir Summe Rever. ac Excellentiss. Dn. D. JOH. GOTTLOB CARPZOVIUS, quem

quem ecclesiæ & urbi nostræ, cur ex animo gratulemur, causas sat graves habemus. Conciones hac occasione habitæ typis publicatæ sunt, & prior quidem Max. Rev. Dn. SENIORIS *Introductoria*, cui & vitæ curriculum Carpzovianum insertum est, hoc titulo: **Der Geburths-Tag Christi als ein hoch-erfreulicher Tag**, bey der solennen INTRODUCTION des Hoch-Ehrwürdigen, in GOtt andächtigen, und Hochgelahrten Herrn, Herrn D. JOHANNIS GOTTLOB Carpzovs, zum Superintenenten der Kayserlichen, freyen, und des H. Röm. Reichs Stadt Lübeck, Anno 1730. im ersten Weynacht Feyer-Tage in der Haupt-Kirchen S. Marien beherziget von M. IACOBO von Melle, Pastore daselbst und R. Ministerii Seniore. Lüb. 1731. 4to. 3 pl. Posterior vero Dn. SUPERINTENDENTIS *Inauguralis*, quæ & *Valedictoriam* Lipsiensem sibi junctam habet, sequenti epigraphe: **Treuer Lehrer An- und Abtritt bey ihrem Kirchen-Ammte**, wurde bey Niederlegung des Archi-Diaconats an der Kirchen zu S. Thomas in Leipzig d. 5. Decembr., und bey Antretung des Superintendenten-Ammtes in Lübeck in S. Marien-Kirche d. 25. Dec. 1730. unter Volckreicher Versammlung der Gemeine Gottes schrifftmässig

vorgetragen, und auf vieler Begehren in Druck gegeben von Johann Gottlob Carpzoven, der H. Schrifft Doct. und derer Lübeckischen Kirchen Superintendenten. Leipzig 1731. 4to. 8½ pl.

Idem memoratus Dn. SUPERINTENDENS Scholas Theologicas in Auditorio Cathariniano aperiendas, quibus *vocabula solennia loquendique formulas*, in Theologorum scholis usu receptas, per singula totius corporis doctrinæ capita exponet, programmate publico, quod de terminorum ecclesiasticorum necessitate & utilitate agit, civibus Lycei Lubecensis d. VIII. Apr. hujus anni indixit, 4to. 1½ pl. Servet porro nobis divina clementia Virum hunc optimum sospitem atque incolumem, laboresque ac consilia ejus uberrimo beare fructu nunquam non dignetur.

M. HENRICUS SCHARBAU edidit *Observationes sacras, quibus varia Sacri Codicis utriusque fœderis loca illustrantur & exponuntur, multaque sanctioris & elegantioris doctrinæ capita explicantur,* 4to. 1 Alph. 4½ pl. & ½ pl. fig.

L. JOH. HENRICUS a SEELEN, Rector, electis d. XX. Febr. hujus anni Patriæ Patribus, Consulibus atque Senatoribus, novos honores gratulaturus, *de*

Re-

Religione Lutherana Magistratui civili inprimis favente σχέδιον emisit, fol. 1 pl.

Idem binis actibus publicis d. XIX. Mart. & III. Sept. institutis bina Programmata præmisit. Prius *ad Paulina verba*: ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ ΔΙΩΚΕΤΕ, 1. Thess. V. 15. *commentationem* complectitur, qua Orationem *in Persecutores Salvatoris patientis* a *Johanne Vermehren*, Lubecensi, habendam indixit, 4to. 1½ pl. posterius *de Salute nummos recentiores, ad exemplum veterum, ornante*, σύμμικτα sistit, quibus ad Orationem *de Salute populi, suprema Patriæ patris lege, e nummo Consulari Lubecensi* a *Petro Burgesohn*, Gevalia-Sveco, recitandam invitavit, 4to. 1 pl. Nummus hic, æri quoque incisus, ab una parte effigiem Viri Magnifici atque Illustris conspiciendam præbet, cum inscriptione: HENRICUS BALEMAN, JCt9 CONSUL LUBEC. adjecto Symbolo: HONESTE BEATE; ab altera vero delineationem urbis Lubecæ exhibet, cum lemmate: SALUS POPULI SUPREMA LEX ESTO. 1730.

Variis idem casibus, lætis æque ac tristibus, sic ferentibus, epistolas nonnullas argumenti exegetici atque philologici edidit, nimirum: *De bono, quod in conjuge in-*

invenitur ad Prov. XVIII. 22. cum Vir admod. Rev. JACOBUS WOLTERUS STEIN, Paſtor Curslacenſis, ESTHERAM ELISABETHAM RICHEY, Viri celeberr. MICHAELIS RICHEY, Prof. Hamb. filiam natu majorem d. VI. Febr. h. a. in matrimonium duceret, 4to. 1 pl. *De prudentis Conjugis Origine a DEO*, ad Prov. XIX. 14. cum vir Max. Rev. IOANNES DANIEL KLUGIUS, SS. Theol. D. & apud Tremonienſes Gymnaſiarcha ac Theologiæ Prof. publ. cum ERNESTINA MARIAMNE NEUMEISTERIA, Viri pl. Rev. ERDMANNI NEUMEISTERI, Paſtoris apud Hamburgenſes & Scholarchæ meritiſſ. filia, d. VI. Maj. h. a. nuptias celebraret, 4to. 1 pl. & *de Jacobo Raheli defunctæ monumentum ſtatuente* ad Gen. XXXV. 20. cum vir. Max. Rev. M. JACOBUS a MELLE, Vener. Miniſterii Lubec. Senior, conjugis conjunctiſſimæ DOROTHEÆ a MELLE, Theologi celeberrimi D. SAMUELIS POMARII, Eccleſiarum quondam Lubecenſium Superindentis, filiæ, obitum, qui d. XIII. Maj. h. a. contigit, doleret, 4to. 1 pl.

M. CAROLUS HENR. LANGIUS, Sub-Rector & Bibliothecarius, edidit: *Q. Horatii Flacci*, Gedancken von der Dicht-Kunſt,

Kunst, in Deutsche Verse übersetzt, nebst noch einigen anderen Gedichten, als das erste Jahr Lübeckischer Schul-Arbeit, 1730. 8vo. 10 pl. itemque: Hundert Geistliche Oden über alle Sonn- und Fest-Tags-Evangelia, als das zweyte Jahr Lübeckischer Schul-Arbeit, 1731. 8vo. 16½ pl.

M. HENR. JACOBUS SIVERS, Lubecensis, superiori anno, sub Præsidio D. JOH. JOACH. WEIDNERI, Rostochii publice disputavit de *Fide Salvifica*, 4to. 7 pl. quæ disputatio ERICI PONTOPPIDANI, Ecclesiastæ olim Norburgensis, nunc Hakebergensis in Dania, librum, sub tit. Heller Glaubens-Spiegel, Frft. & Lipſ. 1727. 8vo. editum, sub examen vocat. Cum itaque dictus *Pontoppidanus* disputationem hanc promulgata Altonaviæ *Epistola Apologetica*, 4to. 3½ pl. hoc anno impugnaverit: *Siverus* vindicias ejusdem paravit edito scripto, quod titulum sequentem gerit: *Refutatio orthodoxa Epistolæ Apologeticæ, quæ dissertationi Theologicæ de fide Salvifica, anno M DCC XXX. Jubilæo Rostochii habitæ, opposita fuit, in forma dissertationis Epistolicæ, ad Epistolæ Apologeticæ Auctorem (S. T.) DN. ERICUM PONTOPPIDANUM, Parochum Hakenbergensem in Dania.* Lubecæ, 1731. 4to. 4 pl. Ejusdem M. SIVERS haud ita pridem lucem vi-

viderunt *Opuscula Academica Varno-Balthica, quibus variæ Dissertationes curiosi argumenti, & alia scripta Academica continentur*, cum præmissa præfatione JOH. HENR. a SEELEN *de Studio Mythologico*, Lubecæ 1730. 8vo. 12 pl. nec non Vermischte und Satyrische Gedichte, Lübeck 1730. 8vo. 12 pl.

MORHOFIUM, Virum omni laude majorem, jam redivivum Lubeca nostra sistit. Neque enim modo præterito anno ejusdem *Delitiæ Oratoriæ, sive de Dilatatione & Amplificatione Rhetorica liber, cum* JOH. HENR. a SEELEN Præfatione, *de præceptis Eloquentiæ Latinæ ex ipsis fontibus hauriendis neque temere multiplicandis.* 8vo. 16½ pl. & præsenti anno illius *de arguta Dictione* tractatus, cum memorati SEELENII Præfatione *de apto ac inepto argutiarum studio, illiusque commodis, hujus incommodis*, 8vo. 15 pl. luci publicæ tertium expositus est; sed præstantissimus quoque ipsius POLYHISTOR, quo verum se demonstravit *Polyhistorem*, sumtibus *Petri Böckmanni* iterum excusus est, quem æri nitida incisa Auctoris effigies, & Polyhistoris Hamburgensis, celeberr. FABRICII docta præfatio mirum in modum ornat.

B. D. ANDREÆ PLANTECOVII, cujus Volum. XI, p. 425. sq. mentio facta est,

eſt, Bibliotheca auctione publica d. 25. Jun. h. a. & ſq. vendita fuit. Catalogus egregiis ac rarioribus libris, ſacris, juridicis, medicis, philologicis, philoſophicis, antiquariis, hiſtoricis, nummariis &c. refertus, conſtat 16 pl. 8vo.

Apud exteros eruditionis adquiſitæ laudem ſuſtinuit civis noſter CONR. FRID. ZERRAN, dum in Academia Gieſſenſi d. XII. Apr. h. a. pro conſequendis ſummis in utroque jure honoribus diſputavit *de Communione bonorum conjugali, ſecundum jus Lubecenſe conſiderata*, 4to. 6½ pl.

D. JOHANNES GEORGIUS TAUSCHIUS, Phyſicus ac Practicus celeberr. haud parum adflictus eſt morte filiæ unicæ, MAGDALENÆ MARGARETÆ, annorum XI. quæ egregios in literis progreſſus fecerat. Fundamenta quippe linguæ Latinæ, Græcæ & Gallicæ optime tenebat, lectiones Oratorias & Logicas frequentabat, Variationes per caſus & periodos, chrias atque epiſtolas, aliaque hujus generis elaborabat, Aurel. Cornel. Celſum, Jul. Cæſarem & Virgilium legebat, Hiſtoriæ, Geographiæ, ut & Oſteologiæ momenta præcipua callebat. Interveniente autem d. XVII. Jul. h. a. obitu præmaturo, ſpes omnis de eadem concepta decollavit.

Li-

Litem minus necessariam Arithmeticis nostris movit quidam C. a CLAUSBERG, quem conversum Judæum dicunt, dum in appendice Tractatus, quem inscripsit: Kurtz gefassete Erläuterung des eigentlichen Inhalts der Multiplication, Division, Regula Detri, Duplex, Multiplex, oder Conjointe und der gemeinen Proben, &c. Hamb. 1731. 8vo. p. 73. sq. Problema quoddam Algebraico-Geometricum heic loci propositum falsitatis arguere ausus est. Prodiit itaque contra eundem: Gründliche Anzeige, daß des Hrn. von Clausberg ohnlängst durch den Druck publicirte Gedancken über das streitige Lübeckische problema gantz irrig und falsch, mithin offenbahr zu Tage legen, daß er solches zu solviren nicht capable sey. Auf vieler Freunde Begehren ans Licht gestellet von A. F. M. 1731. 8vo. 5 pl.

Liceat quoque hic adducere librum ab homine literis non imbuto, sed asseribus edolandis operam navante, ante biennium editum, in suo quidem genere satis curiosum. Insignitur hoc modo: Buchstaben-Zier, und Hertzens-Wünsche, oder die zwölff hundert in Verse abgefassete Jahr-Zahlen --- zu einer Gemühts-Ergetzung gestellet, 1729. 4to. 12 pl.

I.

INDEX VIRORUM quorum ſcripta Vol. IX — XII. inſerta ſunt.

II
INDEX
Locorum Biblicorum.

XII.

III. INDEX.

Auctorum, Vocum & Rerum.

A.

secun-

B.

Car-

F.

Fris-

I.

Ma-

P.

T.

W.